Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9



PATHOPOLI,
Apud Gelaſtinum Severum. *A.° 1645.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

182 M 9

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

[illegible] FACETIARVM,

hoc eſt, 182 M-9

IOCO-SERIORUM

Faſciculus novus,

EXHIBENS VARIA VARIOrum autorum ſcripta, non tàm lectu jucunda & jocoſa; amœna & amanda, quàm lectu verè digna & utilia, multisve moralibus ad mores ſeculi noſtri accommodata, illuſtrata, & adornata.



PATHOPOLI.

Apud GELASTINVM SEVERVM.

Anno CIƆ IƆ CXLV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

HOC FASCICVLO CONTINENTVR.

De Luſtitudine Studentia.
De Peditu euſque Speciebus. 1
De Cucurbitatione. 4
De Iure Potandi. 5
Encomium Scabiei. 10
Bonus Mulier ſive de mulieribus. 13
De Oſculis Iucunda Diſſertatio. 18
De Virginibus Theſes Inaugurales. 25
De Iure & Natura Pennalium. 30
De Multiſciis Studioſis & Magiſtris. 33
De Cochleatione Diſputatio. 37
Hans Pumbſack. 39
De Hanreitate. 44
De Haſione & Haſibili qualitate. 51
Floia cortum Verſicale. 53
De Cornelio & ejuſdem natura. 53
De Beanis. 55
De Caſei Laudibus. 58

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

DELINEATIO

Summorum Capitum

LVSTITVDINIS STVDENTICÆ

In

Nonnullis Academiis uſitata.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

DE LVSTITVDINE STVDENTICA.

HA, viva fratres, viva, precor eſte coraſſi,
Nam vos ex animo lætor adeſſe meo.
Eſte Coraſſi hodiè, mihi miſſa pecunia præſens
Triſticiamque tulit, læticiamque dedit.
Et ſi non eſſet mihi miſſa pecunia, quid tum
Poſſem hodiè nihilo lætior eſſe minus?
Craſtina non lux eſt mihi curæ dummodò Sluckopſ.
In bona cum Biero dat mihì vina fidem.
Ha ſalala ſalala Spelmanni Brumite in unum,
Et muſicæ ſpecimen promite dulciſonæ.
Vos famuli Kannis Bacchum demergite tieffis,
Et date Rhenano pocula plena mero.
In glaſis etiam longis cereviſia ſpumet,
Servet & alternas potio juſta vices.
Me largum hoſpitibus cupio & præbere benignum
Abjectum parcus poſſidet ingenium.
Vos pueri craſſum, primùm Biera indite in Humpum,
Hoc fundamento eſt ædificanda domus.
Singulus hunc hoſpes quamprimum utſupere debet
Hæc eſt Muſæi regula priſca mei,
Ha ſalala ſalala Spellmanni ſtrvkite gigis
Et mellite tua Concine voce puer.
Wel komni quoniam nunc eſtis, quotquot adeſtis
Vos omnes trevvo dreckite corde rogo.
Et qui cum veniâ venit, precibusque rogatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Cum veniâ cupio cedat & ille meâ.
Hunc Humpum dominus capat velit eſſe coraſſi
Nos decet hunc hilari per..ere fronte diem
Intereà reliqui circumbibite ordine donec
(Non faciet longum) hic Humpua inanis erit.
Ha! ſalala ſalala Spelmanni klingite lutis
Et mellite tuâ concine voce puer.
Munſer Erice? bibat dominus, bibe Munſer Adame
Et Munſer vultum porrige lane tuum.
Ecce puer vacuum cur ceſſas ſumere vitrum?
Annon quod nobis ſundere poſſis, habes?
Regis ad Exemplum totus componitur orbis,
Aſpicite exhauſi, vos facietis idem.
Hoc puer unusquisque mihi bibet ordine vitrum,
Ut peragat juſtè quilibet ergo vide.
Ha ſalala ſalala Spelmanni pipite ſinkis
Et mellite tuâ concine voce puer.
Munſer Haruſce quid eſt? non ſic, non Munſer Haruſce.
Et tu ſumpſiſti perſide? redde puer.
Redde inquam vitrum, niſi ſe cervice ſupinet,
Jam fiet cervix iſta ſupina tibi.
Quis bibit ulterius? quid id eſt mi candide ſoski?
Pocula cur toties concumulata tenes?
Aut nihil eſt intus? nihil eſt, proh jupiter, heus tum
Quid facies domino diſce bibente tuo.
Heus puer? hem klisk klask capis hoc, viden improbe multa
Orba ſuper menſam pocula ſtare mero.
Quin capis atque imples atq; iſta impleta reponis,
Aut implebo meis hæc tibi terga flagris.
Functus es officio? nunc ſnorcum ſupite fratres
Skelm der falſa bibit, fur ſit & ille latro,
Ha falala ſalala Spellmanni Brumite Fidlis
Et mellite tuâ concine voce puer.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Non ſatis eſſe reor vitrorum, ſumite plura
Ne deſint ſamuli è dico cavete mei.
Nec nummis cupio nec parci ſumptibus ullis
Dummodo procedant omnia magnificè.
Non habet nummos qui nummis neſciat uti
Turpis avarus homo eſt, vilis avarus homo eſt.
Sed vos qui reliqui remanetis ponite menſam,
Et trina ad ſummum ſyllite pocla labrum.
Ne putet exemptum ſe quiſquam legibus, oro,
Principis eſt nobis magna bibenda ſalus,
Principque-piſſæ etiam documentum præbeat ipſe
Hoſpes, ut hoſpitibus primus ego incipiam.
Alternate tubis Spelmanni, trumpite trumpum,
Tan tari tant tari tant tant tari tant tari tant:
Principis uxorem exhauſi cum principe noſtro,
Nos, quantum vidi, ritè bibiſtis item,
Nunc proceres noſtri ſic poſtulat ordo, bibantur,
Quiſquis & eſt patriæ fidus amansque ſuæ.
Tan tari tant tari tant, Spelmanni clangite trumpum,
Tant tari tant tari tant, tant tari tant tari tant.
Publica ſit ſatis eſt potaſſe in commoda nunc ad
Privata ô Socii veſtra venite mei,
Et Bacchi, charis pro ſumite fratribus hauſtus.
Et pro dilectis ſumite virginibus.
Cumprimis potet pulchram ſibi quiſque puellam,
Et ſuus ad ſundum devacuetur amor
Ha viva virtute nova ſic itur ad aſtra,
Ha fallala ſalala ha ſalala ſalala.
Ha ſalala ſalala Spelmanni puſtite trumpum
Tant tari tant rari tant, tanr tari tant tari tant.
* Porge puer cyathos. Mihi de domino bona ſem-(per
Quandoquidem fuerint multa relata meo,
Illius optavi mihi conſuetudinis uſum,
Eſſe inter Socios pars quotacunque ſuos:

* *Fraternitas.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Et nunc percupidè vellem, niſi fortè gravetur,
Inſtitui fidam fratris amicitiam.
Si dominus fratrem ſi non contemnat amicum.
Hæc ipſi in ſignum pocula trina bibam,
Dum facio egregium Spelmanni upblaſite trum-
pum
Tant tari tant tari tant, tant tari tant tari tant.
Funditùs iſta vides me juſtè pocla bibiſſe,
Et quali cupio te vacuare modo.
Hic jam frater habes à me tria pocula vini,
Optime cum dextrâ frater habeque fidem.
Reſp. Hoc me quandoquidem Dominus dignatur
honore,
Muneris æternus debitor hujus ero:
Spondeo me fidum, qualemque optesque veliſque
Non Pyladæ & noſtrum vincet Oreſtis amor.
Quæ cupies, cupiam, quæque abnuis ipſe negabo,
Hæc teſtes ſunto pocula trina: Salus.
Vt decet ære cavo Spelmanni emittite trumpum,
Tant tari tant tari tant, tan tari tant tari tant.
Trina tibi juſtè ſiccavi pocula frater,
Aſpicis! huc iterum congere vina puer.
Reſtituo tibi nunc, quæ porxti pocula frater,
Promitto antiquam Teutonicamque fidem.
Nunc vicine tibi quoniam conſedimus ambo,
Tu Gurgiſta meri Philoque ſupus ego.
Et ſorbere pares & reſpondere parati,
Si non diſpliceant, hæc tibi fortè bibam.
R. Cur mihi diſpliceant? etenim non alter ad iſtud
Aptior hîc auris veſcitur æthereis:
Pergito ſi qua potes ſum poclum in utrumque pa-
ratus
Hauſtu ſive uno uttragere ſive decem.
Er ſetzt das Gläßlein an ſein Wund / Run dari
nella /
Run dari da dari da / rund dari da dari da.

Sein

Sein Sachen all hat er auch recht auß dari Rund
dari nelle /
Rund dari da dari da Rund dari de dari da.
Iſta propinavi Munſer tibi proxime du muſt
Atque beſcheiden thun. Run dari da dari da.
Sic hauſi ut manent & lachrymæ per tempora multæ
Non eſt quod dubites de probitate meâ,
Tergum obverte mihi, obvertam frater tibi tergum,
Fidus ero, fueris ſeu prope ſive procul.
Quam pulchrum unanimes fratres habitemus in unum,
Quam bona ſunt firmæ fœdera amicitiæ.
Nunc ſi præterea mihi copia virginis eſſet,
Perfectum plenis luſtibus eſſet opus.
Nec procul hinc habitat Sartoris nata, venitque
Mittere quem poſſem ſi quis adeſſet homo,
Tu puer ire potes, dic Luſtificare volenti,
Sed ſic, ne cauſam, fare, reſciſcat anus:
Stella venire volet *Veneris* fortaſſis & unà
Hoc potes & *Primæ* dicere *materiæ*.
Ne ceſſa & quod ſe venturam Cluntia dicat,
Fallor & anne ipſa eſt? inque vocata venit?
Ha faler an ſaler an Spielmanni gnidite gigis.
Et mellite tuâ concine voce puer.
Sponte ne virgo venis pro quâ nunc mittere viſum eſt,
An alio forſan juſſa venire viro.
Quicquid id eſt nobis nunc certè Cluntia nobis
Exſpectata venis & peramata venis.
Quid dixi? nobis? mihi & exſpectata venisque
Forſitan & reliquis, ſed peramata mihi.
Conſideas mecum lateri latus addere fas ſit,
Paucaque cum Dominâ jungere verba meâ.
Fuſor ubi es? vinumne emendicabimur ergo?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

R. Hoc tibi proque tua virgo ſalute bibo.
Dij tibi dent bona multa & qualia munera ſperas,
Utpote vel bellum dent tibi bella virum.
Aſpicis? Exhauſi mea virgo fideliter omne,
Hoc tuus ut facerem tempore fecit amor.
Funde parum puer ut cupide facileque bibatur,
Quo bibitur dominæ vita ſalusque meæ.
Ha ſalala ſalala Spelmanni tangite lutas
Et mellite tua concine voce puer,
Quid? mea virgo mihi renuis? tamen iſta neceſſe (eſt
Pauca bibas, & quam ſunt ea pauca vide!
Aut ſi non biberis ſaltem continge labella,
O jamjam labris eſca futura meis!
Jam liquor invideo tibi: formoſiſſima tene
Ire per anguſtæ virginis ora licet?
Seu prece ſeu pretio mihi ſvavia ſumere certum eſt,
Hoc primum certi pignus amoris habe.
Reſpuis? Oh, nihil es, rapiam tamen iſta videbis,
Hoc cape & hoc ſuper hoc deſuper hoc ſuper hoc.
Virgo. Me miſeram non eſt ſub ſole rapacior ullus,
Vis his Smuſoſis fit mihi magna locis,,
Quod ſi præſciſſem tam prompta venire negaſſem
Et melius famæ parcere ſic poteram.
Quin potius ſaltet dominus, ſaltare præopto,
Aut lepidos caſto fabricet ore jocos.
R. Et fabricare jocos poſſum & ſaltare, priuſquam
Id faciam, hoc cyatho te volo pauca ſoror:
Cumque ſoror dixi, capis hæc interprete nullo,
Scilicet ut biberis, ſis ſoror inde mea.
Accipe nunc cyathum, quique eſt tuus ante, animumque
Sis ſoror atque animum fida repende tuum.
Meque voca fratrem fidenter meque tuiſſa,
Teque tuiſſabo fraterque eroque tuus.

Reſpon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Reſpondes mea? ſic,quod te deceatque juvetque.
Nunc ſaltare placet, nunc mea ſurge ſoror,
Ha falala falala Spelmanni ſpellite dantzum,
Ha falala falala, ha falala ſalala.
More Palatino bibimus, ne gutta ſuperſit,
Vnde ſuam poſſet muſca levare ſitim
v v - v v - - - v v - v - v -
Falila falila li la. falila lila lila.
V. Me nimium amplexas,nimium premis,abſtine tandem
Sedule,&'in nullo docte tenere modum.
Et cupis abſtineam mea lux,mea vita,meum cor?
Verba precor dicas hoſtibus iſta meis.
Non poſſum aut faciam quin hæc animo dare cre-
Te ſi non cupido, ſemivolente tamen: (do
Et forſan cupido, Nam me mage lignea non es.
Nec lapides unquam tam caro mollis alit.
Improba (quod decuit) nunquam tamen oſcula
Aut media præbes obvia labra via. (pronas
Præbe tamen virgo, tantum ſemel obvia præbe
Labra precor. Sic, ſic, ſic volo, ſic jubeo.
Arbiter ecquis adeſt, qui dulcia Baſia jungi
Et videt amplexus? arbiter ecquis adeſt?
Nil moror, atque adſit, videat,ſimul invideatque,
Interea hoc cape & hoc ſuper hoc ſuper hoc.
Multa quidem vellem,poſſem quoq; dicere multa,
Deque mei magno pectoris igne loqui.
Sed non eſt locus hic, nec tempus forſitan iſtud
Liverit, ô tecum ſolus ut iſta queam.
Et ſi confieri fas eſt, hac nocte rogarem
Cum ſola virgo ſolus ut iſta queam.
Sed vos quid facitis Spelmanni upklingite lutis,
Et mellite tua concine voce puer.
Ja? quid ait mea virgo? aliane?hac nocte rogavi,
Et reor hac fieri quod quoque nocte poteſt.
Ecquid ais ſoror alma? ſinis? nunc voce gravaris,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Quod re, quæſo velis id quoque voce dare.
Non, ais? at nihil eſſe vides quod amantibus obſtet,
In ſcirpo nodum quæris inepta nimis,
Neſcio quid faciam Spelmanni trumpite puſtum,
Tant tari tant tari tant. Tant tari tant tari tant,
Ha Bru heis, hirr ha, Bru heis, hirr ha, haſa, Bruu heis,
Hirr, haſa, hirr, haſa, hirr, hirr, haſa, hirr, haſa hirr.
Upkrikunt multæ madefacta in jernia brillæ,
Et vehemens capitis ſpiritus aſtra capit,
Ite domum Saturæ, venit Heſperus, ite capellæ,
Vos de dumos à rupe videbo tamen.
Nam tempeſtivum eſt, nunc vos ſubducere Jungfræ,
Si qua quietis amans, ſi qua pudoris amans.
An placet hos veſtras confeſtim inducere in ædes?
Non hoc virgineum ſed meretricis erit.
Et facitis forſan dum ſe res fert ita, ſed non
Exequar hic veſtrum dedecus, ite domum.
Impetus hic donec deferveat inde Lubido
Si tanta eſt, placidos conciliate viros.
Hirr, hirr, hirr, Bru heis, Bru heis, hirr hirr, haſa, Bru heis
Hirr haſa, hirr, haſa hirr, hirr haſa hirr.
Buu, Buu kirr, kirr, kirr, bru heis, bru heis, haſa bru heis,
Blu, ru, Wu, lru, ſru, Blu, ru, Wu, lru, ſru.
Nunc ſuper eſt menſam dantzandum & benkia circum.
Pocula de proprijs præcipitate locis,
Pręcipitate libros, quid cum tibi Bacche Camœnis?
Pierides veſtris ſedibus ite Deæ-
Et vos cum Muſis tabulata cadentibus ite
Pulpita ſunt dominis adjicienda ſuis

Quot

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Quot nobis locus hic fratres obſtacula præbet?
Vellantur ſummo flamma focusque ſolo.
Vos hinc ad terram lateres deſcendite veſtram,
Donabunt facilem vitrea texta viam,
Aptius & ſanè meliusque jacebitis extra
Eſtis in anguſtâ præpedimenta domo.
Sed tu cur ceſſas? quid ſtas Spellmann ia pubes?
Jam decuit lituis conſtrepuiſſe cavis.
Tant tari tant tari tant, tari tant tari tant, tari tant, tant,
Tant tari tant tari tant, tant tari tant tari tant.
Sat bibitum eſt, nihil eſt totam ſe ſyllere noctem,
Et valido bukum rumpere more ſuum,
Quis valeat toties Humpos ut dragere tantos?
Tot numero pottas tot ſine fine bekras?
In plateas fratres, in vicos tendite mecum,
Plurima reſtabunt & peragenda foris,
En ego deſilio: quin Vos deſcenditis? aër
Liber & hic cœlum conſpiciturque ſolum.
Nunc ferro dextrà, ferro radiate ſiniſtra,
Et micet è ſaxis ignis ubique cavis,
Immenſis totam replete boatibus urbem,
Vox etiam pueri veſtra virile ſonet.
Hirr hirr, hirr, Bru heis, Bru heis, Bru geis, haſa, Bru heis (hirr.
Hirr, haſa, hirr, haſa hirr, hirr, haſa, hirr, haſa
Bruu heis, Bru heis hey ha, hirr hey, haſa, hey, ha,
Blu, ru Wu, lru, ſru, blu, ru, Wu, lru, ſru.
Vix aliquid poterit noſtris clamoribus addi,
Vel vigilem facerent Endymiona puto.
Miror, cum fuimus clamore & robore tanti,
Quàm modò nos vinctos carcer habebat iners.
Nunc falila falila Fedliſtæ gigite quiddam
Ha falila ſalila, ha falila falila.
* Hic habitat pennalis homo conſiſtite fratres,

* *Vexatio Pennalis.*

Quid decet ante fores diſpiciamus agi.
Nam tacitos dubio procul, indignatur abire,
Contemptumque putat ſe niſi dicta ſalus.
Ne facinus fratres, moneo committite tantum,
Sunt ſua Cæſaribus ſunt ſua danda Deo.
Hei, dominus ne domi eſt? dominus deſcendat ab alto
Et Reve de molli-rentia veſtra thoro
Digneturque ſuo populares famine, valde
Supplicibus votis id precibusque rogant.
St. ceſſate. tacet. gallinæ filius albæ (huc
Dormit adhuc. Dominus quæſo ne dormit ad-
Dormit adhuc dominus? Studioſi edico cavete
Conturbare virum forte dyſypnus erit.
Sed quid? dormit adhuc dominus? grave ſurgere forte eſt.
Quid? ſi per genetrix ubera ſucta roget?
Quid? ſi eadem nato non immulgere negaret?
Aut aliqua ignaro mitteret æra patre?
O lepidam matrem! popularibus oſtia pande,
Pro matris facient vota ſalute tuæ.
St. nihil auditur morbo fortaſſe laborat.
Vermibus eroſus ilia putris homo.
Nec licet hinc noſtris advertere vocibus aures,
Aut dormire facit ſe ſimulatque metu. *
Aut non reſpondet, quia nullo nomine dictus,
Hei mihi quod memori nomen ab ore fugit:
Sed ſi non memini nomen, pro nomine quoſdam
Arbitror titulos me meminiſſe tuos,
Hey SpolWorm, Pennal, Skelm, Dieb, Hunsfott, Perenheyter
Num potes in quarto concoquere iſta modo?
Visne upſtare piger? visne intromittere geſtas?
Aut ſolt in Kopſo kranch habitare tuo?
Nil agimus fratres, fruſtroque precantia verba
Dicimus, hic opus eſt aſperiora demus.

* Ningite

* Ningite nunc pueri lapides, effringite fenſtras,
Et pluat in lectum ſaxea granda ſuum.
Ha faleran vos Spiel cantetis claſſica-leutæ
Et gravis horriſono Buccina marte ſtrepat.
Hey klink , klank, klink klank , patulo ne parcite vitro , (klini, klank
Hey klink, klank, klink, klank, hey klini klank,
Arietet in portas cum fuſte valentior omnis
Dimotasque ſuis ſubruat ordinibus.
Aut ſi non cedant, lacerare repagula tentet ,
Et Mars audentes & Dea cæca juvat. (tent.
Hey Buu duus, Buu duus, trompettæ claſſica can-
Et gravis horriſono Buccina Marte ſtrepat.
Tant tari tant tari tant, tari tant,tant tant, tari,tant tant
Tant tari tant tari tant, tant tari tant tari tant.
Ha viva fratres , jam vulſi cardine poſtes ,
Ha fallala falala ha falala falala.
Dicite jo Pæan & jo nunc dicite Pæan ,
Difficilis ceſſit præda labore tamen.
Fregimus & portas & vitrum fregimus omne ,
Publica virtutis per mala facta via eſt.
Per varios caſus per tot diſcrimina rerum
In clausa Latium vidimus arce Jovem.
En vobis fratres monſtrum ! quin peſſime prodis
Lucifuga è latebris vermiculate puer .
Et pernas promis bene ſervatamque crumenam ,
Nos laute excipias principiceque decet.
Pro biero libri, pro vino pallia vadant,
Hoc nulla leges relligione vetant.
Fulminet è pelvi Doctorum umbraticus ordo,
Non ullum noſtræ jus habet ille necis.
Summa poteſtatis nos hinc fortaſſe relegat.
Debemus, quod ſi non fit, abire tamen.
Quid refert vero, cum ſponte recedere tandem

* *Ædis pennalizatæ expugnatio.*

Conſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Conſtitui, ſi programmate juſſus eam.
Ha ſalala ſalala nobis præſentia curæ,
Craſtina de ſe ſit ſollicitata dies.
Hîc benè re geſtâ nunc deſcendamus amici,
Et colaphum domino pro date nocte bonâ.
Hem! bona nox hoſpes, grates perſolvere dignas
Non opis eſt noſtræ nim diß ſo für lieb.
Eſtne aliquis fratres qui ſeſe updusvvere contrà
Driſtit & in gaſſis obvius enſe gradi?
Non puto, ſed ſupereſt id ut experiamur, ad unum
Eſt virtus omnes poſſe bravare ſuper:
Primus ego voces irritamenta vagantum
Edam, vos reliqui ſtate ſilere: Bru heis,
Fallor & eſt forſan qui contra clamitat ullus
St. Sa bru heis. *Sa bru heis*. Ha falala, *falala*.
Eſt benè præcurram, vos poſt carecta latete,
Hic lepus è Dumis exagitandus erit.
Hey Bruu heis, *Bruu heis*, Skelm, *Skelm*, Dieb, *Dieb*, *Perenheuter*,
Hey Perenheuter. hey *hey Perenheuter hi hey*.
Quid bone ais? Sum Skelm? *Sis Skelm*. Sum Dieb? *& ſis Dieb*.
Quid? Perenheyter ero? *Ia, Perenheuter eris*,
Si fure es melior, ſi Skelmo, ſique pyrorum
Servatore gradum ſiſte pedemque refer.
Staque fugax ſta ſta daß dich der Henckeren hole/ Fort herfür Schelm Dieb/ fort Perenheuter heran.
Quid ceſſas? trepidas? en quò ſe proripit? eja
In ventos tumidæ ſic abiere minæ.
Jam nuſquam eſt, abijt, fugit ilicet ocior Euro
Maturâ capiti conſuluitque fugâ.
Sed vos luſores quid ſic frigetis inertes
Jam nulla eſt vobis ſpellere cura magis?
Pol certè Veſtris niſi Vos upluditis harpis.
Jam noſtræ ludent veſtra per ora manus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

* Quid? ſatis eſt, inquis? murrisque pigerrimi
ſtipes?
Hos primum pugnos præmia digna vora.
Ad murum fratres buukoſas ſtoſſite lutas,
Ballettas murus ſlagere & ipſe poteſt.
Ipſe ego gigiſtas cum ſedlis omnibus alte
In pertreccoſo baphitiſabo luto.
Hey fugitis trunci nebulones, tutius iſtud
Fortaſſis multò jam ſatiusque fuit.
Jam ſatis eſt fratres, inſtant confinia lucis
Hanc hilarem noctem ſumpſimus atque diem.

* *Pulſatio Spelmanorum.*

Valete, & ſi vobis placuimus

Plaudite.

Diſcur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Diſcurſus Methodicus
De
PEDITU,
EIUSQUE SPECIEBUS, CREPITU & VISIO,
In Theſes digeſtus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

DE PEDITU,

Ejuſque ſpeciebus,

DISCVRSVS METHODICVS.

I.

CVm omnis, quæ à ratione ſuſcipitur de re aliquâ Inſtitutio, debeat à Definitione proficiſci, ut intelligatur, quid id ſit de quo diſputetur: ſicuti Autor off. 1. Panætium reprehendendo benè monet, ſed ſtatim ſuæ ipſius reprehenſionis oblitum ibidem negligit: Iccircò de peditibus Methodicè diſſerturi principium à definitio ducemus.

2. *Atque ut vocabulum primò explicemus, Peditus Græcis* πορδὴ *eſt, unde Saxonicum vetus* Purten *vel* Furten/ *quod ſuperioribus Germanis levi mutatione vel inflexione factum eſt* Fartzen: *Continetque tam flatus cum ſono quam ſine ſono erumpentes, ſicuti ex Gemmis gemmarum, Sylvis vocabulorum, Daſipodiis, Lexicis: & præcipue fratre Ambroſio Calepino, aliiſque*

multis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

multis authoribus demonſtrari poteſt. Licet aliqui importuni contra contendant, illud vocabulum pro iis, qui cum ſono emittuntur, & proprie crepitus dicuntur, frequentius uſurpari, freti verſiculo illo Horatii Satyr. 8. Nam diſploſa ſonat, quantum veſica pepedi.

In quo tamen verſu pedere genericè ſumi, quis non videt? Imo id neceſſario quoque nobis defendendum, niſi Poetæ illi doctiſſimo & maxime preſſo Tautologias & ſuperfluitatis vitium impingere velimus, qui ſe pedere clarum crepitum ſignificare putaſſet, differentia adjecta, qua peditus certam ſpeciem, crepitum ſcil. exprimere voluit, minime reſtringere opus habuiſſet.

3. *Eſt a. Peditus in genere flatus in ima alvo concluſus, vel ex pituita redundante tepefacta, & per imbecillum calorem reſoluta, nondum vero diſcuſſa (ut Medici volunt) vel ex cibariis atque medicamentis, inſtantibus (quod ruſtici defendunt) potiſſimum natus, per podicem cum aut ſine ſonitu erumpens, quem ipſum vel natura ſponte ad ſanitatem corporis tuendam expulit, vel Ars ejuſdem naturæ miniſterio ad delectationem produxit.*

4. *Hæc definitio ſecundum Philoſophi doctrinam perfecta eſt, omneſque cauſas & ſpecies breviter comprehendit, prout jam*

ordine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ordine videbimus. Atque ut de genere conſtat, ita quoque de remotiore ejus cauſa, & qua flatus iis gignuntur, pituita ſcil. & cibis inflantibus nonnihil attenuatis, non eſt dubium, alias luculenter id demonſtraturi.

5. Tepefactam vero & leviter attenuatam materiam eſſe oportere conſtanter aſſerimus. Nam ſicuti in calidiſsimis locis nunquam pluit, eo quod calor omnes fumos & evaporationes conſumit: neque etiam in frigidiſsimis, ubi propter intentiſsimum gelu nulli fumi exhalare poſſunt: Sed bene in mediis regionibus temperatis, ſicuti recte Bodin. in method. hiſtor. cum Scalig. & Carda. diſſeruit: Itaquoque æſtus vel calor justo major cibum non ſolum concoquit, & attenuat, verum etiam vapores omnes diſſolvit, conſumit. Frigiditas vero cibum neque concoquit, neque diſſolvit, neque fumum excitat. Sed bene exiguus calor, qui cum ſit imbecillus, ideoque cibos non perfecte conficere & excoquere, ſed leviter ſaltem attenuare, ex iiſque vel pituita ventriculi & inteſtinorum hoc modo multos flatus excitare valet; quam rem magis promovet, ſi cibi iſti natura inflativi ſint. Hi namque exiguo calore excitati fumos multos caliginoſos & turbulentos reddunt. Licet hoc idem animadvertere ex comparatione ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ne veris & autumni cum æſtate & hyeme: Item ex diſtillationibus ubi modicus ignis materiis deſtillandis ſubjicitur.

6. *Dicitur porro in definitione, per podicem erumpens, ad differentiam* 1. *Ructus vel Eructationis, quæ ex eadem materia prodiens ſuperne egeritur, vel propter vicinitatem loci, vel propter alvi duritiem, aut cauſam quampiam adfectatam.* 2. *Aliorum flatuum colicorum, &c. & rugitus vel latratus ventris, qui eſt ejuſdem generis flatus intra inteſtina obmurmurans, nondum erumpens, & eſt veluti prologus Comœdiæ aut prodromus futuræ tempeſtatis. Quo præcipue virgines & mulieres laborant, quæ ſe validè conſtringunt, ut graciles videantur. Hæ non cæcum inteſtinum ſæpe præter naturam Fernelio teſte flatibus repletum & valde diſtentum habent, quæ intus pugnant, non ſecus ac venti ab Æolo in montibus occluſi, &c.*

7. *Excludit quoque hæc differentia cum reliquis in definitione poſitis.* 3. *Ventriloquos, vocem ex pectore mittentes: ſiquidem flatus noſter non eſt proprie vox vel interpretatio, neque etiam ex eadem omnino cauſa prodit. Vt ſic differentia illa omnino ſit bona, modum peditus egregie exprimens, quem & Horat. d. Sat. 8. egregius artifex poſuit, apud quem Priapus modum crepandi*

di vũro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

di ὑπὸ ὑπωπὸς quadam per nativam fiſſu-
am i.e. podicem declarat.

8. Supereſt in definitione cauſa finalis, quæ eſt vel ſanitas corporis ab ipſa natura appetita, vel delectatio quædam ab Arte quæſita. Sed quædam de ea inferius inter effectus commodius dicentur. Illud ſaltem hic monendum, malos fines à nobis merito excluſos, ſiquidem abuſus rei inter fines nunquam numeratur.

9. Definitione explicata proximum eſt, ut ad diviſionem accedamus, ejuſque beneficio ſpecies venemur: ſpeciebuſque inventis earum definitiones & affectiones quoque exponamus.

10. Summa a. peditũum diviſio eſt in Vocales & Mutos. Quæ diviſio melior, quam illa Grammaticulorum diviſio literarum in Vocales & Conſonantes, quæ præterquam quod multis vitiis laborat, etiam αὐτιδεημένη, i. e, ex oppoſitis non eſt.

11. Vocales proprie dicuntur Crepitus, à crepando, quod iidem per certa ſonorum diſcrimina crepant, quaſi ima alvus eſſet crepitaculorum plena, teſte Iodoco VVillichio in ſuis de crepitu theſibus, Germanis dicitur ein Hallautender Furtz.

12. Eſt a. Crepitus nihil aliud, quam peditus cum ſonitu ex ſiccioribus vaporibus genitus. Qui pro varietate cauſarum & adjun-

adjunctorum eſt vel magnus, vel parvus. Ille pleni vocalis vel vocalis ſimpliciter & proprie. Hic Semivocalis dici poteſt.

13. *Magnus vel Pleni vocalis eſt Crepitus cum ſonitu majore prorumpens, tam propter inſtrumenta ampla & ſpatia (qualia ſunt ruſticorum) quam ingentem flatuum multitudinem, quæ cauſantur vel à ciborum flatulentorum copia, vel nativi caloris ventriculi, & inteſtinorum imbecillitate, Germanis* ein Bawrenfurtz.

14. *Quæ definitio exemplis Tormentorum curulium & magnarum viſicarum, aut fiſtularum organicarum evidentiſſime illuſtrari & confirmari poteſt, & quidem multo melius, quam Ariſtophanes tonitrua & crepitus, ignotum ſcil. per ignotius converſa demonſtratione demonſtrat.*

15. *Hi, ſicut & tonitrua, vel Simplices ſunt, vel Multiplices*, Simplices *ſunt, qui uno magno bombo ſimplici & momentaneo conſtant: quos Priapus apud Horat. aptiſſima ſimilitudine à veſica diſrupta ſumpta explanat. Nam de hoc genere eum ibidem loqui cuilibet obvium eſt, dum ait*, Nam diſploſa ſonat, quantum veſica pepedi. *Hi Germanis dicuntur* Arſzknollen.

16. *Multiplices (qui* Dipthongi *proprie dicuntur) ſunt, quando plures bombi magni diſcreto quidem ſono, ſed continuatis*

veluti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

veluti ſpiritibus prorumpunt, non aliter ac ſi 10. *vel* 20. *Sclopetarij ſua tormenta manuaria ſucceßive per circuitum diſplodant. Germanis* ein verrenckter oder zerbiſſener Furtz.

17. *Fiunt* ſimplices, *quando materia ſimilarium eſt partium, & copioſa, & foramen per quod erumpunt, ſatis amplum, vel diſtentum, & virtus robuſta, uno nixu agens.* Diphtongi *vero, quando amplum quidem ſatis foramen eſt, & copioſa etiam materia, ſed vel inæqualium* partium, *mixta ex calidis tenuibus & frigidis craßis humoribus: vel varium focum habens, & per diverſas inteſtinorum partes diffuſa. Unde etiam nec ſimul & ſemel reſolvi, nec iisdem inteſtinorum cellulis includi, nec uno impetu propulſari potuit: Sed diſerte, incertis & inæqualibus intervallis, donec nihil ſuperſit, excluditur, ita ut interdum etiam ſonus inæqualiter intendi & remitti audiatur: Siq; accedat virium robur expellentis, neceſſario multi & magni efficiuntur bombi, qui ſonant papapax, papapapax, papapapapax, &c. ſicuti eſt apud Ariſtoph. in nubib.*

18. *Poteſt tamen & Diphtongorum cauſa in podice eſſe, quando videtur is per ſe quidem amplus eſſe, & materia æqualis, ut ita unum ſimplicem edere poſſet: Sed poſt primum bombum invito forſan elap-*

ſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſum mox podex, non ſatis tamen, accurate (vincit n. materia naturam) conſtringitur, **wenn man jhn abbeiſſen wil.** *Vbi ob materiæ copiam & ὀργασμὸν rurſus diducitur, & iterum ocluditur nonnihil, duratque hæc pugna naturæ cum materia tam diu, donec aut materia omnis elapſa & diſcuſſa ſit, aut podex vi compreſſus reliquos flatus tempore commodiore emittendos retineat. Huc referendum eſt Martial. Epig. lib. 12. dum ait:*

Et pedit deciesque viciesque.

De quo infra, &c,

19 *De his a. Diphtongis etiam intelligi poteſt Priapus apud Horat. all. loc. Siquidem ſe tam magnum ventris crepitum reddidiſſe dicit, ut omnes veneficas fugarit. Non n. veriſimile eſt, uno ſimplici bombo ſic territas, ut relictis herbis ſuis veneficis & ſerpentibus, tam contento curſu in urbem fugerint. Licet non negemus, primo potuiſſe ſimplicem magnum bombum in modum veſicæ diſploſæ præmiſiſſe, quem deinde ſecutus ſit diphtongus, qui Lamias jam territas, & fugam reſpectantes plane in pedes ſe dare coegerit, quod tamen Horat. brevitatis cauſa & tanquam vulgo notum omiſit. Quæ interpretatio nobis loco illi obſcuriſsimo & difficilimo videtur maxime congruens, licet de ea cum quoquam litigare nolimus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

20. *Talis a. Diphtongus, præſertim quando ventre raphanis, cepis, alliis, piſis, fabis, & aliis cibis inſlantibus, qui clarum ſonitum efficiunt, probe ſaburrato, plures brevibus intervallis ſe invicem ſubſequuntur, adeo terribilis exiſtit, ut pullos in ovis, fœtus in utero quandoque perimat; imo & diabolum ipſum fugare ſolet, ſicuti ex multis Hiſtoriis accepimus, ex quibus unam exempli cauſa nobis hic recitaſſe ſufficiat. Nam cum quidam à Dæmone valde urgeretur, ut ſe ei dederet, aſſenſit tandem, ſi Diabolus tria præſtaret. Petiit igitur primo magnam vim auri: Data eſt à diabolo. Secundo, ut inviſibilis fieret: Et ipſum diabolus docuit. Tertia vice, cum maxime anxius eſſet, quidnam peteret, quod diabolus præſtare non poſſet, ei forte fortuna præ nimio metu elabitur diphthongus, ubi ille occaſione hac arrepta mox ait ad diabolum: Heus tu diphthongum hunc mihi nodo ſi potes connecte; quod cum diabolus præſtare non poſſet, & alias iſto tormentario bombo territus fugeret, ille miſere præſentiſſimo animæ periculo, hoc uno bono ereptus eſt. Sic legimus, domum dæmonibus infeſtam bombi beneficio liberatam. Cujus ratio nobis nulla alia videtur, quam illa trita. Sic ars deluditur arte,, & fallacia fallaciam, cuneus cuneum trudit.*

Item

Item majus lumen obfuſcat minus, & per conſequens tenebræ, odores ſoni, &c. majores. Similium enim eadem doctrina & ratio, &c.

21 Licet .a. terribilis ſit ut merito tonitru vocari poßit, tamen ſalutaris eſt, ut poſtea dicetur. Hinc proverbium natum eſt: Magnum bombum magno talento æſtimari.

22 Vt primum quoque non ita male fœtet, niſi in inteſtinis aliqua putrefactio ex diutiß. flatuum retentione ſuborta ſit, ut ſic loco intercluſi computreſcere incipiant, aut ex cibis comeſtis gravis odor adſit.

23. Parvus vel Semivocalis eſt crepitus cum ſonitu minore prorumpens, vel propter loci anguſtiam (qualis in virginibus nonnullis) vel propter exiguam flatus copiam, Germ. ein Brommer.

24. Hic recte dividitur in Tenuem, medium & Aſpiratum: Tenues ſunt ſemivocales vel crepitus parvi ex ſicciore & pertenui materia per anum conſtrictim delati; qui Puellares recte dicuntur, German. ein Nonnen oder Jungfrawfürtzlein / ſeynd ſo ſpißig / daß einer die Zähn mit ſtewren möchte.

25. Aſpirati ſunt ſemivocales vel crepitus parvi veluti ſtrepitus anſerum, ex materia humidiore, ideoque obſcuriore per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

anguſtum locum, vel etiam patentem, ſed materia pauca & deficiente, ita ut exacte ſtrepitus fieri non poßit, delati. Quales ſunt piſtorum. German. ein Pfeiſer oder Beckenſchiß.

26. *Medijmediæ naturæ quodammodo inter utroſque ſunt, quando ſcil. materia* ὁμοιομέρης *in quantitate & qualitate ſe mediocriter habens, & jam matura, per podicem nec nimis compreſſum, nec ruſtice etiam diductum, ſine ulla vi & naturæ impetu ſponte elabitur. Germ.* ein züchtiger Bürgerlicher Schiß.

27. *Ex his perſpicue animadverti poteſt, varietatem ſonorum in his tribus generibus, ut etiam aliis, ex tribus cauſis præcipue exiſtere.* 1. *Materia flatus, quæ quo ſiccior erit, eo ſpiritus clarior, quo humidior, eo obſcurior: quo magis æqualior, & ejusdem naturæ, eo ſimplicior: quo diverſarum magis partium, eo multiſonantior eſt.* 2. *Ex loci natura, qui quo anguſtior, eo acutior & tenuior ſonus redditur, quo amplior, eo gravior, Quo & faciunt gracilitas & craßities, inanitas & repletio inteſtinorum. (Inania enim magis tinniunt.)* 3. *Denique virium robore, quod multum ad hanc rem facit. Quo enim propellens natura fortior, eo bombus major, &c. Horum itaque omnium varietate, varii quoque exiſtunt ſoni.*

28. *De-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

28. *Declarari hæc res poterit exemplo tibiarum, tubarum, & fiſtularum. Craſſior n. & amplior tibia graviorem & obſcuriorem dat ſonum. Macræ vero vel tenues & anguſtæ, clariorem. Mediæ, medium. Sic tubam validius inflat, validus & benebuccatus ſocius, debilius debilis & infirmus à flatibus. Ex fiſſuris quoque tubarum, fiſtularum, &c. egregia & artificioſa conjectura ſumitur de crepitibus, cur nunc ſtrideant, nunc non item, &c.*

29. *Sed hic maxime ardua à VVillichio movetur quæſtio: An in hiſce crepitibus poßit eſſe Muſica? Ad quam ſecundum illum Magiſtraliter & reſolutive reſpondemus: Eſſe in diphthongis maxime, non quidem eam. quæ fit voce per ejus inſtrumenta, aut impulſu rei cujuſpiam ſonoræ, ut fit in chordis citharæ vel teſtudinis aut pſalterij; ſed quæ fit ſpiritu, ſicuti per tubam & tibiam redditur. Quapropter hic non eſt Harmonica vel* Ρυθμικὴ, *ſed organica Muſica, in qua, ut in alijs leges componendi & canendi non difficulter excogitari & conſarcinari poſſent, ita ut acuti & puellares primo loco, poſt illas mediæ vel civiles, aniles aut vetulares, ultimo graves vel viriles ruſticorum ſtatuerentur, non ſecus ac Diatonico canendi genere per Pythagoream dimenſionem diſpoſitum eſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Wenn man das Lied machen wolte: Es wolte ein Baur einen Paltrock ſchneiden kondten etliche grobe Diphtongiſten fein den Baß darin halten. *Vbi & obſervanda eſſet victus & perſonarum ratio. Nam ex ſubtiliore fumo, & anguſtiore loco acutior, ex nebuloſo & ſpatio ampliori bis tanto gravior effertur ſonus, Clariores enim ſonitus faciunt, qui ſicciores flatus gignunt: obſcuriores, qui humidiores efficiunt. Quid multis? Alvus nihil aliud eſt quam organon* πολύφθογγον, *in quo quis etiam ſyſterna* 12. *troporum, vel potius modorum citra negotium colligeret.*

30. *Hic tamen notandum erit illud Philoſophi: Quod omne ſenſibile excellens ſuum deſtruat ſenſum. Quare hic omnia moderata placere debebunt, non gravis ille ſonus & adeo magnus, qualis in Hiſpaniæ montibus & apud cataractas Schaffuſienſes, qui homines exurdat. Neque n. adeo parvus eſſe debet, ut eum qui audit, audiendo fatiget. Miſtura item ſonorum diligenter obſervanda, tum ne ſemitoniis adeo minute concidantur, ut non percipiantur à ſenſu, tum ne plures acuti vel graves in uniſono conſocientur, quod inſuavem reddit Muſicam, niſi quis choralem forte tentare vellet. Modorum denique habendus delectus, nec omnes ſine diſcrimine uſurpandi,*

ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſed tales, qui ſuavitatem adjuvent, quales ſunt Lyxoleibius, Hypolyxoleibius, Dorius, Hypodorius. His omnib. obſervatis, non impoßibile eſt, ex pluribus talibus inter ſe diſtantibus concentum fieri, qui exauditus pro miraculo habeatur.

31. *Quem ne ſurdus quoque audire poſſit, lanceam ſumat, cujus unum caput ad anum muſicantium apponat, alterum dentib apprehendat; quo pacto contingentiæ beneficio omnia ſonorum intervalla mirabili dulcedine percipiet, ſicuti in ſimili à Cardano & Baptiſta Porta Neapol. demonſtratum. Quod ſi ſurdus iſte, vel alius quivis, etiam ſaporis particeps fieri cupit, muſicamque etiam guſtare, arundinem ſumere præſtabit, cujus capite altero ore apprehenſo & ſpiritu fortiter adducto, voti compos evadet.*

32. *Hactenus de Vocalibus. Tempus ut nos ad MVTOS conferamus, qui ſunt Peditus abſque ſonitu ex humidioribus quodammodo & paucioribus ſtatibus genitis: Et latine proprie dicuntur VISIA, à verbo VISIRE, & Germanis eſt* Feiſten/ *ſicuti Ioſephus Scalig. in ſuo Catullo teſtatur.*

33. *Sunt a. vel Sicci vel Liquidi.* Sicci *abſque craßiore materia pedentium, & tacite erumpunt, & Germanis vocantur* Schleicher. Liquidi *vero, qui Germanico*

idiomate dicuntur **Drempler** / *ſemper ſecum trahunt aliquid craßioris materiæ vel oleti liquidioris, quod flatum ventris obſcuriorem efficit, & loco teli vel fulminis in hiſce ſpeciebus eſt. Facile a. ex ſubucula vel odore peßimo dijudicari poſſunt. Nam regula iſta, quæ de ijs proprie conſtituta eſt, ſemper certa eſt Liquida. Muta ſyllabam facit ancipitem,* **ein Dreck in den Hoſen.** *Quo referenda hiſtoria Diaboli, qui cum vellet emittere crepitum, & permerdatis braccis exiret liquidus mutus, podicis ſui perfidiam deteſtatus, indignabundus exclamavit vulgatum illud:* Nuſquam tuta fides, *&c. Hinc illi, qui ejusmodi mutos liquidos præmetuentes braccas prius demittunt, aut induſium attollunt, prudentes appellantur.*

34. *Iudicantur tamen hi liquidi ſalutares, quando ſic ſine ſonitu excernuntur, quod indicent, non magnum eſſe ſpirituum copiam, & excrementa quoque liquidiora, quibus cum flatus illi abſque periculo excernuntur. Materiæ quoque ſimul maturitatem indicant, & exonerandos lumbos, juxta illud:*

Maturum ſtercus eſt importabile pondus.

Alias ſi ceſſetur, & illi cum telo redeant, multum negotii in braccis faceſſunt.

35. *Atque hæ ſunt potißimæ diviſiones à forma deſumtæ, & per dichotomiam,*

quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

quantum fieri potuit, explicatæ; quæ ſi in omnibus obſervata non eſt, nemini mirum eſſe debebit, cum ipſe philoſophus hanc ſæpe impoßibilem, ſæpe abſurdam eſſe, non uno loco dicat. 1. De part. animal. 6. Top.

36. Licet autem & ſecundum materiam flatuum, vel potius efficientem eorum cauſſam eos dividere in Cepoſos, Alliatos, Raphantes, Braßicatos, Farciminatos, Piſones, Lentulos, Cicerones, Polentarios, &c. Item ex Adjunctis, in adfectatos & in voluntarios. Sed hi ad priores reduci poſſunt. Et ex poſtrema divioſine adfectatus inter probos viros vix tolerabilis eſt, niſi inter contubernales, & qui in eodem lecto tenentur, qui ſonorum crepitum riſus movendi, aut ſe invicem vexandi gratia non ſemel adfectant, adeoque clarè crepant, ut ænea tormenta quis putet. Interdum verò podice ſubucula occluſo, crepitum aut viſium, ſenſim evolantes, candela admota incendunt, qui pulveris flagrantis inſtar ad æthera abit. Interdum verò Mutos manibus excipiunt, & ſodalis naribus ex improviſo dijudicandos adponunt (Pfuy Teuffel. *Vulgò* ein warme Lochtaube) *quod tamen minus feremdum videtur. Alter verò Involuntarius, qui ſcil. nolentibus nobis, aut reſupinantibns, ant ſe curvantibus, aut etiam ex magno quandoque riſu aut*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

metu erumpit (qualis ille de quo ſupra) veniam mereri poteſt.

37. *Expoſitis jam definitionibus earumque cauſis, de effectibus quoque nonnihil monendum eſt, qui licet ratione cauſarum varii ſint & diſſimiles, ad duo tamen ſumma genera reduci poſſunt, Bonorum & Malorum, ad quos tamen ſupremos fines Stoici, & hos ſecutus Cicero ſuas de finibus diſputationes direxerunt,*

38. *Boni per ſe ſemper ſunt & ſalutares peditus omnes, quatenus ſcil. homo illis liberatur. A pluribus n. morbis ſanant, ab Hypochondriaco dolore, furore, colica, torminibus ventris, Iliaca &c. Sicuti contra, quando intro conduntur, & revolvuntur, vel occluduntur; flatus illi caput replent, & propter exhalationum multitudinem imaginem corrumpunt, Melancholicos, Phreneticos faciunt, aliisque graviſſimis morbis hominem implicant. Hinc defluxiones in capite, ex fumorum Meteororum deſtillatione, quæ in ſubjectas partes derivantur, & tuſſes & catharros excitant, ſicuti Medici frequenter inculcant. Quid multis? Non poteſt quis juſtam in ſtudiis quarumlibet rerum operam ponere, niſi idem omni pandiculatione, omnibusque flatulentis torminibus & ſolutus & liberatus fuerit. Melius igitur vel maxi-*

mo

mo ſtrepitu pedere, quam Iliacos, alioſque graviſsimos dolores perferre.

39. *Quæ & ratio Imp. D. Claudium (ſic à claudendo dictum, per antiphraſin, quaſi minime claudentem) nunquam ſatis laudatum movit, ut edicto veniam daret iis, qui in convivio efflatum & crepitum ventris emitterent. Vidit nimirum ter max. ille, deque hominum ſalute optime meritus, maximeque ſollicitus Imp. quoſdam nimis civiles (qui mori potius deligerent, quam tale quid committere) ex tormentis vel Iliacis vel colicis adeo torqueri, ut vitam cum morte commutarent, ſicuti Suetonius, Dion & alij hiſtorici teſtantur, Ex quibus conſtitutio illa, quæ alias in Codice, ſicuti aliæ multæ, Cujacio teſte, deſideratur, reſtituenda erit.*

40. *Non eſt a. quod hæc cum civilitate morum pugnare quis rigide contendat, ſiquidem ex puriore philoſophia contrarium aperte probari poſsit, Stoicorum præſertim, quos Cicero ipſe & omnes ſaniores philoſophi in beatæ vitæ ratione tradenda reliquis longe anteponunt.*

41. *Hi igitur inter ſalutaria vitæ præcepta, Ructus & flatus liberos eſſe debere non tantum præceperunt, ſed & graviſsimis argumentis convicerunt, quæ Cicero in quadam ad Pætam Epiſtol. 9. Famil. 17 4,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

refert & ſtrenue defendit, licet in Offic. in hæreſin neſcio qua falſa honeſtatis ſpecie relabatur, inter quæ hoc præcipuum eſt: Quod omnia & agenda & facienda ſint, ſicuti naturæ ductus exigit. Nec eſt quod hic quis de pudore multum garriat, qui etiamſi hic locum haberet, quod tum minime concedimus, eum tamen devorare utile eſſet, ut corpus redimeretur. Cujus ſi quis prava ex conſuetudine nihilominus adeo magnam curā habet, poteſt crepitū tuſsi vel pedū aut menſæ ſtrepitu, vel cane adhibito diſsimulare.

42. Quo pertinet & illud, quod in ſubitis maximi uſus eſſe ſæpius compertum eſt, Natium ſcilic. compreſsio, podicis muſculo ſummo ſimul niſu contracto & conſtricto. Sed hoc remedio qui uti volet, diligenter cavere dicunt, ne illi eveniat, quod Priapo apud Horatium, qui diffiſſa, ut ait, nate maximum bombum emiſerat. Et quod Æthoni apud Martialem, qui cum ſubito ventris torminibus obortis & flatibus ingentibus Iovem compreſsis valide natibus ſalutaret, corpusque veterum more precaturus reſupinaſſet, graviſsime pepedit. Verſus Martial. lib. 12. Epig. 78. hi ſunt:

Multis dum precibus Iovem ſalutat,
Stans ſummos reſupinus uſque in ungueis,
Æthon in capitolio pepedit.
Riſerunt comites. Sed ipſe Divum

Offenſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Offenſus genitor, trinoctiali
Affecit domi cœnio clientem.
Poſt hoc flagitium miſellus Æthon,
Cum vult in Capitolium venire,
Sellas ante pedit Patrioclianas.
Et pedit deciesque viciesque.
Sed quamvis ſibi caverit crepando,
Compreſsis natibus Iovem & ſalutet;
Turbatus tamen uſque & uſque pedit
Mox Æthon, deciesque viciesque.

43. *Sed hic poſſet quis non immerito quærere: Siquidem tam ſalutares ſunt peditus an etiam arte juvari poſsint, vel debeant? Et reſpondemus magiſtraliter, Quoad expulſionem mali jam contracti, quod ſic. Ad quod duplicia ſunt remedia,* 1. *Quæ intra adhibentur, ut ſunt Medica illa ex Aniſo, Fœniculo, Zedoaria, &c. calidaque omnia, qui flatuum expulſioni maxime inſerviunt.* 2. *Quæ foris adhibentur, ut clyſteres, ſuppoſitoria, &c. Quo pertinet & modus ille, ridiculus quidem, ſed non contemnendus quando quis inſtar canum mingentium pede uno, quod muſculorum motus adjuventur, levato, & natibus diductis, crepitum maximo bombo expellit.*

44. *Vvas vero & ficus recentes, piſa, aliaque legumina, item raphanos, allia, cepas, & id generis flatulentula, & quæ facile concoqui non poſſunt, edere, aut*

muſtum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

muſtum bibere, vel venere multa uti, quo crudo ſtomacho crepitus ventris adaugeantur, & luculenta tonitrua edantur: Id non eſt inter medicamenta mali, ſed potius facere malum, ut eveniat bonum. Cujus eventus cum ſit dubius, neſcio alicui conſulere, ut hoc tenet, niſi forſan certamen aliquod joculare inſtituere, aut muſicā quampiam venuſtam adornare vellet. Tunc enim arte rem juvare permittimus, quo cito & expedite cantores pedere poßint.

45. *Atque hactenus de bonis Effectibus. Sequitur de Malis qui ſunt odores & fœtores peßimi, Induſij ſignatio, Braccarum impletio, quæ hoſpites interdum à menſæ fuget, in liquidis mutis præſertim. Qui tamen effectus omnes non ſunt perpetui. Nam non ſemper, nec omnibus ſpeciebus accidunt: ita ut boni Effectus per ſe, & proprij ſunt ſummo generi, ejusque ſpeciebus omnibus. Mali autem ſaltem accidentarij.*

46. *Poteſt quoque inter bonos & malos quidam effectus eſſe interjectus & medius veluti rubor in facie ex verecundia ortus, qui prout in ſubjectum cadit, nunc bonus, nunc malus eſt, Mediæ ſcil. naturæ, ſicuti Mercurius, qui bonis planetis ſociatus, bonus eſt, malis malus. Ita quoque rubor, prout in juvenem aut ſenem cadit. Nam in illo laudatur, in hoc vituperatur.*

47. Ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

47. *Cæterum ſicuti bonos effectus promovere docuimus, ita quoque malos cavere, ſi quis velit, duplex itidem habet remedium, 1. In Medicaminibus intro aſſumptis, de quibus ſupra. 2. In clyſteribus & ſuppoſitoriis, Quorum omnium beneficio quis octiduo ante, quam ad convivium iturus eſt, ſe ſatis ſufficienter evacuare poteſt.*

48. *Illud inter ſalutares monere fere obliti ſumus, prodeſſe ſimul mejere & pedere, ex rationibus medicis multis hic non allegandis, & verſiculo vulgatiſſimo:*

Mingere cum bombis, res eſt gratiſſima lumbis.

Vnde quoque natum proverbium, ſine flatu mingere, nihil aliud eſſe, quam proficiſci Romam, & non videre Papam. Licet plerumq; prius mejatur, quam peditur. Nam dum unum alteri auxilio eſt, interdum flatus prius veſicam comprimentes urinam expellunt.

49. *Reſtat, ut de ſignis dicamus. Quæ vel apodictica ſunt, vel neceſſaria, vel probabilia, Apodictica, in quibus cauſa præſens effectum cito ſubſecuturum demonſtrat: quale ſignum eſt Raphanorum, ceparum, &c. eſus. Neceſſaria ſunt, quando unus effectus jam ſecutus alterum quoque ſimul prodiiſſe, demonſtrat, qualia ſunt* Odor *malus ſonus, ſtridor, &c. Probabilia, quæ non ſemper nec omnibus ſpeciebus accidunt, ut*

contra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

contractio, rugitus vel latratus ventris, tuſsis, pedum ſtrepitus, &c.

50. *Quæ ſigna ſi quis probe obſervaverit, artem ex ijs condere* Gaſtrologicam, *calendariaque de Peditibus certiſsima ſumma cum vulgi admiratione ſcribere poterit.*

Vberioris exercitij gratia, ſequentia addimus problemata.

QVæritur, An ubi multi flatus emittuntur, aliquid decedat Animæ?

Reſpondemus. *Nihil qui de animæ ipſi per ſe decedere, ut quæ ſit ameriſtos, ſed Animæ proximo & propriiſsimo inſtrumento, vitali ſcil. ſpiritu. Et hoc tamen non ſemper, ſed quando in magna copia ſimul emittuntur. Tunc enim ſicuti in omni copioſiore evacuatione accidit, vires debilitant reſolvendo & conſumendo vitales ſpiritus. Et ideo Muſicantes illi perpetuo refocillandierunt muſto, cepis, raphanis & ſimibus,*

2. An Horologia poſſint fieri ex crepitibus?

Reſp. *Quod ſic, cum ſint motus numerantes tempus ſecundum prius & poſterius.*

3. Cur crepitus Imperatoribus aſſimiletur?

Reſp. *Quia ſicuti Imp. ſummam habet in ſubditis vitæ & necis poteſtatem, ita quo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

quoq; crepitus aliquem ſervare & perdere poſſunt. Hinc verſus Vincentii Obſopæi:

Et crepitus multos nequiens erumpere perdit:
Et ſervat, balbum quando dat ore ſonum.
Ergo ſi ſervat crepitus, jugulatque ſonando:
Regibus hunc magnis quis neget eſſe parem.

4. An hodie omnes peditus ſint Legitimati?

Reſp. *Eſſe ex nova conſtitutione D. Caudij, quæ generaliter loquendo nullibi in jure reperitur correcta aut reſtricta. Quod bene notent practicantes Iuris, & inter obſervationes cancerales referant.*

5. An perſonæ pedentis dignitas aliquid authoritati peditus? Exempli gratia, utrum peditus Papæ dignior ſit, quam gregarii alicujus ſacrificuli, ambobus eadem quantitate & qualitate exiſtentibus?

Reſp, *Quod ſic. Nam Papæ aut Imp. alicujus crepitum nemo reprehendit, ſed omnes ſalutis acclamatione approbant. Quod ſecus in aliis inferioribus, qui interdum etiam ob, id, contra omnia tamen jura, mulctantur. Nam jura naturæ immutabilia ſunt, & prava conſuetudine contraria minime mutantur,*

6. An peditus arte chymica diſtillari poſſit, ita, ut educatur Quinta pedituum eſſentia?

Reſp. *Maximè, Sed cum ſpiritus ſint, iccirco Recipiente amplo, quali utuntur in*

confi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

conficiendo oleo vitrioli, & podice arcte applicato excipiendi ſunt maxima copia, deinde condenſandi in oleoſam ſubſtantiam ſive balſamum, qui poſtea per circulationem in ſole perfici debet, & fiet Quinta eſſentia maximarum facultatum.

7. In Muſicorum gratiam quæritur, quot ſint genera crepituum, ſecundum differentiam ſoni.

Reſp. 62. *Nam ſicuti Cardanus oſtendit, Podex quatuor modis ſimplicibus crepitum format, Acutum, Gravem, Reflexum & liberum. Ex quibus compoſitis fiunt modi* 58. *quibus additis quatuor ſimplicibus erunt ex prolationis differentia* 62. *crepituum genera. Qui volet computet.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

DISPVTATIO FEVDALIS DE CVCVRBITATIONE,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

CONCLVSIO I.

IVris feudalis conditores non abſque ratione conſtituerunt, ut Vaſallus, qui ſtuprum intuliſſet domini uxori, filiæ, nepti ex filio, nurui, ſorori, &c. feudum amitteret *§. item ſi fidelis. t. v. L. 1. F. & t. 17. L. 1. F. t. 21 L. 1. §. rurſus t. 24. L. 2. F. t. 57. L. 2. F.* Si quidem domino, marito, gravius nihil accidere, nec mors ipſa acerbior eſſe poſſet, *l. iſti quidem, 8. §. quod ſi 2. ff. Quod metus cauſa, Roſenthal. c. 10. concl. 27. n. 2. de Feud.* Schenck *in d. item ſi fidelis n. 3.* Et tam marito, quam familiæ ejus, gravis & atrox injuria inferri dicitur. *l. 2. §. penult. l. miles 11. §. 3. ff. ad L. Iul. de Adulter.*

2. Omnes autem iſtas libidinum impuritates, Feudiſtæ uno communi verbo cucurbitandi complexi ſunt, quod Barbarum vocat *Zaſ. de feud. p. 10. n. 24.* Et ſanè à Longobardis repetendum erit, qui curbitam pro ſtupro & infamia uſurparunt. Vnde cucurbitam dicebant, virum uxoris adulterio infamem, quem etiam argam appellabant; Quæ vox à Græco ἀργὸς deducta videtur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

detur, quaſi qui ejuſmodi contumeliam patitur, ſit ignavus, iners, ſegnis, ſtupidus. *Hotom. in Lexico feud. Rittersh. in ſuis partit. feudal. L. 2. c. v. q. 92.* hanc vocabuli hujus rationem aſſignat, quod, qui hoc flagitium perpetrare audet, in perſonas tam conjunctas domino, is eum habeat pro homine inerte, quaſi qui pro capite habeat cucurbitam, & peponem loco cordis. Itali vulgari lingua cornutum vocant eum, qui ſubſeſſorem patitur ſui matrimonii, ſuæque uxoris eſt leno; Germani nominant **einen Hahnrey** / & econtra eum qui primas partes apud amicam tenet, appellant **Hahn im Korb.** *Taubman. in comment. ad Mænoch. Plaut. Act. 2. Sce. 2. p. 602.* Ab hoc vocabulo ſegregandum eſt vicinum illud **Hanerich**/ vel **Hanenrich**/ quod Gallorum divitem ſignificat, *Vide Altham. in Etymol. Cymbr. l. H. ubi addit*, Herulorum regem ita fuiſſe vocatum.

3. Sed non ſolum Vaſallus feudo privatur, qui cum uxore domini concubuit, ſed etiam, qui, ut cum ea concumberet, ſe exercuit, vel ſi turpiter cum ea luſerit, quod intelligetis, manum in ſinum ejus inferendo, aut mamillas & fæmora attingendo, vide l. 2. legum Longobardicarum. *t. 54. l. 16.* §. Idem ſi fidelis, *& ibi gl. Hotoman. Cujacium atque Schenk. Baron. Sonsbec. de feud.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

feud. p. 12. *n.* 24. Huc itaque applicandi, ex *Plauti Pſeudolo Act.* 1. *Sc.* 1. joci, ludi, ſermones, ſuaves ſuaviationes, compreſſiones arctæ amantum comparum, molles morſiunculæ, Papillarum horridularum oppreſſiunculæ, &c. Et in ſpecie de tactu notandus verſiculus ab *Accurſio & Hoſtienſi* uſurpatus: Ni fugias tactus, vix evitabitur actus.

4. Quid dicendum de oſculo? Sanè exemplum turpis luſus & in hoc ponunt. *Menoch. de arbitr. jud. quæſt lib.* 2. *caſu* 267. *Rittersh. d. l. q.* 95. *Bocer. Cl. V. diſp.* 20. *th.* 43. *Vult. l.* 1. *c.* 11. *n.* 31. *Borch. de Feud. c.* 8. *n.* 98. Si ſcilicet ſit impudicum & luxurioſum. Vnde Taubman. oſculum vocat adulterii proæmium: *Et Angelus ICtus.* vocat oſcula, libidinis quædam antecænia. *Vnde Borchold. d. l. n.* 99. oſculum eſſe dicit proximum à coitu, & inter quinque lineas amoris quarto loco conſtitui. Quo referendus notus verſiculus:

Viſus & alloquium, tactus poſt oſcula factum.

Et Ovid. in lib. de arte amandi:

Oſcula qui ſumſit, ſi non & cætera ſumſit,
Hæc quoque quæ data ſunt, perdere dignus erat.

Hicque etiam recenſenda verba inſani cujuſdam amatoris, ad eam, quam amat, & qua potiri cupit: Beatus eſt, qui te aſpicit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

at ter beatus, ſi ſemi Deus dato oſculo; Deus dato uſu corporis. *Et ſecundum Zabell. exercitat, feud.* 8. *th.* 6. oſcula ſuut officiorum, baſia pudicorum affectuum, ſuavia libidinum, & amorum, Apud Gallos tamen,& his viciniores Germaniæ quoſdam populos, oſculum eſt ſignum benevolentiæ, Hucque illud vulgare referendum:

Ne ſatyriſce tume: rem ajunt eſſe oſcula inanem,
Et facie abluta tolluntur, & oſcula ſputo.

Ita etiam clericus alienam uxorem deoſculans, olim præſumebatur id facere, cauſa imprimendæ benedictionis, vel ad pænitentiam exhortandi, *gl. in cap. abſit, in verb. ſiniſtram* 11. *q.* 3. ſed olim, inquam, hodie non ſic. Nam Clerici ob male ſervatam fidem, tantum fidei amplius non habent, nec ſolus cum ſola in angulo, præſumitur eſſe angelus, aut orare pater noſter: Si tamen juvenis præ nimio amore puellæ oſculum dederit, mitius puniri debet, amor enim furoris eſt ſpecies. Vnde Piſiſtratus Athenienſium tyrannus, cum adoleſcens quidam amore filiæ ejus, virginis accenſus, in publico obviam factam, oſculatus eſſet, hortante uxore, ut ab eo capitale ſupplicium ſumeret, reſpondit, ſi eos, qui nos amant, interficiemus, quid iis faciemus, quibus odio ſumus. *Valerius Maximus. L. v. cap.* 1.

5. Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

5. Præterea ſi Vaſallus litteris amatoriis miſſis, aut illecebris munuſculorum uxoris dominicæ pudicitiem ſollicitaſſet, familiam & cuſtodes corrupiſſet, aliiſque omnibus ſtrophis, ad expugnandam ejus amicitiam uſus fuiſſet, feudo indignus erit *l. 5. C. de Epiſcop. & Cler.* **Schenck** *d. l. Rittersh. q. 96.*

6. Quid ſi non ipſe Vaſallus uxorem domini, cæteraſque perſonas, ſed alteri id facienti opem tulerit? *Sonsb. d. l. n. 27. Baldus in d. §. item ſi fidelis, Zaſ. de feud. p. 10. n. 27. affirmant, authores & fautores eadem pœna eſſe plectendos per l. 9. ff. Ad l. Iul. de adulter. §. præterea t. 24. l. 2. F. ubi, ſi domino periculum, vel damnum grave imminens denunciare deſinit Vaſallus, feudo privatur.* Et ſicut ſublatis receptatoribus non eſſent fures & latrones; Ita nec adulteri tam crebri forent, aut certe non diu laterent, ſi non eſſent lenones, & ſequeſtri Veneris, atque emiſſarii, quos eleganter quidem accipitres mulierum appellarunt.

7. Verum ſi vaſallus ignorans, cum domini uxore concumberet, quia forte uxor impudica, in domum Vaſalli juvenis, perſonata, ſub larva aut cucullo tecta, intraverat, tunc enim Vaſallus ignorans ſi fraus non ſubſit, excuſabitur *cap. in lectum 34. q. 2. Zaſ. d. l.*

 8. Simi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

8. Similiter ſi Vaſallus ſua ſponte ab exercitio iſto illicito, & turpi propoſito, pœnitentia ductus, deſtiterit, cum potuiſſet propoſitum perficere, à pœna caducitatis excuſabitur: ſecus eſt, ſi ab aliis impeditus abſtinuerit, *Zaſ. d. n. 27. per §. ſi voluerit t. 51. l. 2. F.* Schenck *Baro in §. item ſi fidelis n. 12. Rittersh. d. l. q. 93. Bocer. d. l. th. 46.*

9. Hoc eſt controverſæ quæſtionis, an Vaſallus etiam amittat feudum, ſi domini viduam ſtupraverit? *Roſenth. de feud. c. x concl. 27. Schrad. de feud. p. 9. c. 2. n. 5. Andr. de Iſern. Feudiſt.* Evang. *ſummus, Alvar. præpoſit, & Matth. de Iſern. Feud. Evang. ſummus, Alvær. præpoſit. & Matt. de afflict. ad §. 1. c. 1. quib. mod. feud. amitt. Zaſ. p. 10. n. 27. Clar. l. 4. ſentent. §. Feudum. q. 48. Rittersh. d. l. q. 103. Borch. d. l. n. 96. ubi dicit, viduam domini eſſe vivam imaginem mariti defuncti, concluſionem affirmativam defendunt; Sed nos negativam opinionem* amplectimur *per expr. text. in §. fin. t. 21. l. 1. F. ibi, vel* ſi concubuerit cum uxore ſui domini, DOMINO VIVENTE. *Et ita recte ſtatuunt Bald. in d. §. finali, Schenck ad d. §. item ſi fidelis n. 5. & 6. ubi, ſi, inquit, per nuptias eſſe deſinunt viduæ, quod fuerunt, longe magis eſſe deſinent per illicitos congreſſus. Sonsb.*

d p. 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

d. p. 12. n. 16. Eguin. Baro l. 3. de benefic. c. 3. Vult. d. c. 11. n. 31. §. Quid de vidua domini, Bocer. d. l. th. 56. Zabel. d. concl. v. 1. l. a. 10. Quid igitur dicendum de matre domini? Sane qui huic ſtuprum intulerit, abſque dubio pœnam amiſſionis pati cogitur, *per d. § item ſi fidelis t. v. l. F.* ubi is, qui cum ſorore domini concubuerit, feudo indignus cenſetur; E. multo magis, qui cum matre, *vid. Rittersh. d. l. q. 106. Bocerum d. l. n. 52. Diß. Eguin. Baro & Sonsb. dd. loc.*

11. Quod de matre jam eſt dictum, id etiam ad ſponſam domini eſt applicandum *l. 13. §. divi ff. de adult. l. 7. C. eod. l. 15. §. 24. ff. de injur. Rittersh. d. l. n. 51. Schrad. d. c. 2. n. 12.* Schenck *Baro d. l. n. 7. Goth. Anton. diſp. 11. th. v. l. b.*

12. Neque ſolummodo Vaſallus feudo ſuo privatur, ſi cuidam ex perſonis prædictis nolenti & invitæ, ſed & ſi volenti vitium obtulerit, *l. 1. §. uſque adeo & l. ſi quis ſervum 26. ff. de injur. Alvarot. in d. §. item ſi fidelis n. 2. Curt. Iun. p. 4. n. 20. Zaſ. & Sonsb. d. l. Vult. d. n. 31.* Schenck *Baro d. l. n. 2. Bocer. d. l. n. 54. Schrad. d. c. 2. n. 19. Gothof. Anton. d. th. v. l. G. Schoner. l. 1. diſp. feudal. diſp. X. concl. 64. l. a.*

13. Quid ſi prædictæ perſonæ ſint pu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

blicæ meretrices ? Sane communis opinio in hiſce etiam privationem, ſuum vigorem retinere, ſtatuit. *vid. Iſern. in d. §. item ſi fidelis. & ibid. Matth. de afflict. Curt. Iun. p. 4. n. 23. Morz. n. 46. Rittersh. d. l. q. 100. Vult. d. n. 31. Schrad. d. l. n. 19. Schoner. d. th. 64. l. B.* Sed nos negamus, hoc caſu pœnam privationis poſſe locum obtinere cum clariſſimo ICto *Heinrico Bocero, quem vide in d. diſp. 20. concl.* 55. 1. quia in meretrice neque adulterii, neque ſtupri crimen committitur *lib. ſi ea 22. C. h. t. vid. etiam Tertul. in lib. de cultu fæm. cap.* 12. ubi appellat meretrices infeliciſſimas victimas publicarum libidinum.

14. Sed non placet *Bocer. d. l. th.* 58. ubi propterea etiam vaſallum amittere feudum ſtatuit, quando dominæ pediſſequam ſtupro cognoverit; Hancque ſententiam etiam probat. *Rittersh. d. l. n.* 105. Profecto ſi hæc ſententia eſſet vera, exclamaveremus cum *Zaſio de feud. p.* 10. *n.* 69. Rem eſſe lubricam, eſſe vaſallum, nec magnopere expetendam. Interim merito amplectimur negativam opinionem, quam etiam defendunt. *And. de Iſern. ad d. t. v. l. 1. F. Curt. Iun. de feud. p. 4. n. 22. Sonsb. d. p. 12. n. 22. Gothof. Anton. dicto loco l. F.*

15. De concubina Domini potius crederem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

lerem, ſi quibuſdam in locis concubinatus ſit in uſu, quod qui hanc ſtupravit, feudo ndignus cenſeretur. *vid. Ritt. d. l. n.* 104.

16. De ſorore domini ultima noſtra ſit quæſtio, an qui hanc maculaverit, huic pœnæ ſubjectus ſit? Et ſane *ex t. n. v:* §. *item ſi fidelus l.* 1. *F.* & §. *rurſus t.* 24. *l.* 2. *F.* dicendum, quod ſic, modò in domo domini fratris maneat, vel in capillo: Dictum autem terminum in domo manere, cum *Dno. vult d. l.* intelligimus non de corporali manſione, ſed de jure familiæ: Ius autem familiæ non ad certas quaſdam ædeis reſtringitur, ſed perſonam, ubi eſt comitatur; De ſequenti termino in capillo eſſe, vide *Hotom in Lexico feudali,* ubi obſervavit ex legibus Longobardorum, & conſtitutionibus Neapolitanis, fuiſſe apud antiquos hanc conſuetudinem ut novæ nuptæ crines ſolverent, qui mos adhuc hodie in quibuſdam Germaniæ civitatibus, etiam in paranymphis virginibus uſurpatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

AD LECTOREM.

HÆc quæ de perjucunda hac materia, benevole Lector, breviſsime conſcripſimus, ut in optimam partem accipiantur, ſummopere rogamus: Nobis hoc ſolummodo fuit propoſitum, ut ſtudioſæ juventuti, quaſi per indicem monſtraremus juris Feudalis delicias.

Diſpu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Diſputatio Inauguralis.

Theoretico-Practica,

DE

IVRE POTANDI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Ad populares ſuos.

Non potare nefas. Potinnâ nata benigna
Teutona progenies, pulcro conamine ſveta
Cum poclis vacuare ſcyphos, magnoſque culullos
Æmula Perſarum & Græcorum, læta ſuperbi.
Quid, quo jure modoq́ꝫ ubi, cur & quando bibendum?
Inter-numque ſiet, Davus fors potet an herus?
Quodque ſiet robur potûs? jam rite propinat
Potorum præſes : *Tu oculis, ore imbibe & auro,*
Quà peccare datur potu, haut impegeris unquam :
Qua præſtare datur potu, haut defeceris unquam.

Oenopota Germanus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

DE IVRE POTANDI,

Poſitio I.

COttidiana eſſe addiſcenda, Lucerna ilia Iuris Paulus in *l. legavi* 25. *de liberat. legat* admonet. Cum itaque nihil (quod ſciam) ſit familiarius, nihilque magis ſolenne, quam ipſius Bacchi ſacra, & verendum, ne nobis objiciatur, quod olim Servio Mutius opponebat *in l. neceſſarium.* 2. §. *Servius.* 45. *ff de orig. jur.* turpe eſſe Germano jus conviviorum, in quo quotidie verſatur, ignorare: Non abs re eſſe duxi, ſi nonnullas obſervationes tam Theoreticas quam Practicas in gratiam eorum, qui aliquando animum ad forum applicare deſiderant, eventilarem, quo rudiores excitarentur, eruditioribus vero penitius in eam rem inquirendi anſa propinaretur.

2. ORIGO *hujus Dionyſij feſti quin ſit antiquiſſima omnibus conſtat.* Vſum itidem promiſcuum omnibus gentibus communem eſſe, æque notum eſt: temporum

tamen evolutione nemo non Germanis propter ſedulam eorum devotamque erga hoc numen religionem & culturam, principatum obtulit; quam laudem preſſis velut manibus proterve adhuc præ cæteris ſibi retinent & defendunt. Ad hos itaque, eorumque conſuetudines collimabit diſſertatio, quam tamen principaliter ad praxin Academicam voſo accommodatam.

3. Hujus Numinis cultus in commeſſationibus & potationibus conſiſtit. POTATIO eſt ſtrenua poculis ſuſcepta velitatio. IUS POTANDI eſt, quod inde reſultat, comprehendens ritus & ſolennitates, quidque alterum alteri ex lege præſtare conveniat, ſubindicans.

4. CAUSAM PRIMAM ipſi antiquitati adſcripſi. *Secundariæ ſunt plurimæ, procedentes vel ex liberalitate ipſius domini, cujus impenſis potationes expediuntur*; *vel ex quadam honeſtate*; *aliquando etiam ex neceßitate.*

5. *Liberalitas illa cauſatur vel ex ſola affectione*, ut ſi amicos invitem nullam ob aliam quam amicitiæ cauſam; *vel ex aliis circumſtantiis* : Sic ipſa aeris conſtitutio, nonnunquam occaſionem à ſtudiis feriandi Bacchoque indulgendi præbet, quod fit, ſi nebuloſæ forſan incidant pluviæ, quibus corpus ad deſidiam provocatur, cui ſi ſoli-

tudo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

tudo accedat, facile melancholia contrahi poteſt; Hoc itaque ne fiat accitis amicis ad potandum aliquando devenitur. Pari ratione majore urgente ſolis fervore, unde corporis provenit laſſitudo, Muſis invigilare difficile eſt; Aſſumendum igitur aliquid liquoris, quo iſta flamma reſtinguatur, in quo dum laboratur, è re ſæpius occaſio bibendi naſcitur. *Quæri hinc poteſt: An expediat diebus canicularibus ſtudere?* Matutino tempore modica quidem olei impenſio extra periculum eſſe putamus, pomeridianum vero tempus noxium omnino. Videmus enim tunc temporis canes in rabiem agi, qui tamen nullius rei cogitationi inhærent. Quo dubio procul veneranda reſpexit antiquitas; quæ in quibuſdam Academiis & ſcholis circa id tempus meridianas ſuſpendit lectiones. Tabellarii quando bene nummati expectatus adventus regulariter aliquo ſympoſio ſalutandus venit; ibi in ſanitatem patris, matris & omnium eorum, qui aureos nummos mittere ſolent, bibitur, reliqui non curantur.

6. *Propter honeſtatem* aliquando inſtruenda potatio, ſtudiaque interrumpenda, ut ſi amicus nos interpellet. Maxima namque eſſet ruſticitas & importuna ſedulitas, nolle amico per exigui temporis uſuram vacare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

7. *Neceßitas eos potißimum* ſtringit, qui noviter ad Academis acceſſerunt. Illi namque per Schoriſtas (ut vocant) aditi vinum aut cereviſiam, prout fert eorum crumena, ad ſatietatem apponere coguntur, niſi pugnos ſentire malunt; *Quæ conſuetudo num rationabilis, & utrumne quis ſalva conſcientia Schoriſtarum conſortio ſe aggegare poßit, ſi quæratur?* Vtrumque de jure negamus. Incurrunt enim hæc recte contra Iuris noſtri principia, quæ honeſtatem morum jubent, alterius læſionem vetant; Fures & prædones ſi homines exſecrantur, quis hoſce laudabit? Quorſum alias *Edictum quod metus cauſa*? Quorſum *Interdictum Vtrubi?* Si non ad hoſce per vim interrumpentes hoſpites ſpectent? De facto autem & conſuetudine loci quid obtineat, vide Diſputationem famoſam De Iure & natura Pennalium *per tot.*

8. MATERIA EST VINUM ET CEREVISIA: quorum utrumque eſt in multiplici differentia; nec dubium, ſi de præſtantia quæras, quin vinum cereviſiæ longe prævaleat. In ſuo tamen genere conſiderato, cujuſnam bonitas præponderet, unius non eſt judicare, tot enim de eo ſunt ſententiæ, quot capita. Quod vel inde conſtat, dum plurimi reperiantur, qui aquam aut lac vino etiam excellentiſſimo præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

no præponant. Meo palatui magis adblanditur cereviſia Roſtochienſis, Hamburgenſis, Dantziger Dubbelt Bier/Preuſſingk / Braunſchweigiſche Mumme / Kniſenack/Hannoverſch Broyhan/ Engeliſchs Bier / Zerbſter/ Torger / quam Kuckuck/ Bůffel / Raſtrum/ Klatſche / longeque pluris æſtimo vinum Lacedæmonicum, vel purum Rhenanum, ut Klingenberger / Muſcateller/ Reps / Hambacher/ Malvaſier/ Peter Simens/ Allekante/ Kießfelder / Nóthalter/ Bacharacher/ quam omnia Francica & Heſſiaca vina.

9. FORMA. *potandi dignoſcitur ex ipſis bibitionum modis*, qui vel *ſunt totales* vel *partiales. Totales ſunt*, quondo totum exhauritur : idque *fit vel continue vel diſcontinue. Continue* quando uno hauſtu totum evacuatur ; *Idque expeditur vel floricõs vel hauſticõs. Floricõs* bibitur, cum os pocli labris circumcluditur, unoque impetu potus ad gutturem demittitur, cujus reflectio bullulas quaſdam efflat, quas flores noſtri dicunt. *Hauſticõs.* cum uſitato modo totum ſine reſpiratione extrahitur.

10. Cujus ratione in dubium venit : *Si quis inchoet aliquod poculum floricõs ordine ebibendum, & forſan unus è medio hoc præſtare nequeat* (nam non omnibus con-

tingit

tingit adire Corinthnm.) *Quid ſit faciendum?* Nemo ad impoſſibile obligatur. *c. nimo. 6. De R. ſ. in 6.* & ſufficit ad ſuum modum fuiſſe diligentem & gnavum *l. Quod Nervæ. 32. ff. De poſit.*

11. *Sed quid ſi nec hauſticũs ebibere queat?* Illa eſt lata culpa, non noviſſe id, quod omnes tenent. *l. latæ. 223. ff De V. S.* quæ dolo comparatur. *l. 1. §. 1. ff. ſi mens falſ. mod. dix.* Ea propter excuſationem non merebitur. Bibat itaque uſque dum oculi diffluant.

12. *Quid ſi de virium ſuarum tenuitate non proteſtetur, inchoetque floricũs ebibendum, ſed complementum addere non valeat. quid juris?* Ille de novo inchoare debet, non enim illud affectare debuerat, cujus erat imperitus. *l. idem. 8. §. 1. ff. ad L. Aquil.*

13. Quandoquidem hæc ſtricte obſervanda ſunt: *Numne Virgo aſſidens aliquantulum adjuvare poterit?* Aff. Quia minima non curat prætor. *l. 4. ff. De in Integ. reſtit.*

14. *At quid ſi ſtrenue bibat?* Tum negamus, hoc namque in fraudem legis fieret, quæ circumventionem non patitur. *l. contra 29. cum l. ſeq. ff. De ll.* præſumptio tamen pro virgine eſt, cum raro ſint bibaces, LL. autem ad id, quod frequentius fit, feruntur. *l. jura. 3. cum ſeqq. ff. de LL.*

15. *Anne idem de Anu aſſerendum?*

Iſtud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſtud pernegamus, longos namque ſingulus vetulæ ſolent ducere, & plus æquo abſumere. Deſuper plurima noxia in effœto & rancido iſto corpore continentur, quæ ultro cuipiam communicationem poculi diſſuadere debent.

16. *Hæc pocula vel ordine procedunt vel extra ordinem. Ordine* quando nulla transgreditur perſona, ſed in omnes ſecundum ſeſſionum ſeriem poculum promovetur, hujuſmodi eſt *poculum* quod vocant *ſanitatis*, quod alicujus ſanitatis comprecandæ ſtabiliendæque cauſa nudo capite & quidem ſtando à tota Compania expeditur. De hoc quæri ſolet. *An ſit rationabile*? Dicimus finem quidem eſſe bonum, intermedia autem non uſque adeo convenientia: Nam quis neſciat quam multi ſint, qui hujuſmodi valetudinariis poculis, alterius procurare valetudinem intendentes, ſuam ipſius exhalent. Illos equidem in ſeipſos injurioſos, ipſamque naturam violare conſtat, quæ quidem aliis prodeſſe dictitat, ſed non cum ſuo detrimento. *l. 2. §. 5. inf. ff. De aq. &, aq. pluv. arc. l. 6. C. De Servit. & aq.* & ut loquuntur Dd. ordinata caritas à ſeipſo incipit. Magnus tamen hujus ubique eſt uſus cumprimis in aulis Principum.

17. Oritur hic dubium: *An liceat bibere in ſanitatem Papæ*? Bibat qui volet,

nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

nos non dignamur eum votis ſanitatis, qui nunquam animo ſanus eſt, nec ſanus reddi poteſt. Sitit ſanguinem, Animam noſtram ſitit, quam ſi ſecum in gehennam traxerit, non licet quærere, Papa quid facis. *c. papa. 6. diſt. 40.*

18. Succedit huic alia quæſtio: *An honeſtum ſit, ut quis patiatur præſens ſuam ab aliis bibi ſanitatem:* Ita obtinet uſu, ut quis non reputetur politicus, qui talem ſibi exhiberi patitur honorem. Imo multoties incivilitati aſcribitur, ſi quis ſine proteſtatione inchoari permittat ſanitatem proximi cognati. *Amatoriis tamen ſeu Veneris mancipiis* ſpecialiter indultum eſt, ut in ſuarum Animularum (licet præſentium) ſanitatem hujuſmodi votivos hauſtus inſtillent, qui maximos in iis pruritus excitare ſolent, cordaque & renes penetrare: Imo tanto hoc ipſo incenduntur æſtu, licet poculum ſit ingens valde, cujus profunditatem vacca quadrima haut valeret abſorbere, illi tamen ſine difficultate ἐν τῷ νῦν ad unguem uſque exugere poſſint.

19. *Extra ordinem bibitur,* cùm ordinis ratio non attenditur, ſed huc illucve poculum deſtinare licet. *Quod vel ſimpliciter ſit, vel cum ſingulari ſenſu:* Simpliciter, velut ſi nihil præter ipſum bibendi actum introducat poculum, quemadmodum communi-

muniter bibi ſolet. Hic ſalebroſa ſatis incidit quæſtio, quam multi tanquam altas radices hominum attingere noluerunt. *An is qui adverſario ſuo hoc pacto propinat, injuriam ſibi factam remiſiſſe videatur?* Ajentibus aſſentimur: nam cum hujuſmodi propinationes votiva quadam ſalutis comprecatione perficiantur, quis neget, reſtinctum eſſe animi fervorem in eum, qui nobis fauſtiſſima quæque comprecatur. Eò reſpicit *§. fin Inſt. de injur.* diſſimulatione injuriarum actionem aboleri, ubi notant Dd. illud fieri per ſalutationem reciprocam, compoſitionem manuum, convivalem & familiarem converſationem. Iidem tradunt prædictis modis injuriam ad animum ſemel revocatam, tacitè remiſſam cenſeri, quod tamen communius non abſolutè recipitur, ſed cum quadam limitatione, ſi id lite nondum mota fiat. Quod vos notare volo, quibus publicas popinas crebrius viſitare moris eſt, ut ſicuti vobis cum alio res ſit, nolitis vel illi præbibere, vel ab illo profectum ſuſcipere, niſi ipſimet reconciliationem appetatis. Vnde proteſtari quoſdam videmus, quoties cum inimicis ipſis convivaliter converſandum ſit, cauſæ inde nihil decedere debere, **daß ſie ihm auff hoffrecht eins bringen wollen.**

20. *Singularem præ ſe fert ſenſum* Po-

CULUM, *quod dicant* FRATERNITATIS, moribus introductum, quo aliquis velut initiationis ritu verbis ſolennibus in fratrem cooptatur: vulgo vocant **die Brůderſchafft/oder auffn Dutz trincken/** Formula communis adoptantis hæc eſſe ſolet: Si non domino juvenis nimis aut inæqualis viderer, optarem cum eodem amicitiam & fraternitatem pangere: Reſpondet alter, bibe in nomine Domini, erit id mihi perquam gratum. Bibit ille, traditque adoptando, ubi in ipſo traditionis actu hæc verba conſueta adhibentur. Nomen eſt mihi N. N. faciam quod tibi ſit acceptum, omittamque quod ſit ingratum, omninoque me ita geram, ut bonum addecet fratrem. Cui alter infit; Et idem ego ero in omnibus. Ibi poſtmodum non multis adjectis muſſitationibus ab invicem rogationes fiunt, ut hæc fraternitas mutuis viſitationibus ſtabiliatur. Hæc, ut dixi, fraternitas conſuetudine inducta eſt, quam jus civile prorſus ignorat, nullus ſiquidem per adoptionem illo jure fratrem ſibi quærere poteſt. *l. nec ap. 7. C. De heredit. inſtit.* Ipſam namque adoptio naturam imitatur. *ſi. 4. Inſt. de adopt.* Contra naturam autem foret, fratrem ex fratre naſci.

21. Circa quod generaliter indagare licet: *Quid de ipſa fraternitate per poculum*

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ontracta ſtatuendum ſit? Eam parum firmitatis habere prudentiores arbitrantur. Et hoc veriſſimum eſt, eadem ſiquidem facilitate, qua colligata eſt, reſolvi poteſt. *l. nihil tam. ff. de R. I.* Quod multoties ita in facto evenit, ut qui hac hora in intimam conſpirarunt fraternitatem, ſequente ſe invicem pugnis exercuerint. Nec hoc mirum cuipiam videatur. Effectus enim ſuam cauſam arguit, quæ qualis præceſſit, talis quoque hic cenſetur *l. 5. ſi. 1. de adminiſt. tut.* Iam certum eſt, nihil quicquam ſtabile in ipſa ebrietate reperiri, ſed omnia cum impetu agi *l. 11. ſi. 2. ff. de pæd.* Vnde alii ebrium currui ſine ductore currentem compararunt. Ergo nec in ipſa amicitia, per ebrietatem contracta, quicquam firmi erit. Videmus tamen nonnunqnam amicicioris conjunctionis hinc ſumi occaſionem & ſtabilimentum, & temporis tandem ſubjici progreſſu.

22. Stante tamen communi ſententia inquirere non abs re erit: *An honeſtum ſit; Studioſum cum Pennali fraternitatem bibere*? Cum aves unius coloris junctim volare ſoleant, exqve comite noſcatur, qui ex ſe non dignoſcitur, præſumtione juris, is non immerito pro Pennali habetur, qui ſe Pennali aggregat. Accedit quod Adoptio agnationis jus inducat. *l. 23. de adopt.* Agnati

autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

autem arctiſſime jungantur, adeo ut de alterius ſanguine participaſſe videantur. Coaluiſſe itaque reputatur, & ipſam veluti ex traduce hauſiſſe pennalitatem cenſetur; qui cum pennali hujuſmodi fœdera pepigit. Degradatione non indignus eſt, ut qui tam crudelis fuit, ut famam ſuam neglexerit quæ cum vita pari paſſu ambulat *l. 9. de manum. vindict.*

23. *Idemne de Nobili aſſerendum, quaſi ipſi efficiat cum ſtudioſo ignobili hujusmodi confœderationem facere?* Minime gentium. Quandoquidem tantum abeſt, ut hoc nobilitatis ſplendori ſit dedecori, ut potius eum apprime ornet. Sic ſummos videmus Monarchas literatorum ambiiſſe amicitias, ut quorum conſiliis & eruditione inſtructi longe fœlicius imperii gubernacula tenere potuerint. Quid quod ipſis ſtudioſis, eadem (ſi non majore) competant privilegia, quæ nobilibus. *Auth. Habita. C. Ne Fil. pro patre.* Quid quod & ipſi (præſertim juri incumbentes) ad nobilitatis faſtigium adſpirare valeant, exemplo Vlpiani *in l. 7. C. De poſtul. l.* 8. *f. ff. De excuſ, tut.* Quam nobilitatem utpote virtute acquiſitam multo præſtantiorem eſſe ea, quæ ex natalibus provenit, tradunt, ſecundum illud: *Nobilis is vere eſt, quem nobilitat ſua virtus.*

14. Vnde

14. Vnde diffluit & hæc conſideratio: *Aliquidnam decedat honori ſtudioſi, ſi pi-cem in fratrem adſumat?* Affirmandum prima fronte videtur ex iis rationibus, quibus contra pennalem uſus ſum. Attamen contrarium in foro determinari videmus: Et ratio diverſitatis dari poteſt; quòd pennalis infamia quadam ſi non juris, facti tamen laborare videatur, & in contrario prorſus ſit prædicamento cum ſtudioſo, ſitque velut abortus in quo naturæ deficiat perfectitudo; cum contra pices ſint in ſuo genere perfecti, nec ita odibiles. Huc confer, quod ratione victus & amictus ſtudioſus iſto hominum genere carere nequeat. Quare fidiſſimè conſulo his, qui hujuſmodi hominum opera uti coguntur, ut rogati non denegent fraternitatem. Nam hoc & in Cambio & mutuatione pecuniarum, & fide habenda, ſi nummos in præſenti non habeas, plurimum prodeſt. Recitabo vobis exemplum, quod alicubi accidiſſe audio: Fuit aliquando mercator, qui ambivit ſtudioſi cujuſdam fraternitatem; Hic bene eſſe dicit, ſe non ſolere ſe quemquam qui non ſit ſui ordinis in fratrem aſſumere, niſi data aliqua arrha ſive recordationis ſymbolo: Alter geſtiens de tali oblato fratre, quid cupiat quærit; Cui inſit ille, placere ſibi tibialia ſerici fili, quæ ut det, imperat. Conſentit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſentit pix, poſtero die promiſſum explet. Videte num hæc praxis aureum os habeat. Remittendum igitur potius aliquid de juris rigore, quam contra propria commoda laborandum.

25. *Quid de Virgine cenſes: Num caſtitati quippiam inde decedet, ſi cum juvene hujusmodi fœdus pangat?* Illud perquam ſolemne eſſe inter nobiles audio; imo aliquando etiam ad alios defluere ritum illum animadverto, **daß ſie auff Schweſterſchafft oder hertzliche Trewe drincken/** ſed cavete, inquam Virgines quotquot caſtitatem amatis, ne prætextu fraternitatum vos in ſua retia pelliciant[i], fiſtula dulce canit, uolucrem dum decipit auceps, & Sororculæ titulus brevi negotio in titulum concubinæ converti poteſt. Quare principiis obſta, ſero medicina paratur.

26. *Hic hauſticōs bibendi modus nonnullis aliquando circumſtantiis variatur deſumptis aut ex ſubjecto recipientis potum, vel ex bibendi diſcrimine. Illo modo multoties* ex patinis fruſtis carnium abdominis & juſculi reliquiis illitis ſorbentur potiones, vel ex pileis domeſticis multoties peculiis plurimis obſitis hauriuntur; vel ex calceis, quos non raro impurus aliquis podicis filius ambedit magnis ſingultibus protenſo gutture extrahuntur: Quod ex matulis

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

cum ipſis urinæ excrementis potum ſumere quibuſdam placet, Suibus ædepol magis quam ſtudioſis hic mos conveniens, & qui hoc faciunt, non potiores ſunt canibus ad vomitum redeuntibus, multisque paraſangis ruſticum illum antecedunt, qui regeſtum in viam mulſum pileo excepit, ſecundamque ſibi & familiæ ſuæ menſam domum rediens extrui inde fecit. Nec minus probabilis eſt eorum procacia, qui candelas injiciunt poculis; ſcriptum enim eſt, *bibe quod eſt liquidum.* Quod de iſto dicam lurcone, qui ſex injectos in cantharum haleces ſalſos cum ipſa cerevisia proluere, & integros deglutire potuit. Ego ipſi aliquid mollioris farturæ, quod ſpinas non continuiſſet, devorandum porrexiſſem, quod ipſi conducibilius forſan, nec tanta in digerendo difficultas fuiſſet.

27. Exclamo quoties eorum mecum agito veſaniam, qui non contenti potu, ipſa vitra ſimul vorant; expediret potius aliquid bellariorum à tergo vaccæ magnæ recenter excidentium ore excepiſſe, illudque mandiſſe: ſic enim & os & viſcera extra omne arroſionis periculum poſita forent. Vnde facile conſtat, poſſe quem hujuſmodi inſuetos & violentos bibendi modos, alio quamtumvis præeunte, honeſte recuſare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

28. *Sed quid ſi ſub honoris noſtri diſcrimine admoneamur*, Bey Schelm ſchelm der es nicht nachthut? Nec tum quidem nos teneri autumo. Etenim quæ facta lædunt pietatem & incolumitatem, & contra bonos mores ſunt, ne fieri quidem à nobis poſſe putandum *l.15. ff. de condit. inſtit.* nec malis moribus aperienda feneſtra, ſed potius purganda à corruptelis provincia *l. 13. pr. de offic. præf.* Quin & quod in proprium corpus ſævire non liceat. *l. fin. §. 6. ff. de bon. qui ant. ſenc.* cum nemo ſit membrorum ſuorum dominus *l. 12. ff. ad l. Aquil.*

29. *Ipſe bibendi actus variatur multifariam.* Ego paucas allegabo circumſtantias. Sic nonnullis placet ore attollere vitrum. Alii citerius apprehendunt labrum, ut inclinato ad terram capite bibant: Quidam duo conjungunt pocula, & ſimul ebibunt. Reliqui non manu adſumunt, ſed brachio innectunt poculum. Sunt qui ad frontem ſtatuant vitrum, ut ſenſim per naſum veluti canalem in os defluat, ubi præ cæteris hi inſignem mihi prærogativam habere videntur, qui bene naſuti ſunt, ita ut inferius in curvaturam ad modum roſtri pſittaci naſus abeat.

30. Sunt alii qui propria nomina propter geſticulationes & ceremonias adhibitas, bibitionibus indiderunt. Cujuſmodi ſunt

Curll.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Curll/ Murll/ Puff/ cujus miræ ſunt ſolennitates vel potius fantaſiæ; Poculum latinum cui verba nonnulla cum quaterna propinatione adhibentur: Item **Das Rößlein verkauffen / Dem vnbekandten bringen.** Item ſine Tuck ſine Schmuck/ſine Bartwiſch. De quo poſteriori ſi roget quis: *An ſine* Bartwiſch *bibere queat, qui barbam non habet*? Reſpondetur id jure fieri non poſſe? privatio enim præſupponit habitum. Quæ ſubtilitas tamen in foro non attenditur.

13. *Hactenus de poculis tot aliter & continuis exhauriendis; modò deſpiciamus de diſcontinuis hauſtibus, cujusmodi eſt poculum Gratulatorium*, der Wilkomm/cujus uſus perquam familiaris eſt ſtudioſis, ſi quando novum hoſpitem nunquam antehac in Muſæo viſum acceſſiſſe videant, eidem cum prolixa pręfatione capaciſſimum quod habent poculum in argumentum acceſſus longe gratiſſimi afferunt. *Quod num recte quis recuſare poſſet, multoties quæritur*? Negativa communiter obtinuit. Quilibet namque Monarcha eſt in ſuo Muſæo, ac ſic jus ferendi legem habet. *l.1.de conſtis.poc.* Et quid laborabimus contra conſuetudinem legis vim obtinentem. *l. 32.ff. de L L.* Vbi tamen ſemel quis hujuſmodi honoratus poculo, denuo licet alio tempore redeat, non

eſt conveniendus, niſi Muſæum ſit mutatum, quo facto utpote novo acquiſito territorio, novis ſancionibus opus eſt, cum hujuſmodi ſtatuta ſint localia, nec ultra protendantur. *l. fin. de jurisdict.*

32. Illud agitatum ſæpius: *Si cui in primo acceſſu poculum non ſit oblatum, an Dominus Muſæi juri offerendi tacite videatur renunciaſſe, hoſpitemque neceſſitate bibendi liberaſſe?* Certe ſi ipſa intentio & ſcopus hujus poculi attendatur, affirmandum illud plane videtur: Contrarium tamen uſu invaluit, videtur enim dominus jus in commodius tempus ſibi reſervaſſe, cum nec ea, quæ meræ facultatis ſunt, ullo tempore præſcribi poſſint. *l. 2. de via publ.*

33. *Hucusque de totalibus bibitionibus; ſuccedunt partiales, cum non totum, ſed pars tantum hauritur*, puta quando duo vel plures de uno vitro participant. Qualis eſt permagna illa humpa, quam vocant **das Römiſche Reich** / cujus potentia non eſt exigua in proſternendis etiam viris fortiſſimis. Sic in inferioris Saxoniæ locis quatuor ex uno & quidem pleno vino vel cereviſia repleto cantharo bibunt, ita ut tres priores ſemel tantum bibant, quartus vero ſolus totum quod reliquum eſt exſiccet, quæ forma potandi vulgo nominatur **Den Fuchß ſchlepffen.**

34. *Vnum*

34. *Vnum hic admodum ſingularem notate modum*, cujus praxis aurea eſt, quem obſervavi in aliqua bene conſtituta republica. Vidi in eadem menſa junctim per pares non ſecus ac columbæ aſſolent, ſedentes virgines & juvenes, ubi complicatis invicem digitis annularibus adſumptoque inferius per utriusque manum ſimul poculo, junctisque velut roſtris & hic & illa biberunt, & tandem oſculo ceu ſigillo appoſito hanc ſocietatem obſignarunt. Optandum eſſet, ubique ſolennitatem hanc uſu valere, jurarem multo ſapidiores redditos iri potus; ſed (ptoh dolor) imperitorum quorundam incuria pleriſque curiis prorſus intercidit.

35. In hoc tractatu non omittam celebrem & utilem articulum. *Quid faciendum ſi omnes ex uno cantharo bibant, unique inter bibendum ſternutatio obveniat?* (quod fieri videmus, dum aliquando ipſe liquor ſolito meatu relicto per nares in cantharum relabitur.) Non iniquum arbitramur, ut ille ſolus totum, quod reliquum eſt, exhauriat, poſteaque puero cantharum reluendum tradat, & ſic peragatur in opere. Quamvis enim caſus fortuitus, nemini imputari debeat, ſi tamen ex præcedente culpa proveniat, præſtandus venit, *lib.* 5. §. 7. *ff. commod.* Quod in propoſito caſu acci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

diſſe evidenter patet, aut enim moderatius debuiſſet bibiſſe, aut maturius ore avulſiſſe.

36. *Sed ſi ille ſuas ſordes ſorbere nolit, deprecetque humillime?* Intereſt quidem Reipubl. pœnas ſuum ſortiri exitum. *l. ſancimus. C. de pœn.* Putarem tamen ex æquitate hoc ei poſſe remitti, aliumque cantharum ad ſummum uſque repletum de novo ebibendum tradi: Ignoſcendum enim eſt ei, qui ſanguinem ſuum qualiter qualiter qualiter redemptum vult *l. 1. ff. de bon. eor. qui ante ſent.* maxime cum ſeveritas L L. cum aliquo benignitatis temperamento leniri debeat *l. 11. pr. ff. de pœn.*

37. FINIS ET EFFECTVS *potationis eſt ipſa inebriatio.* Cujus modum expeditiſſimum plurimi deſiderant, inque eo inveniendo autores variant. Extra controverſiam eſt, vinum citius occupare cerebrum quam cereviſiam, quoque utrumque melius ſit, eo validiores eſſe operationes; ſed in eo vertitur cardo; *Senſimne bibendum an cum impetu? Et ſi hoc, utrum magnis quis urgendus ſit poculis, an minoribus vel uti ſuppungendus?* De hoc ſic habete. Quæ cum impetu fluunt, plus quidem robori habere, citiuſque aliquod vacuum complere; cæterum ſi exitus inferior obturatus ſit vel aliquantulum anguſtior, eodem cum impetu reſurgunt & effluunt, quo infuſ

ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſunt. Exemplum ſit infundibulum Lagenæ ſuperimpoſitum, per quod niſi ſenſim cereviſiam inſtilles, parum lagena capiet, ſed pleraque peribunt: ſi qui magnis onerantur vaſis ſtante pede ebibendis, repleri quidem in tantum poſſunt, ut digito in os immiſſo, potis ſit purum attingere vinum: Verum dicto citius totum rejicitur, (cave ſis ne è regione ſtes, ni velis ſalutari litera longa) & ſic tota operatio fruſtranea eſt. Contra ſi minuſculis poculis agatur, illorum vim (ut Heroum eſt animus) ſtrenuus flocci facit practicus, illaque ultro cum voluptate promovet, donec tandem hiſce illecebris ita faſcinetur, ut neque pes neque manus ſatis officium ſuum facere queat, ut ait Comicus.

38. Cum itaque omnes machinationes eo contendant, ut quis ad extremam perducatur ebrietatem, varia ſtratagemata, quibus hanc mentis alienationem evitare ſperant, ab hoſpitibus excogitantur, & cum primis vicinorum infidelitas, dum ſua aliis obtrudant vitra, deprehenditur. *Quod num bona conſcientia quis facere poſſit quæro?* Si in contractibus naturaliter quem circumvenire licet, ut licet. *l. 22. ff. Locat.* Quid cauſæ foret, quo minus hic idem dicamus, præſertim cum vigilantibus jura ſcripta ſint. *l. 24. ff. quæ in fraud. cred.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

39. HVNC FINEM cum aſſecuti ſint hoſpites, mirificas res tractare incipiunt, & omnia tumultuariè, ibi clamoribus & jubilationibus perſtrepunt omnia. Nec deſunt modulationes vocum, quibus tota domus perſonat, cujuſmodi ſunt: Ich fuhr mich vbern Rhein/ ꝛc. Günſtiger Herr vnd guter Freund/ ꝛc. Nachtbar GOtt gebe euch ein guten Dag/ Röſelein/ ꝛc. Bonum vinum poſt Martinum, &c. Wir haben ein Schiff mit Wein geladen/ ꝛc. He ſeth den Barckenmeyer wol an ſeine Mundt/ ꝛc. Der tolle Hudt/ ꝛc. Ein Hirſch ſprang auß dem/ ꝛc. Es fuhr/ es fuhr ein Bawr ins Holtz/ Alde/ Alde mit ſeinem Rößlein/ ꝛc. Der Keutzel wol auff den Zaune/ ꝛc. Was wollen wir ſingen/ ꝛc. Hänſelein mein Brüderlein/ Bacchus nobiſcum. Et cum ſuo dolio. Et quæ ſunt aliæ muſicales voces: Prædictæ tamen cantilenæ conjunctis omnium vocibus decantatur; alias quoque promiſcue ſinguli ſuas cantiones efformare & declamare ſolent, quod auditu perjucundum eſt.

40. Qua occaſione placet deſpicere *An qui in convivio tacitus ſedens reliquorum voces imitare non valet, præſumatur e xin de novus ſtudioſus, ut pote qui neſciat cere monias Academicas?* Neg. Nam etiam is, qui plurimos annos in Academiis contrivit

trivit, ita ſe potuit literis abdidiſſe, ut perraro in hujuſmodi ſodalitia ipſi tranſeundi ſpacium reliquum fuerit, vel utcunque aliquando interfuerit, nõ tamen protinus cuncta obſervaſſe potuerit; omnium ſiquidem memoriam habere divinitatis non humanitatis eſt. *l.* 2. §. 14. *de V.* 1. *E.* Sic nec è contrario ſtatim is præſumendus ſtudioſus, qui in omnibus hiſce decantandi ſtrenuam conjungere poteſt operam; Ipſi etenim Pennales ſubtiliores nonnunquam habent ſpiritus, & ea rimari poſſunt, quæ vel ſtudioſis ſunt incognita.

41. Non infrequenter quoque ſunt diſputationum certamina, ipſo jam cooperante vino, juxta illud:

Cum bibo vinum, loquitur mea lingua latinum.
Et
Fœcundi calices quem non fecere diſertum.

Cumprimis novitii ferula ſcholaſtica recenter exempti admodum ſibi placent, & barbam demulcent, ſi de Ente & non Ente, de Ente quidditatiuo & ejuſdem notionibus primis & ſecundis, & affectionibus, & quæ hujus farinæ alia myſteria Platonica ſunt, futiliter (ſubtiliter puto) in convivio diſceptare queant, putantque hoc pacto omnium admiratione ſuſpicionem Pennaliſmi declinare; nam quis ſtupendam hanc eruditionem in trivio natam vel muſſitare auderet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

deret? Sed neſcio qui fiat, noſtri nimium oculati, aſinum ſub exuvio Leonis deliteſcentem ſine perſpicillo conſpicere poſſunt adeo graviter advertunt. Hinc fit, ut horum diſputatorum paralogiſmi aliquando ſolidiſſimis alapis reſolvantur. Hoc vitio non ſolum Faixes iſti infecti ſunt, verum etiam ex ipſis ſtudioſis nonnunquam reperire licet, qui admodum proclives ſunt ad diſputandum, ſi vel tantillum occaſionis præbeatur: Ibi ſi ad omnes audires catervatim loquentes, Papinianos, Vlpianos Martianos, Africanos, Iulianos, & totam antiquitatem Iurisconſultorum. Nec tacent Neoterici, ſed Donellum, Cujacium, Fabrum vivos adeſſe dejerares. Br, Bl, Iaſon procul ire jubentur. Mirum quanta congeries LL. quanta ſeries rationum adducatur. Sed redeundo ad quæſtionem non ſine periculo eſt, verbis experiri velle, ubi poculis res agenda venit: Vacuus venter bibit libenter, nec ſe verbis explere ſinit. Et quid opus eſt verbis, ubi rerum, id eſt, poculorum teſtimonia adſunt: Quæ res adeo quoſdam movet, ut ſi verbis vincere nequeat, verbera ſubſtituant, ut multoties obſervatum memini. Et recte quidem quid Saulus inter Prophetas? Eo etenim intenti eſſe debemus, ut omnia fiant decenter in Republica & tempeſtive, ſi quidem non

omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

omnia omnibus & ubique conveniunt. Qui diſputare vult, cathedram conſcendat, quo ſi perventum eſt, multi qui aureos montes antea pollicebantur, magis ſilent quam piſces. Diſcite itaque frenum injicere linguæ, & os continere ubi opus eſt, & voſmet ſervate loco magis tempeſtivo; non enim periculi quicquam ſuberit, licet eruditione prorſus intumeſcatis, quod rumpantur ilia, aut vi tantæ copiæ dentes excutiantur.

42. Multi in more poſitum habent, ut aliquantulum inebriati continue rixas moveant. *Vnde quo remedio eorum procacia retundenda ſit, plurimi laborarunt?* Communiter obtinuit, hujuſmodi homini rixoſo primo ſilentium imponendum; ſi tacere nolit, minas eſſe addendas, quod ſi nec tum linguæ petulantia compeſci poſſet, communibus impenſis bene delumbatum remittendum eſſe, unde venerit. Et hic procedendi modus juri conveniens eſt; malum namque è populo tollendum, ne latius vagetur, cum conſtet unam ovem ſcabioſam, totum poſſe inficere gregem. Nec hęc verberatio cum relegatione conjuncta, ideo cuipiam rigoſa videri debet, quod nullus duplici pœna affici debeat. *arg. l.* 14. *ff. de offic. præſ.* Nam præmonitio duplex delictum aggravat. *l.* 28. §. 3. *ff. de pœn.* & jam tum conſuetudinem delinquendi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

contraxiſſe præſumitur, qui admonitus non deſiſtit. *lib. 3. C. de Epiſc. audient.*

43. Plurimi benè poti excuſſionibus feneſtrarum, omniſque ſuppellectilis dilacerationibus & colliſionibus delectantur: Quinimo clibanos dejectos & per feneſtras ejectos accepimus. Quod Schoriſtæ in viſitationibus Pennalium ut plurimum attentare ſolent; aliquando adhuc inclementius cum iis agunt, ipſamque bibliothecam invadunt, ſpoliant aut corrumpunt. Vnde exiſtit dubitatio non levis, *An hujusmodi damnum Pennali illatum ſit compenſandum? Schoriſtæ* communiter tenent, quod non: quia quod ad jus ſtudioſorum attinet Pennales pro nullis habentur. *l. Quod attinet. 32. ff. de R. I.* Sed velut civiliter mortui dicuntur. *l. ante pen. d. t.* Servi etenim ſunt ſtudioſorum, & juſſa eorum exequi coguntur. Eodem facere ajunt quod Pennalis editio monſtroſa ſit, nam cum natura ſtudioſum facere voluit, aberravit, & Pennalem ediderit. Monſtrum autem non pro homine. *lib. 14. de ſtat. hom. l. oſtentum. 38. de V. S. l. 3. C. de poſth. hered. inſtit.* ne dum pro ſtudioſo habeatur. Præterea hanc caſtigationem non mali animo, ſed emendationis & inſtructionis gratia fieri dictitant, quæ non improbetur jure. *t. t. C. de emend. propinq.* Studio

enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

enim ſint veluti magiſtri Pennalium, in quos intentos eſſe oporteat, ut mores Academicos addiſcant. Ea propter ſi vel oculus Pennali excutiatur, injuriandi animo id non fieri præſumitur, ſed animo diſciplinandi. *l. 5. §. fin. ff. ad L. Aquil. l. 18. §. 2. ff. de pœn.* Qui textus quamvis in eo illis obſtare videatur, quod in fine ſubjiciatur Aquiliam locum hacum habere; in promptu tamen habent reſponſionem, loqui illam legem de illis diſcipulis, qui ſunt tractabiles, quod videlicet hujuſmodi violentia remedia, in eorum inſtructione non ſint adſumenda. At cum Pennalis ſit duræ & pertinacis cervicis, duriore quoque cuneo opus eſſe, & non pectinem ſed ſtrigilem eſſe adhibendam. *Verum utcunque* ſpecioſe hæc ita dicantur, contrarium tamen in puncto juris verius eſt, nec difficile eſſet, niſi brevitatis ſtudium diſſuaderet ad allata fundd. reſpondere. Tota autem quæſtio inde deciſionem capere poſſe videtur, ut conſtet, *An Pennalis gaudeat privilegio ſtudioſorum?* Quod ſuperius quidem negatur; Dd. tamen communi calculo in *Auth. Habita. C. Ne fil. pro patre*, affirmatur; nulla ſiquidem diſtinctio in *d. auth.* adhibetur. Ergo nec noſtrum erit eam textui adfingere. *l. de pretio ff. de publ. in rem act. l. 1. §. 1. ff. de præſtand. leg.* Sed potius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ratio, qua movetur Imper. æque in illis, qui noviter ad Academias adſpirant, quam reliquis, qui canitiem in Academiis contraxerunt, convenit. Quare igitur eos à diſpoſitione hujus juris excludemus, *atque l.* 32. *ad l. Aquil.* Et hoc quidem in tantum verum eſſe ajunt, ut etiam ad eum, qui primum ad Academiam proficiſcitur, licet eam non attigerit *d. auth.* porrigendam ſtatuant. Imò quod majus eſt, alii, in Gymnaſiis, Cæſareis privilegiis non donatis, deliteſcentibus hæc privilegia attribuunt. Vtut ſit ſive *d. auth.* eos comprehendat, ſive non hujuſmodi damnum datum rependendum eſt ex juris communis diſpoſitione, quam ſi quis ad Pennales pertinere neget, næ is album à nigro diſtare negabit. Sed hæc eſt communis Theorica. In praxi quidem miſeri iſti Pennales (ut eſt genus timidum) frendore dentium & minis facile abſterrentur, ne jus ſuum profequantur, qui ſi tamen rem ad magiſtratum deferre auſi fuerint; non impunita abit hæc Schoriſtarum violentia.

44. Mirum eſt in tanto ebrietatis gurgite omnem extinguente rationis & memoriæ uſum, nihilominus ſanas cogitationes ſuſcipi poſſe, quod tamen à noſtris religioſiſſime fieri videmus, dum non immemores tractationis oblatæ, ipſos bolos &

potus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

potus eructant, & hoſpiti vice compenſationis reddunt. Dubitari itaque poſſit, *An hæc regeſtio in multorum præſentia facta aliquam turpitudinem ſapiat?* Communis opinio eſt quod non; illud ſiquidem ſit conſequens neceſſarium, quod provideri nequeat. Vnde tantum abeſt, ut hoſpites ei ſuccenſeant, ut potius ſumme ſibi gratulentur, triumphantes de tanta obtenta victoria. Quinimo allata aqua jubent mundare os, & nihilo ſecius examen continuare. Contrarium tamen ex jure eruere forſan haud foret difficile, ſed periculoſum nimis eſt, contra communem aliquid audere tentare.

45. Qua ſtante ſententia. *Si in præſentia virginum iſte vomitus fiat, anne tunc aliquid dedecoris ſecum trahit?* Maxime, & ita quotidie practicatur. Quod multi non ſine dolore experti ſunt, hoc ipſo omni Amaſiarum gratia exuti. Imò audio quempiam ab aſſidente virgine, quam perditè amarat, ſuem appellatum, & manibus pedibuſque de menſa eſſe dejectum, quamvis nullam conclavis partem commaculaverat, ſed omnia in proprium pileum ori obditum rejecerat. Quod tamen durum nimis, cum quilibet ſit rerum ſuarum moderator & arbiter. *l.* 21. *C. Mandat.* Sed ita ſtylus curiæ obſervat.

46. Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

46. Non minus in eo deſudatum eſt: *Numne quis in medio virginum reſidens ſalvo honore ſuo ad urinam reddendam exſurgere queat?* Quidam admodum inverecundum id eſſe exiſtimant, & ob id in varia inquirunt remedia urinam ſuſpendentia. Alii quibus de iis remediis nihil conſtat ipſam naturam coërcendo urinam reprimunt, uſque dum lachrimæ ex oculis prorumpant. Audivi elegantem de quodam juvene hiſtoriam, qui in convivio virginum gregi aſſociatus, & undiquaque adeo impenſe poculis impetitus eſt, ut brevi tempore ad urinam reddendam natura inſtigaverit. At ille impudicum exiſtimans tam cito ſurgere, viam invenit pudoris ſalvandi, ac feretrum ſuum fortiter intenſum in ocreas, quibus tunc temporis utebantur, ad ventrem uſque porrectas (Eques enim inceſſerat) immittit urinæ reddendæ gratia. Quod dum agit, ecce infelici è regione à virgine poculum offertur, cujus cum ſuſcipiendi cauſa ſurgit, prorumpit nequam ille ſub menſa latitans, ſeque in ipſas virginum facies effundit, quo viſo hoc monſtro, elatis vocibus conclamarunt, non ſecus ac anſeres, ta, ta, ta, quid hoc eſt. Perpendite quæſo quid cordis fuerit ipſi miſero. Ne igitur de nobis eadem ludatur fabula, nolite uſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

que adeo eſſe meticuloſi, ut vereamini opus reddere naturæ, quod nec ipſæ virgines, licet admodum velint eſſe ſubtiles, per ſudorem emittere poſſunt. Et licet illud aliquibus videatur incivile, melius tamen eſt occurrere in tempore, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere, *l. 1. Quando liceat. ſe un. ſin. jud.* Si ille in tempore ſurrexiſſet, non tantam ignominiam contraxiſſet.

47. Sed redeundo ad vomitum: Illud non ſine litigio eſſe deprehendo: *Vtrum is qui evomendo alterius faciem vel veſtes conſpurcavit, injuriarum aut L. Aquil. actione conveniri queat?* Neg. Quia voluntas & propoſitum maleficia diſtinguunt. *lib. 53. ff. de furt.* Hic vero delinquendi animum non habuit, cum neceſſitate compulſus reboantes emittere coactus fuerit, niſi dentes labefactare mallet. In neceſſitatibus autem nemo præſumitur eſſe liberalis *lib. 18. de adm. leg.* Huc facit, quod quilibet debeat eſſe gnarus conditionis ejus cum quo verſatur, *lib. 2. §. 43. De O. I. lib. 19. ff. De R. I.* Si itaque in loco hujuſmodi exercitiis deſtinato incuria ſua quis lædatur, ſibi illud imputare debet *arg. §. 3. Inſt. ad L. Aquil.*

48. Quoniam ſuperius in virgines incidimus, memoranda hic tractanda venit

Quæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Quæſtio: *Satis ne tutum ſit virgines intereſſe hujusmodi converſationibus?* Ædepol quia tunc incertarum ſolemus eſſe manuum, eaſque ſurſum verſum in omnes angulos inſerere in more habeamus, & frequenter tanquam oves erramus, præſertim ſi lumina (quod contingere in proclivi eſt) intercidant, ſuaderem ne nimium fiderent, latet enim anguis in herba, quæ ſi cuſpidem alicui figat, venenum expuit immedicabile, quo ſumpto adeo iutumeſcunt puellæ, ut nullum Emplaſtrum, licet vim habeat maxime attrahentem, tumorem iſtum extrahere valeat (non loquor de illis, quæ paſſavicam tenent artem, ſeque contra omnes ictus præmunire norunt.) Cogitent quoque optimæ iſtæ Galatheæ, quam periculoſa res ſit Virginitas, cum eam oſculo delambari tradant. *Dd. ad lib. 16. C. de donat. ant. nupt. per text. illum.* Perpendant inſuper & accuratius aliquanto examinent illud pontificis præſagium *in c. ſi Paulus cauſa. 34. quæſt. 5.* Ne Deum quidem corruptam virginem reſuſcitare poſſe; A quo non procul abeſt *Imp. in lib. un. C. de rapt. virg.* Quæ ſingula non ſine gravi conſilio quibuſdam in mentem veniſſe ſuſpicor, quæ cum mordicus ſe ſuamque ſalutem defendere voluerunt, indignantes in haſce eripuiſſe invectivas & defenſivas vo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ces perhibentur : ſine me inde tonſam : Manum de tabula, Deſine, quod quæris non invenies : Domine quot ſunt venti; vel ut Neotericæ, Hui eone aſpira? Bey leibe nicht / Ach wie kont einer doch / hören auff / laſſens bleiben / jetzt oder noch ehe / Iſt der Herr auch hönisch / Dieſe Woche nicht / Meint jhr daß ich ein Hure bin / vor wen ſehet jhr mich an / len michgen / & quæ ſunt hujuſmodi indignandi formulæ aliæ.

49. [Oportune hic quæritur: *An is qui hoc pacto manum in virginis ſinum voluit immittere, injuriarum poßit convenire?* Equidem ſi nuda appellatio, id eſt, blanda ſolum oratione pudicitiam ademtare, injuriam infert, ut infert. *l.* 15. §. 19. 28. 22. *ff. de injur.* quis negabit, ſi quis ad rem velit progredi, injuriarum naſci actionem? Domus noſtra per vim introita *l.* 23. *ff. d. t.* aut effracta *l.* 53. *pr. ff. de furt.* graviſſimæ & atrociſſimæ injuriæ exemplar eſt; Tune ipſius virginitatis violatis repagulis nihil injurioſum committi adſeres? Fores & feneſtræ reſtaurari poſſunt; ſed hæc clauſtra ſemel illita nulla arte fabrili refici poſſunt. *d. l. un. C. de rapt. virg.*

50. *At quid ſi virgo viderit alium, cui fas non fuerat ſubmittentem manum, cui virgo indignata non fuit, ipſeque idem attentet,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

tentet, num injuriarum actio locum habebit? Hanc Quæſtionem non expreſſe reperio deciſam, aliquid tamen ſi liceret conjectari, dicerem; diſſimulatum prius factum injurioſum præſumptionem inferre pudicitiæ læſæ, & ſic locum non eſſe perſecutioni injuriarum: Idque ex mente I Cti *in l.* 15. §. *ſed ſi quis.*15 *.de injur.* Vbi ſi quis virginem meretricio habitu indutam appellet, eum non peccare dicitur. Quod ſi habitus aliquam ſuſpectam faciat (quam dicunt Dd. rationem ibi fuiſſe, quod ex pennis cognoſcitur avis) quanto magis ipſa morum laſcivia aliquam libidinis arguet.

51. Prædicta auſteritas in aliquibus non reperitur, ſed ſe aliquantulum tractabiliores præbent. Quod ſi noſtri olfaciunt duo ſimul, ſi non plures manus ad tabulam admovere non erubeſcuut: Vnde illud quandoquidem auditur: Ehem hiccine convenimus? adeo ſemper ſimplices iſtæ puellæ ſuas ſentiunt vexationes.

52. At quid mirum virginibus hæc uſu venire inter pocula, cum ne ancillis quidem tunc temporis ſatis cautum eſſe praxis monſtret. Conſtat enim quoſdam bene potos poſt ancillas ſeſe in cellas præcipitaſſe, requiemque quæſiviſſe, aliquando quoque eadem inveniſſe; imo in ipſas vetulas quoſdam irruiſſe, eaſdemque mordicus delambiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

biſſe, uſus monſtrat. Quod ſi fuligo coquę, ſi rugæ vetulæ ab hoc furore juvenes avertere nequeant, quis virgines tanquam venuſtiores formas extra omnem periculi aleam poſitas fidejubebit? cum alias natura appetat optima; ſemperque deproperet edere novas formas 2. *ff*. 24. §. 2. Qui inſtinctus ſolet eſſe incorrigibilis §. *ſed naturalia. Inſt. De I. N. G. & C.*

53. Deſuper & hoc virgines ab hac converſatione deterrere debet, quod ſi forſan aliquid furioſi patiantur, eo nomine actio tamen nulla jure ſit prodita. Scriptum namque eſt, qui amat periculum peribit in eo: Et damnum quod quis ſua culpa ſentit, non videtur ſentire *l. quod quis.* 103. *ff. de R. I.* Cui accedit & hoc, quod omne maleficium ex affectu delinquendi metiamur. *l.* 53. *pr. ff. de furt.* At Ebrius nullum delinquendi affectum habere queat, cum impetu ad delinquendum impellatur. *l.* 11. §. 2. *de pæn.* Indeq; furioſo comparetur. *l. un. C. ſi quis imp. mal.* qui ex delicto nō punitur. *l.* 14. *De offic. præſ.*

54. *Vlterius deſpicere placet, poſito Virginem ſolam ceu noctuam inter cornices intereſſe congregationi aliquot juvenum* (Quod alias ſatis periculoſum, cum communio diſcordias excitet. *l.* 77 §. 20. *inf. de legat.* 2. Quod ſinguli in eam involare, primasque tenere ſatagant) *cui ſit ad la-*

tus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

tus ponenda? Arbitramur quandoquidem ſenectus veneranda eſt. *l.5.pr.ff.de jur. immunit* Ac propter hoc ſenior juniori præfertur. *l.fin.Di Fid. inſtrum.* Merito & hoc loco eum quadam prærogativa gaudere.

55. *At quid ſi virgo juniori potius faveat, & nonnullis notis, puta oculorum nictu, calcatione pedum, compreſſione manuum* (*prout facere ſolent*) *aut aliis indiciis ſuum affectum exprimat?* Ne ſic quidem juniori fas eſſe ſeniorem cedere exiſtimo. Hoc ſiquidem eſt juris publici, cui privatorum pacta & conventiones derogari non poſſunt. *l.jus publ.38.ff. de pact.* Sed omne quod in fraudem ejus tentatur, invanum eſt. *l.5.C.de L L.*

56. *Verum ſi quis è junioribus inamoratus ſit erga virginem? Diſting.* An inamoratio ſit vulgaris aut matrimonialis, ut hoc caſu propter favorem matrimonii, quod ipſam immortalitatem generi humano artificiò ſè videtur introducere, *n.22.pr.* proximus juxta virginem ſit ſtatuendus: Et hoc propter vitandam Zelotypiam, quæ facile fundamentum & ortum ſuum capere poteſt, ſi Amaſia noſtra alteri adjungatur, qui ei adblandiatur, cumque ea ludat & jocetur: Illo vero caſu nihil relaxandum eſt de jure ſcripto, nolente volente quantumvis virgine. Nec hoc iniquum eſt, cum

potuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

potuit virgo abire, & poſtmodum illum quem am̃at ſecreto ad ſe vocare, illumque ad ſacietatem uſque delambere, imo ulterius quoque progredi ei integrum eſt.

57. *Sed quid ſi omnes ſint ejusdem ætatis?* ſorte rem dirimendam eſſe cenſemus, quæ omnium altercationi finis eſſe ſolet. *l.3.pr. C. communia de legat. §.optionis 23, Inſtit. de legat.*

58. Feſtivum huc referre lubet dubium: *Vtrumne ſtudioſus poſt fornacem vel in angulo aliquo ſtans præſumatur rem illicitam agere?* Neg. Clericus enim amplectens virginem benedicendi animo hoc facere putatur. *gloſ. in c. abſit. 14.11.q.3 per c. ſcripturis. diſtinct.96.* ſed dixerunt alii, non præſumi eos orare pater noſter. Quare à tali benedictione libera nos Domine.

59. *Finaliter & hoc adjicere viſum eſt: Quandoquidem plurimos inter ipſa pocula admodum in ſomnum proclives eſſe comperimur, ſit ne conſultum ut dominus hoc iis indulgeat, eosque apud ſe pernoctari faciat?* Diſſuadeo totus, ni inſequente die convivium velit renovatum: Nemo enim facile tam incivilis eſt, qui ſurgente ſole nihil aromatis aut aquæ diſtillatitiæ vel aliud quippiam jentaculi, ſtomachi difficultatem propellendi cauſa, hoſpitibus ſuis offerat. Quinimo ipſi ſæpiuſcule hoſpites dominum ante-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

antevertunt optantes vel unicam halecis ſalſi particulam, aut farciminis toſti ulnam unam atque alteram ſuſpirantes, ſimileve quid oblectamenti digito crepantes. Alii intolerabilem ſingunt ſitim, quæ linguam ori adhærere faciat; quærunt itaque ſollicite, nihilne heſternæ potionis ſit reliquum? Illud qualecunque ſit, ſibi porrigi prius expetunt, quam ut longius ejuſmodi ſiti torqueantur: Quid faciet dominus? Pudor admonet aliquid largiri, ni Demeæ Terentiani tenacitatem ſibi objici velit. Quod ſi faciat, nullis machinis toto illo die eos à ſe poterit dimovere, ſed laudant liberalitatem domini & bonitatem potus mirantur, dejerantes ſe nunquam credidiſſe poſt tantam crapulam tam belle omnia ſtomacho conventura. Quare hortantur invicem, ut ſtrenuam navent operam, ac ſub honoris amittendi periculo **bey Schelm Schelm** ſe invicem conſtringunt, ne quis primus abeat. Et ſic & hæc lux tranſit non ſine crumenæ inſigni jactura, Cavete itaque cautius mercari. *l. 2. C. de furt.*

60. *Roges quid poſtero die Bacchi ſolennibus peractis noſtri faciant? quisve ejus ſit animus?* ſtertunt in multum diem, poſtea expergefacti caput dolet, eſtque turbidum, grave & ad quælibet ineptum: oculi ſunt cavi: rubicundi & velut nebula obducti: Os

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

eſt impurum atque ſordidum, obſitumque circumcirca buccellis, pridianum vomitum redolentibus: Veſtes ſunt laceratæ & ſordibus conſpurcatæ undique, non aliter atque ſus per obſcœniſſimas ſeſe volutaſſet paludes. Recubantes ita in lecto per horæ dimidium aut amplius aliquid ruminant prioris acta diei, ſi habeant cum quo colloquantur; revocant ſibi uterque ad mentem: quid acciderit, quæ facetiæ conditæ, & quam egregios & fortes in bibendo ſeſe quilibet exhibuerit, palmam qui obtinuit, ei laudes attribuunt ampliſſimas Is cujus impenſis hæc omnia facta ſunt, eadem ſecum recolligit, geſtitque hoſpites ſuos tam egregie ebrios abiiſſe. Aliquando tamen non adeo frontis eſt exporrectæ & hilaris, ſed ſurgens & Muſæum intrans, videns omnia depopulata, Cornelium ſuſpirat maximum, introſpiciens crumenam deprehendit eam vacuam. Ibi cubito aliquantulum capite ſuffulto meditatur, quibus mediis hanc lacunam rationum paternarum explere velit, adductisque rationibus dubitandi & decidendi, concludit tandem fucum faciendum eſſe patri, & in Medicos, pharmacopolas, vel libros, haſce expenſas factas dicendum. Invento ex re conſilio diſcutiuntur frontis rugæ & diſſimulatur, quamvis adhuc aliquid ægritudinis inhæreat: Idque

propter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

propter aliorum vexationes, quæ ſolent eſſe certiſſimæ, ſi quempiam videant Cornelizantem. Hoc toto die nec ſeritur nec metitur, ſed vel luditur, vel animi cauſa extra portam itur: tertio demum die ad muſas reditur. Nemo itaque ad potationes accedat, qui biduum impendere nolit. Hoc propter eos moneo, quibus properanter aliquid elaborandum eſt. Nam qui vult antecedens, velle etiam dicitur conſequens. *l. 56. ff. de procur.*

Hæc hic hoc tempore poſuiſſe ſufficiant

COROLLARIA.

I. An cochleatio quæ fit inter pocula, inducat à parte ſtudioſi probationem amoris?

VVlgus hominum in amorem & quidem maritalem hoc interpretatur, dicunt enim. Er hat mit ihr geleffelt / *Ergo* iſt er ihr Schatz. *Sed perperam. Etenim quæſtio illa ſeu interpretatio cum facta ſit, quæ etiam prudentiſſimos fallat,* l. 2. ff. de I. & ſ. ignor. *certi aliquid determinare non licet, variatur ſiquidem ſecundum circumſtantias, quæ etiam minima aliud jus includere ſolet.* l. aut facta, ff. de pœn. l. pædius. §. 1. ff. de incend. ruin. nauf. *praxis hoc monſtrat*

quoc

uod ſæpiſsime ſtudioſi inter pocula virgini-
us volentibus oſcula etiam columbarum
ederint, quas ſequenti die ne aſpectu qui-
em dignati ſunt. Confirmat hanc ſenten-
iam th. 24. diſput. Von der Leffeley / Har ſelten geſchicht es/ daß diß Gifft ins Hertz dringet/ darumb bleibet es am meiſten auſſen an der Leber/ Arm/ Wunde/ Zunge vnd Augen kleben/ Item Corollar. ,illius diſput. Es iſt nicht nötig/ daß auß iner Leffeley fluchs Hochzeit werde/ mo pro inſulſo haberetur ſtudioſus, & con-
ra legis autoritatem peccaret, qui amorem
virgine præſentatum aſpernaretur, quo
pſe aliquando uti frui deſiderat. tt.ff. Quod
uoque jur. in alt. ſtat. ut ipſ. Dicendum
gitur, cum ipſa natura quandam cogna-
ionem inter nos conſtituat, quæ nihil aliud
ſt, quam naturalis omnium hominum co-
natio. l. 3. ff. De I. & I. (De quam Cic. in
ff. graviter diſſerit.) Cochleationem ta-
em ex miſericordia potius & opere chari-
atis, quam ex ſingulari & ardenti amore
roficiſci.

II. An Virgo, quæ ex vehementi amore capta amanti copiam ſui facit, meretrix ſit turpis aut infamis & peccet?

NEganti Menochio IC. eminentiſſimo lib.2.A.I.Q. Caſ.328.n.3. ſubſcribimus. *Meretrix enim iſta dicitur, quæ quæſtum meretur.* l. Athletas. §. ait Prætor. ff. De his quis not. infam. l. palam §. non eſt ff. De R. N. *quæ multorum libidini patet.* diſt.34.c.36.vidua. *Item quib. publice venalis eſt turpido.* c. meretrices. 32.q.4. *At noſtra virgo non meretur quæſtum, ſed amoris vi, quæ igni etiam fortior, coacta uni ſoli amanti copiam facit. Quæ a. coacta ſe proſtituit, meretrix non eſt, ſed inviolatæ exiſtimationis.* l. fœdiſſ. 20. C. ad L. Iul. da adult.3. *Qui ſuperioris mandato obedivit, culpa caret* l. is damnum. 169. ff. de R. I. *At amore capta eſt amoris ſui ſerva: Ita enim inquit Propert. Libertas quoniam jam nulli reſtat amanti. Nullus liber erit, ſi quis amare volet.* 4. *Probatur ex* d. Nov. 74. c. 4. *Amorem eſſe furoris ſpeciem. Quod &* Plat. in Phæd. confirmat. *At furioſus non delinquit.* l.12.ff.ad l.Corn.d. ſic. *Ergo nec virgo quæ amore capta furioſa eſt.* arg. d. Nov.74. c. 4. *Denique accedit quod concubinatus de jure civili ſit licitus.* t. t. ff. de

con-

concub. ex qua conjunctione naſcitur filius naturalis, qui per ſubſequens matrimonium ligitimatus à reliquis juſtis filiis non differt & eaſdem cum iis ſucceſſiones habet. N. 89. th. 8. *in tantum ut etiam in feudis ſuccedat.* Gail. 2. obſ. 141. *At vulgo quæſitus, qui ſpurius dicitur, infamis eſt, nec mater præſertim illuſtris ad ſucceſſionem ejus admittitur.* l. 5. C. ad SC. *Orfitian. Concludendum igitur, cum Imp. Iuſtin. multa beneficia mulieribus propter ſexus infirmitatem & conſilii incertitudinem conceſſit, arg. prædictorum jurium hoc in caſu infamiam mulieri non comitari: Beneficia enim Imperat. quæ à divina ſc. ejus indulgentia proficiſcuntur, quam pleniſſime interpretari debemus* l. 3. ff. de Conſtit. Imp.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

NOBILE SCABIEI ENCOMIVM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Nobili, Clariſſimis & Excellentiſſimis Vi-
ris, D.D. Iohanni Scretæ *Schotnovio à Zavor-*
zitz, Praga Boh. & Iohanni Casp. Faucio *Neu-*
huſ. Palat. M. Doctoribus digniſſimis, amicis
& commenſalibus gratiſſimis

S. P.

REcte Dictator ille Romanæ eloquenti
dixit, V. V. C. C. *Sæpe ſub ſordido pa*
liolo ſapientiam latitare. Nam
Et ſæpe eſt holitor valde opportuna locutu
Sicut igitur viri prudentis eſt, non ex veſtit
hominem æſtimare; (quum ſæpenumero etia
fures atque carnifices ſplendide incedant, ſic
boni viri nonnunquam ſordide) ſed ex frequen
congreſſu atque converſatione: ita neminem o
fendere debet hujus vel alterius teneri fœtus vi
pallium, ſeu titulus. *Totum legat, qui de toto jud*
cium ferre velit. Multis ſæpe libris tituli ſpecio
præfiguntur, in quibus omnibus tanta erudit
non latet, quanta eſt vel in pagina una Eraſmia
libelli iſtius, quem de Stultitia ſcripſit. Eum tame
ille ſordido pallio ſponte tegere voluit. Brevitat
ſtudio ductus, alios ſimiles non recenſeo: nec m
hi, muſcæ, illum elephantum comparo: dico ta
tum, neque has meditatiunculas prorſus eſſe ſcu
riles. Etenim SCABIEI natura, origo, curadi r
tio, & reliqua, quæ ad eam ſpectare videntur hic
quantum res & vis mea patiuntur, ſatis accura
pertracto. Cæterum ne & delicatis ingeniis ſua d
eſſent bellaria, ſales quidam honeſti paſſim inſer
ſunt. Hoc quicquid ſit, V. V. Cl. Cl. amici & con
menſales ſuaviſſimi, tenue ſtyli, ingeniique exerc
tium, & ſugam hanc ocii, (quod à facultate veſt
minime alienum eſt) veſtris aris appendo, mequ
veſtræ amicitiæ totum, dum fata ſinunt, æternu
conſecro atque voveo.

Vivite felices vos, & cuicunque favetis,
Et vos qui ex pleno corde valere cupit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ENCOMIVM SCABIEI.

QVanquam mihi ſemper frequens obverſetur noſtra mortalium dementia, SCABINI DIGNISS. quod ſecundis in rebus animis inſoleſcamus; illud multo maxime tamen demiror, leviſſimum quodque infortunium ita nos afficere poſſe, ut nihil, quod vel ſpeciem boni obtineat, in vobis, illo ſuperveniente, relictum eſſe arbitremur. Fingimus mala nobis aut certe majora, quam par eſt. Quin & id ſæpenumero, quod bonum eſt, aut commodo minime caret, malis adnumeramus: quippe non acceſſit ſecundum voluntatis noſtræ libidinem. Hinc tot queſtus, tot lacrymæ, tot murmura in naturam Deumque jacta, ab ſapientiſſima. Divinum illum Sapientiæ theſaurum pravitas noſtra ſuffocat, efficitque, ut omnes rerum viciſſitudines pro malis neſcio quam intolerandis habeamus. Ad homines ſtulti omnis vani compendium, re paululum accuratius expenſa, facile deprehendere poteramus, nihil in rebus eſſe mali, ſi prava mens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

excipiatur. Percurramus totam hujus univerſitatis congeriem, quam placida eſt, quam nullis obnoxia tumultibus, etiam quando omnia ſuſtinuit. Quid enim eſt, quo nos amplius illa patiamur? Facimus bonorum exterorum jacturam? facit & illa. Vexamur valetudine? vexatur & illa. Vita privamur? & illa privatur. Si omnia bona nos amittamus, non plus, quam quod exiguo ſpacio poſſit comprehendi, amittimus. At mundus univerſo quotannis ſpoliatur ornamento. Quis non videt, ut hyeme triſte nubibus cœlum ſuo ſplendore, terra floribus fructibusque quibus exornata videbatur prius tripudiare, ſpolietur? Nam de partis cujuslibet, detrimento dicere, quid attinet? Equidem nulla abit dies, quo cœlum, terra & mare vim non patiantur. Et quod miſerius eſt, ipſi naturæ filii naturam quotidie deprædantur. Non flet illa tamen, non gemit, non quæritur. Quanquam, ceu

Quondam icta pectus aquila inſpicit,
Multumque lacrymans præ dolore conſtitit:
Pennatum ut autem ſpiculum cernit, papæ,
Ait, ala me aligeram gravi exitio dedit:

Sic *Natura de ſuo queri ſtatu poteſt.*

Et hoc parum, etiam ægrotat ferè ſemper: vulneribus nunquam profectò carere poteſt, dum alis, remis, aratris, ligonibus aliiſque inventis ab inſatiabili opes acquirendi cupidine, inſtrumentis diverſæ ipſum

partes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

partes fodiuntur ſcinduntur que. At mori nequit; Quid igitur cauſæ eſt, quòd certis anni temporibus, glacie, nivibusque, non rarò etiam nebulis denſioribus, tota rerum facies tumulata deliteſcere videatur? Nihil equidem eſt, quod diu vivat ſepultum. Si quispiam ſit, qui nugari me hic arbitretur, ideo, quòd mundus omni careat ſenſu, ac proinde ne patiatur quidem quicquam: eos ego cum aliis adverſariis committam. Neque tamen idcircò abjecto enſe, & ipſe dextram hoſti ſum porrecturus. Etenim animantia bruta nemo ſenſu carere, niſi mente captus, dicet. At verò iſthæc verberum, vulnerum atque infirmitatum adeò patientia, ſunt, ut pleraque ne mutire quidem audiamus. Languenti tantùm demiſſoque vultu ſibi aliquid adverſi accidiſſe indicant. Cur? niſi quia animis carent, atque, eo, qui in iis reſidere ſolet, impatienti ſeu ſpiritu ſeu ſucco. Hoc quicunque mortalium caret, nunquam illi malè eſt, neque quicquam in rebus mali apparet; quin adverſa omnia magno animo præfert: ac, ut Lyricorum optimus cecinit.

Rebus adverſis animoſus atque
Fortis apparet.

Excidamus licet fortunis, incolumitate quoque; nihil tamen mali ſentimus, modò pectus iis excipiendis ſit benè præparatum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Longè profectò Neronem, Heliogabalum & ſimilia hominū monſtra, multi noſtrum ſcelere vinceremus : ſi quæ ipſis, eadem & nobis naturæ fortunæque bona acceſsiſſent. Niſi fortè nos ex diverſa ab illis maſſa originem ducere, ac proinde ne homines quidem eſſe ſtatuamus. Extremę illi dementiæ merito habentur, qui, furentibus filiis amicis benevoliſque, gladium porrigunt: quippe illi eo vel in ſuam vel in aliorum perniciem abutentur. Murmurent ipſi licet, fremant, minentur; nihil tamen apud prudentes benevoloſque obtinebunt. Quid ſuperbo, arroganti, luxurioſo æque ſimile eſt, ac furioſus? ille tamen murmurat, male ſecum agi queritur, ſi ſibi à prudeniſſimo benigniſſimoque patre, Deo, opes atque ſanitas, arma peſtifera, denegentur. At cur, inquiet quiſpiam, etiam vita privat? Nempe ut vel vita feliciore fruaris, vel ne aliis diuturniore ſcandalo noceas. Et flores decerpuntur, & urticæ evelluntur, cæterum illi regum palatia ornant; iſtæ cum reliquis horti quisquiliis commiſcentur. Ratum igitur eſto, nuſpiam in ipſa rerum natura malum eſſe; vocem tantummodo in frivola mortalium ſpeculatione, vanoque cerebri barathro conceptam natamque. Quod quum ita ſit, quis te quoque rerum ſuaviſſima, SCABIES, malis annumerari patiatur?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

tiatur? Equidem alia cuncta potius, quam te, inter mala reponam. Quid mortalibus malum ſit, ex iis, quæ hactenus dicta ſunt, perſpicuum eſt: illud nempe, quod nobis opes, valetudinem ac vitam eripit. At hæc ſunt infortunium, morbus atque mors. Quod vero iſtorum SCABIES dici meretur? Morbus eſt (ſeu affectus quidam) inquiunt genii Aſclepiadum. Quid ita? Etenim ſi morbus mala diſpoſitio eſt, ut ſatis inepte docet vulgus medicorum, SCABIES non erit morbus: quipe nec mala eſt, nedum diſpoſitio mala. At pungit, inquiunt, moleſtumque eſt naturæ. Subtilis ſcilicet ratio, & quæ me ad veritatem plenius profundiusque inquirendam excitat. Recedite manes Hippocratici Galenicique; ſiquidem novos morbos, & jam nunc abs me inventos, de quibus vos ne ſomniaſtis quidem, poſteris veſtris detegam. Si enim, omne quod pungit, morbus habetur, utique & illi perpetui pauperum canumque comites atque confœderati, belliſſima illa animalcula, pediculi ac pulices, morbi erunt: quippe & acriter pungunt, & pungendo ſatis moleſti ſunt naturæ. Et quid naturæ noſtræ magis inimicum ſummo calore & frigore extreme ſævienti? Nunquid igitur & hæc morbis accenſebimus? Sed ne majoris negligentiæ aut igno-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

rantiæ præſtantiſ. veterum medicos arguere videar, plura ſimilium morborum genera referre ſuperſedebo. Obvia erunt illa cuivis. Rectius fortaſſe dicetur morbus is, non qui pungit; ſed qui mordet. At neque ſic SCABIES, dulciſſimum iſtud delicium, morbus erit: & omnia propemodum animalia, ne homine quidem excepto, morbi dicentur. Quæ ſententia quantam cuilibet ad nugandum aperiat feneſtram, vident probe & ipſi talpa cæciores. Relegemus igitur, ſi vobis placet SCABINI NOBILISS. hanc malam diſpoſitionem ad Cretenſes. Eſt (fateor) SCABIES ex numero eorum, quæ præter naturam ſolent accidere; ſed an propterea vel morbus vel malum dici merebitur? Morbus itaque fuit aut malum piſcatoribus invenire tripodum aureum: ſiquidem & hoc contigit præter naturam. At nos tale malum libenter cum Delphico Apolline admittemus. Quid ſi quiſpiam egenti aureis nummis vacuam impleat crumenam, dicetne is, morbum vel malum ſibi acceſſiſſe? At hoc quoque præter naturam illi evenit. Taceo quod & pili & ipſa canities frequenter ante debitum tempus, ac proinde præter naturam accedant. Tantum abeſt tamen, ut caniciem atque virilem ætatem malum eſſe dicam, ut potius tanquam plenam perfectamque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

que & à Deo benedictam complectar oſculerque. Subſcribent hic mihi antiqui illi ſapientiores, qui tametſi ſolo eſſent lumine naturæ inflammati; tamen

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum
Si juvenis vetulo non aſſurrexerit.

Porrò nunquid etiam hyemen ægrotare concedemus, quando exuta ſæva ac procelloſa rabie, amœniſsimam res omnes refocillandi temperiem à vere aut æſtate præter naturam mutuatur? Modum nos tandem finemque & huic diſceptationi ſtatuentes, quid inter valetudinem morbumque intereſſe medici arbitrentur, videamus. Lædit, inquiunt, morbus omnis, principio quidem facultatem, pòſt verò etiam actionem. At Scabiésne facultatem ſimul & actionem lædit? Oraculum ego hic videor audire, aut omninò falſum. Dicite, obſecro, mihi præſtantiſſimi dictatores, quænam facultas ab ſcabie, quæ actiò lædatur? Enim verò illa potiùs facultates omnes convocat, vires contrahit, animum excitat, actiones unguium univerſarum ad fricandum invitat, Hoccine verò eſt lædere facultatem actionemque? Vellem equidem omnes illos, qui hoc aſſerere auſi ſunt, prius expertos fuiſſe virtutem SCABIEI, quam quicquam de ea temere pronunciarent. Non illa nunc ſubjaceret calumniis, non gemeret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ret, non meam opem imploraret! Quanquam cur illa me patrono egeat, quæ in multis ampliſſimisque regionibus etiam num foveatur atque obſervetur? Vos ego hic omnes in teſtimonium accerſo, nobiliſſ. Reipubl. Scabianæ cives. Anne vos etiam fatemini, SCABIEM lædere facultates actionesque, qui ab ea tam promti alacresque ad agendum reddimini, ut & nocturnam quietem, optatiſſimum illud æſtus diurni refrigerium, contemnatis? Equidem fateor, quotiescunque cum quopiam veſtrum in eodem conclavi pernoctare contigit, ob veſtrum inexplebilem atque indefeſſum laborem, aut nihil me aut parum dormiviſſe. cutis enim veſtra, dum acutis eam demulcere conati eſtis ungvibus, omni lauro ardente clamoſior, facile ſomnum mihi excutiebat. Sed quid ego tantum in teſtibus conquirendis deſudo? quum ipſa res, me tacente, loquatur. Non enim niſi mortalium dementiſſimo perſuaſerim, ſcabere & quieſcere unam rem eandemque denotare. SCABIES eſt: ſcabenda igitur. Et quis ſcabere unquam, niſi ageret, potuit? Atque ad id hoc delicium omnes, ut dixi manuum pedumque ungves allicit, pertrahit, urget, cogit: quippe quo ſolo delectatur. Neque delectatur tantum; ſed etiam cum hoc unico coniungi, hoc ſolo

frui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

frui videtur. Dignemini, quæſo vos, oroque, SCABINI DIGNISS. ſermone paulo prolixiore aures veſtras detineri. me enim oportet omnem prius calumniam ab hac Reipubl. veſtræ corona removere, ut deinceps amplius pateat iter ad laudem ipſius percenſendam. Agite igitur, magiſtri optimi, detrahite primum ungves oculis meis, atque oſtendite quas facultates impediat SCABIES, quibusve noceat actionibus. Sunt illæ fortaſſis animi? At huic nihil nocere poteſt, dummodo

Æquum (ſciat quis) *rebus in arduis*
Servare mentem, non ſecus ac bonis
Ab inſolenti temperatam
Lætitia. ————

An corporis? At nos huic opinioni manifeſte contraria jam retulimus. Credo equidem, eam corporis facultates actionesque nunc lædere, quin etiam ſenſum triſtem atque acerbum excitare; quando tantopere invaluit, ut in ulcera jam tranſierit. Verum tunc non jam Scabies amplius dicenda, ſed vulnus aut ulcus, ungvibus inquietis petulantibusque corruptum atque transformatum. Nemo igitur illi injuriosè tribuat, quod ſuæ culpæ rectius competit. Nihil in natura tam bonum eſt atque perfectum, quod abuſu corrumpi aut in perniciem verti nequeat. Quid melius pane? quid melle dulcius?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

dulcius? quid nectare ſuavius? Hæc tamen omnia abuſus vilia pernicioſaque reddit. Argentum vivum (Mercurium vocant Chymici) res eſt molliſſima atque leniſſima usque adeo, ut, quum ſit humidiſſimum omnium, tamen ne madefaciat quidem, nedum aliter noceat, ſi id, ut par eſt, tractetur. Cæterum ſi urgeatur ultra modum, tum vero in perniciem ſeu tractantis id, ſeu aliorum tam fortiter conſpirabit atque inſurget, ut non aliud ullum eo potentius nocentiusque eſſe cenſeri queat. Quid igitur mirum, ſi & SCABIES, præter modum rationemque tractata, exaſperetur? Mittamus itaque & hoc telum, Cretenſi aptiſſimum pharetræ: quum adeo non lædat. SCABIEI facultates actionesque, ut potius pigerrimum quemque agillimum efficiat. Quæ ſi alia in re nulla mortalibus prodeſſet, tam amplum tamen hoc uno campum ſuarum laudum aperit: ut nobis prius ſuccumbendum fuerit, quam eum parte dimidia percurramus.

Palam omnibus eſt, quam exitiale virus pigritia ſit. Hoc eſt illud venenum dulce, ſpinoſa mollities ſubdola, venefica Circe, cantus Sirenum, ars Colchica: et, ut omnia ſimul dicam, ipſe Cacodæmon fucatus. Hæc mortales principio ad meditandum frivola vanaque invitat: dein, ut calumnias

bonis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

bonis pariter & improbis intentent, impellit. Nulla, niſi hoc auctore, flagitia, nullæ impuritates, nullum homicidium. Audiamus

Quæritur (inquit) *Ægyſtus, quare ſit factus adulter?*
In promtu cauſa eſt: deſidioſus erat.

Ecce Ægyſtum ex deſide adulterum, ex adultero furioſum, ex furioſo majeſtatis contemtorem, indeque parricidam factum, quippe *Per ſcelera ſemper ſceleribus tutum eſt iter* arbitrabatur. Hæc exiſtimationem lethaliter vulnerat: vitam eripit: imperia transfert, & ingratiſſima bellua ſæpe etiam eos à quibus hoſpitio excipitur, in ſeſe armat. Hæc Ninyam infamem reddidit: Sardanapalo atque Cæſari vitam cum imperio abſtulit. Quanta M. Alexandrum gloria maneret, niſi tot victorias, tot res præclariſſime geſtas, interdum ſceleribus fœdiſſimis in deſidia conſpurcaſſet? Quid aliud quoque illum impurum Ethnicorum Iovem infamem reddidit, niſi ocium?

Quem modo Ledæ preſſiſſe ſinum
Tectam plumis pinnisque ferunt:
Modo per fluctus raptam Europen
Taurum tergo portaſſe trucem.

Nulla ægritudo corpori noſtro accidit, quam hæc aut non excitaret, aut non promoveret. Rarius eos morbo videtis corripi, qui in quotidianis exercitiis occupantur.

Quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Quocirca neque SCABIES adgreditur athletas, foſſores, bajulos; ſed, ubi pigritiem perpetuo ſibi adverſantem hoſpitari cognoſcit, cum ocioſis commoratur, atque iis, qui vitæ ſunt dediti molli atque delicatæ. Inter hos autem maxime omnium adhæret ordini Studioſorum.

Equidem pronunciare non auſim illud vulgare: *Studioſum eſſe animal ſcabioſum, carens pecunia*, hoc ſenſu, quaſi extra cœtum illum nuſpiam locus eſſet SCABIEI. Cæterum illud non eſt diſſimilandum, non alibi eam frequentius comparere, quam apud hoc hominum genus: cumprimis vero eos, quibus quinta Cereris eſſentia gratior eſt libris ac penna. Vbicunque vero illa maneat, hoſtili odio pigritiam proſequitur. Neque hanc tantum illa odit; ſed & intemperantiam.

Videtis, Nobiliſſ. Scabini, duo nefanda monſtra, duos divinæ in nobis ſcintillulæ, rationis, carnifices & parricidas deteſtandos. His illa bellum indixit: hos perſequitur: hoc conatur jugulare. O felices nimium, quorum libertatem ab his Harpyis oppreſſam Scabies vindicavit!

Noſcitur ex ſocio, qui non cognoſcitur ex ſe,
dici ſolet vulgo. Verum etiam
Noſci ex hoſte poteſt, qui non cognoſcitur ex ſe.
Si cujus virtus lateat, nunquam is meliore

viam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

viam hanc è tenebris aſſeret, quã ſi hoſtem adgrediatur aut potentiorem ſe, aut non minus præſtantem, atque vincat. Delirare enim rex ille videtur, qui in viliſſimum quodvis oppidum hoſtile ſtatim vires ſuas omnes convertet, atque ſolus oppugnabit. Non ſiquidem ſunt hic paria, periculum & præmium, ut vel in ſecunda rerum ſucceſſu amplior ſit fructus, vel in adverſo ſolatium majus. Hinc illud Macedoniæ columen atque ſidus, Alexander merito à Cratero ex conſenſu omnium illius purpuratorum taxatur, quod parum abfuerit, quin ignobilem vicum Oxydracarum capite ſuo emiſſet. Darius certe ne Alexandro quidem ſolus ocurrere principio eſt dignatus; ſed Satrapis tantum ſuis id negocii dederat, ut inſanientem illum Philippi adoleſcentem (ſic eum appellabat) verberibus puerilibus graviter cæſum, indutumque poſt veſte purpurea, ſibi vinctum traderent. Et Romani ad ſervilia, atque alia minoris momenti bella, non Conſules mittebant, ſed Prætores. Indignam quippe arbitrabatur tanta majeſtate victoriam humilem. Hæc laudatiſſima Imperatorum præſtatiſſimorum exempla SCABIES ſequitur. Eligit ſibi non hoſtem tantum; ſed hoſtes; neque eos viles, abjectos, inermes; (haud enim ſolet aquila muſcas captare) ſed clariſſimos, nimium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

pertinaces ac potentiſſimos. Quid enim clarius iis, quæ omnibus nata ſunt; Quid iis pertinacius, quæ nec ſenſu nec ratione poſſunt domari? Quid denique iis potentius, quæ valetudinem corrumpunt, vitam eripiunt, imperia ſubvertunt? At illa, ſunt intemperantia & pigrities. Bæne deſperandum de victoria eſſet, niſi SCABIEM fortiſſimam rem omnium mortalium eſſe conſtaret.

Nulla vis flammæ tumidique venti
Tanta, nec teli metuenda torti

Herbæ telluri, pecora herbis, pecoribus homines dominantur. At SCABIES in homines pariter ac pecora obtinet imperium. quin etiam herbis ſuæ ſunt SCABIES. Et quidem homines atque bruta certis continentur limitibus; SCABIES univerſa ſibi vendicat. Poſteaquam enim uni frænum injecit, reliquum omne parvo labore poſt ſe trahit. Teſtis mihi poeta eſt: qui

Tabida (inquit) *facta pecus totum corrumpit ovile.*

Tabida(inquit)facta pecus,id eſt,ubi unum ex grege SCABIES(quæ & tabes dicitur) occupavit,mox totum gregem ſui juris faciet. Ita enim exponendum eſt id, quod poeta duriuſcule, corrumpet, dixerat.

Hæc volucris omni regnat in terra potens,
Ipſosque flammis terret indomitus polos.

Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Quid enim eſt aliud illa in aere volitantium globorum moles (quæ vulgo nubes dicuntur) quam Solis, ſtellarum, totiusque cœli quædam ſcabies. Qui dum radios ſolares nobis interceptos ſurſum pellunt, univerſa cœleſtia ſudore atque æſtu affligunt.

Miramini, credo, vos Scabini Nobiliſſ. quod, quum tantam vim SCABIEI deferam; tamen me tam diu, tamque familiariter vobiſcum converſatum, obſidere illa non auſa fuerit, aut certe leniter tactum cito deſeruerit. At ego illi poteſtatem tribuo & imperium, non tyrannidem. Cur enim illa jus uſurpaſſet in me, qui nunquam deſidie atque intemperantia convivis magnopere ſum delectatus? Nihil igitur mirum, ſi illa mihi, quem ſuis hoſtibus minime favere norat, in jure hoſpitii extorquendo non fuerit moleſta. Equidem dici non poteſt, quantopere mihi gratuler, quod ea caream: quippe quum veſtræ Reipub. Scabianæ civis non ſim, haud minus has delicias vos mihi invideretis, atque Itali Germanis febrem invident. Et id quidem non injuria. Quis enim bonorum civium æquo animo ferat, ſua privilegia atque libertatem rapi ab extero quopiam atque uſurpari. Parum quidem abfuit, quin aliquando jus civitatis veſtræ mihi conferretur; ſed iſtam felicitatem mea ſedulitas mihi tunc invidit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Et jam omni ſpe excidi illud amplius obtinendi. neque enim precibus apud vos locus eſt ullus. Abſit autem, ut vel animum ſubeat cogitatio de extorquendo quidpiam vi ab hac potentiſſima Republica veſtra. Quare, quod felix fauſtumque ſit, fruamini vos SCABINI NOBILISS. atque cives ampliſſ. læti hac libertatis ac privilegiorum veſtrorum voluptate. Quæ quanta ſit, illis ſolis conſtare poteſt, quibus titillationis ſuavitas cognita eſt. Sua cantilenis muſicisque inſtrumentis quædam eſt titillatio, quæ animos hominum demulcet atque immutat. Hac matres, infantes ſuos inquietos atque ejulantes leniunt ſopiuntque. Hac Mercurius centoculum paſtorum, Orphus trecipitem cuſtodem ſopivere. Hanc ut diſceret, ac quoties vellet, ſe recrearet urſus, quondam ungves ſuos abſcindi paſſus eſt. Sed neque corpus defraudatum eſt hujus dulcedinis guſtu. Etenim & parentes parvulis ſuis, & fœmina maritis, & amicæ amicis, quoties placidam conantur conciliare quietem, caput fricando ſeu titillando, feliciter propoſitum ſequuntur. Verum ſi hæc omnia cum voluptate SCABIEI conferantur, tantum apparebit diſcriminis, quantum eſt inter Erebi cellas, à poetis decantatas, atque inter ipſum campum Elyſium. Quid enim illa boni adferunt? Senſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

is hebetant : adgravant : aures obſerant :
mnia denique membra langvida reddunt.
Quæ non tantum obſtant , quo minus in-
cæpto gaudio ac ſemel deguſtato diu frua-
tur ; ſed ſæpe magnorum etiam periculo-
um occaſioni ſerviunt. Vſa quidem es avis
unonia aliquandiu harmonia inſideatoris
ui ; ſed ille uſus uſuram vitæ tibi abſtulit.
Defles Cerbere, opinor adhuc hodie dede-
us illud , quod tibi olim inuſſit fur ille ci-
haraedus. Veruntamen ſi & in his aliquid
it laudis, id SCABIEI potentius tutius-
que operatur. Nam ſi ea leniter fricetur ,
ideo ſuaviter efficit ſenſus , ut ejus dulce-
dine expleri nemo ſatis poſſit. ego , SCA-
BINI NOBILISS. quendam Reipu-
blicæ veſtræ civem (quem probe & vos
noſtis) qui nunquam non fricabat SCA-
BIEM , ſive tractaret pocula , ſive ſtudia
ſeu ſermonem haberet cum quopiam quæ-
ſitus is aliquando, cur tantum temporis uni
huic tribueret , quantum aliis occupationi-
bus cunctis? reſpondit, ſe plus hac delectari ,
quam ipſa Venere, labor eſt magnus , dulce-
do brevis , & triſtitia quoque , aut etiam
pœnitentia mox ſubſequitur. At SCA-
BIEI voluptas nec laborem requirit , &
conjuncta quoque eſt cum perpetua ſuavi-
tate. Quod ego quidem

experto credo ruperto.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Sed nos hujuscemodi voluptates relinquamus voluptuariis ———
Epicuri de grege porcis: quum non magna hinc illi ſurgat laus. Majus illud eſt, quod ſoporem pigrum abigat, motum omnibus membris ablatum reſtituat, ſenſus torpentes & quaſi emortuos ad vitam promoveat. Certe quidem & Veneri ſua quædam vis ineſſe videtur: ſiquidem ſe irretitos ita faſcinat, ut eos

——— expedire non amicorum queant
Libera conſilia,
Nec contumeliæ graves.

Attamen quanto vigilantia corpori, virtus ſceleri, infamiæ exiſtimatio, & mors vitæ præſtat, SCABIES tanto eſt Venere præſtantior atque valentior.

Multa hic ſponte prætereo, ne idem mihi accidat, quod Græcorum poetarum præſtantiſſimo. Is tametſi vera quædam de vini virtutibus dixiſſet; occaſionem tamen invidis dedit, ut palam ſic eum calumniarentur:

Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus.

Ad ſolam igitur SCABIEM omnis noſtra tranſeat oratio: ad hanc unam collimabo: hanc ſuſcepi, hanc celebrabo. At nonne etiam laudibus SCABIEI arguar ſcabioſus? Minime v. quandoquidem jam nuper teſtatus ſum, non eſſe me civem iſtius reipu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

reipublicæ. Neque tamen propterea ignarus naturæ SCABIEI atque fructuum habebor. Etenim partim ab experientia, partim abs civibus iſtius reipublicæ, magiſtris fidiſſimis, multa de iis ſum edoctus. Illud equidem me nunquam ſollicitum reddet, de iis, quæ de ea refero, aliquid falſi inſertum deprehendatur; ſed ut omnia pro dignitate rei ſatis exponam, nequaquam auſim polliceri. Habetis reum confitentem, cives ampliſſimi: excuſate me quod viribus impar veſtræ ſegeti falcem meam immiſerim. Noſtris etenim illud vulgare:

Vt deſint vires; tamen eſt laudanda voluntas.

Equidem nihil mihi fuit æque facile, ac iſti labori ſuperſedere, niſi & veſtræ negligentiæ offenſus, & rei tam præſtantis miſertus, toties promiſiſſem, fore, ut eam aliquando ex bubonum veſpertilionumque antris in lucem educam. Nihil eodem auctore & inceptum eſt, & perfectum. Ego laudes SCABIEI enarrare ſum orſus, (quanquam & ſic ſtabulum Augiæ me repurgandum ſuſcepiſſe videar) vos defectum ſuppletote. Sufficiat mihi dimidium operis abſolvere, ſi bene inceperim: ſiquidem

Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.

Quanquam ne ipſe quidem bene me incepiſſe arbitrabor, niſi & reliquum perſequar. Quandoquidem non is, qui curſum ſuſcipit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

pit, neque qui partem aliquam itineris percurrit, brabeo potietur; ſed qui apud præfixam metam ſe ſiſtit. Dent vela (licet) nautæ, adhibeant impigre remos, petant etiam maris altum; minime tamen, niſi ad portum optatum exponantur, requieſcent. Quid ergo mihi & ipſe hic præmium, aut quietem fingo? Nihil propemodum egi, niſi de ipſius decore aliisque virtutibus quidpiam quoque dixero. Et quantum quidem ad SCABIEI decus, naturalemque pulchritudinem, ea tanta eſt; ut haud ſciam, ſitne in rerum natura illi ſimile. Colorum varietate atque eminentiis nihil hac ornatius. Percurramus ſingulas Mundi partes. Nuſquam in aere tantam nanciſcemini colorum varietatem, quantam in iride: at quæ hic æqualitas? Ne ipſa quidem iris res eſt naturalis, aut diu permanens. Colores vero ipſi ex confuſis inæqualium nubium concurſibus à Sole ſunt effićti atque efformati. Præterea neque plures illic tribus aut quatuor ad ſummum diverſi colores conſpiciuntur. Denique nulli colles in iride. Longe profećto ſuperare hanc videtur verum illud cryſtallum triangulare, quod ſi juſto modo poſitum contemplemur, unaquæque res ſub variis amœniſſimisque coloribus nobis exhibebitur. Tamen ne hoc quidem SCABIEI laudem æquat quum collicu-

lis ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

lis careat, coloresque nec ab arte, neque à natura; verum ab radiorum tantum complicatorum refractione dependeant. Monſtrum naturæ & Proteus florum eſſe videtur id, quod Tulipa hodie vulgo appellatur: quippe vix duas radices invenias, quæ ſimiles ſecundum omnes omnino particulas proferant flores. Quin eadem radix bis efflorefcens, vix unquam priores admittit colores. Adeſt hic ſuaviſſima varietas, nec deeſt ornatus naturalis, tamen ea decore cum SCABIE nondum contendere poteſt. quod deinceps fiet manifeſtum. Si quid eſt, quod oculos noſtros recreare valeat, id natura totum in montes tranſtuliſſe videtur. Sed

Ite, umbroſas cernite ſilvas,
Sammaque montis juga Cecropij,
Celeri planta luſtrate vagi,
Quæ ſaxoſo loca Parnecho
Subjecta jacent; quæ Thryaſtis
Vallibus amnis rapida currens
Verberat unda, ſcandite colles
Semper canos nive Riphæa.
Hac hac alii, qua nemus alta
Texitur alno quà prata jacent.
Quà rorifera mulcens aurâ
Zephyrus vernas evocat herbas.

Eligite ex omnibus mihi locum unum, cui SCABIES jucunditate cedat. Fingite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

montem quempiam, occupatum ab omnibus herbarum florumque generibus: plantate in eo item vites: interſerite quoque paſſim platanos, olivas, pomos, nuces caſtaneas, & quicquid lubet: ac, nihil ut deſit, aperite etiam fontes frigidos atque ſcaturientes. Quid, obteſtor, hic amplius, quam in SCABIE, quod oculos delectaret, deprehendetis? Habetis illic varios colores? nec SCABIEI deeſt color albus, niger, flavus, ſubruber, purpureus, & ſi quis alius excogitare poſſit, ſi modo virorem excipiatis. eum enim, tanquam nimis vulgarem, dedignatur SCABIES admittere. Habetis in veſtro monte herbas & arbores? at illæ ſine colorum diverſitate nullius oculos ſaginabunt. Adſunt ibi fontes amœniſſimi? Neque SCABIES iis caret, & quidem non ſimplices fontes hæc obtinet, ſicut mons veſter; ſed & rubros & flavos, & mixtos. Mira præterea atque multiplex eſt in SCABIE colliculorum prominentia: ſed una & ſimplex in monte veſtro. Denique ſi quæ gemmæ lapideſque precioſi reperiantur in monte veſtro, latent in venis terræ interioribus: nec aliter, quam ſummo cum labore ac diſcrimine vitæ evellentur. At SCABIES ad exteriora ultro protrudit ſuas gemmas. Quid enim obſtat, quo minus tuberculos illos veras naturaleſque gemmas eſſe ſta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

eſſe ſtatuam? Imo vero ne ſic quidem digna re appellatio eſt. Sed veniam, credo, mihi dabitis, NOBILISS. REIP. SCABIANAE CIVES, quod huic rei præſtantiſſ. tale nomen imponam, donec dignius occurrat. Fateor enim ultro, me cenſuram veſtram non parum reformidare: quippe quos ſciam SCABIEM omnibus gemmis anteponere. Neque ſane immerito. Quid enim eſt boni, quo hæ illam vincant? Gemmæ videntur ornamento eſſe corpora, ſanitatemque reſtituere. nullus iis præterea uſus. At SCABIES & hæc operatur, & his plura præſtantioraque. Etenim quod ad ornamentum attinet, gemmæ neque digitos neque alias corporis patres ornant ſolæ; ſed auro illas includi neceſſe eſt. Et quum ea ſint raræ, ac labore magno, magnisque comparentur impenſis, homines mediocris fortunæ, vix duabus aut tribus metallo incluſis extimam digiti particulam condunt. Ditiſſimi profecto ſplendidiſſimique vulgo illi cenſentur, & quaſi recentes è Maſſilia veniſſent, omnibus admirationi ſunt, qui totidem gemmas, quot digitos, poſſunt circumferre. Quanquam ne hoc quidem ſatis adhuc conſtat, ornamenti ne potius causa eæ digitis adhibeantur, vel quia ſic jam conſuetudine receptum eſt: ſive ut talibus major à quovis fides habeatur. Quanti

alioquin ea fiant , neceſſitas, optima hac
parte cynoſura , ſatis oſtendit : quippe poſ-
ſeſſores egeſtate preſſi eas vel cum ære
nummis facile commutant. An autem quip-
piam ad ornamentum conferant, in dubiu
vocares nolim : id certum eſt, earum uſu
detrectatione & periculo non carere. Qu
enim quis pluribus gemmis ornatus incedi
eo ſuperbior arrogantiorque apud cenſor
vulgi audire ſolet. Fatendum omnino eſt
eum multorum oculos in ſe convertere,
non tam fortaſſis ob ſtuporem, quam ex in
vidia vel propter cupidinem. Inficias eni
ire nemo poteſt, lapillos precioſos geren
tem plures infeſtioreſque inſidiatores habe
re. Et ipſe ocularis hic teſtis eſſe poſſum
Etenim in Anglia peregrinaturo, mihi inte
Londinum Oxoniumque contigit in diver
ſorio quodam pernoctare cum viatore, qu
ob gemmam quandam ſævas prædonun
manus eodem die fuerat expertus. Geſtaba
imprudens ille annulum in extremo digito-
rum, cui gemma erat inſita micantior. Cæ-
terum tranſiturus ſilvam (quæ ſemper fere
eſt periculoſa) annulum quidem ex digito
extrahere non poterat : quippe is per lon-
gam conſuetudinem cuti propemodum ad-
hæſerat. Porro neque abſconderat manum,
vel quod parum adeſſe periculi opinaretur :
vel qui motibus manuum (ut fieri ſolet)
pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

rogreſſum eſt conatus promovere. At ille lariſſimus lapilli fulgor prædonum, ſeu ormientium ſeu in denſis umbris latitan-ium oculos ita illuſtravit, ut ex tenebroſo lumeto in viam publicam exitum inveni-ent. Adgreſſi confeſtim ornatum illum iatorem, principio annulum ipſi auferre itebantur. Cæterum quum moras ferre on poſſent prædones, digitum, qui dimit-tere annulum pertinaciter recuſabat, abſci-lerunt. Ejulabat infelix viator & lacry-nando gemmæ incommodum ſera nimis pœnitentia æſtimabat. Quanto ſatius fuiſ-ſet, illum à vanitate hujus ornamenti abſti-nere. Eandem ſilvam ſalvus ipſe poſtero die tranſivi, uno tantum comitante amico. Ita noſter duorum eventus probavit, verum eſſe illud vulgare:

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Potiſſimum autem, ſi gemmis ſit vacuus. Longe tutiora fœcundioraque largitur ſca-bies ornamenta. De fœcunditate neminem dubitare opinor: quippe ita omnes inter-dum digitos & univerſam tegit manum, ut præter eam vix quicquam conſpiciamus. Nec ullo ei opus eſt metallo, ſola enim non difficulter adhæret cuticulæ. Non indiget aurifabro aut ſumtibus: ſine labore atque expenſis eum, quem occupavit, ornatiſſi-mum efficit ac nobiliſſimum. Quis vero

hanc etiam extrema preſſus inopia unquam vendidit, ſicut gemmas? Imo ij, qui ſcabie potiti ſunt, plus eam obſervant quam ullum ſmaragdum aut adamanta. Si quis lapillum habeat precioſum, ſeu in digitis, ſeu in aliqua vel corporis parte vel veſtimenti, omnibus eum exhibet conſpiciendum. At SCABIES, quo major ejus adeſt copia, eo magis occultatur. Quare ſimiles mihi videntur gemmæ publico ſcorto, ſicut SCABIES honeſtæ matronæ aut virgini. Publicum ſcortum aut ſemper in plateis theatrisque verſatur, atque loca ea, quæ â majori hominum multitudine frequentari novit.

Fallacem Circum veſpertinumq; pererrat
Sæpe forum. ———

aut certo indice ſuum lupanar ſignat, ut omnibus ad libidinem propenſis fax quædam præferatur. Matronæ vero virginesque pudicæ domi latitant, inque umbra ædium ſuarum, inter parietes domeſticos ſeſe occulunt. Pari ratione publice ad libidinem oculorum omnium gemmæ exponuntur, quaſi ſemper venales. Verum SCABIES latet perpetuo in chirotecis, aut ſub pallio, vel etiam linteamine tecta. Et neſcio, an ulla res ſit, quæ mortales ſuperbiores quam hæc invidioresque reddat. Equidem nullum genus hominum eſt, quod magis fugiat viros etiam honeſtiſſimos, ac tantopere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

topere dedignetur cum iis converſari, atque ſcabioſorum. Quod ſi quando in conſpectum veniant; tamen quidvis citius porrigent quam manus. Si vero & eas exhibere cogantur, vix ungves extremos tangi ſinunt. Teſtes mihi vos ipſi eſtis, SCABINI NOBILISS. qui tametſi commenſales ſumma ſemper in concordia vixerimus; tamem adeo à me SCABIEM veſtram celaviſtis, 'ut nulla interdum amicitia à vobis ejus videndæ copiam obtinere potuerim. Cur? niſi quod, aut ſuperbia ducti, majoris eam, quam noſtrum amorem, feceritis: aut invidi me tantis deliciis participem reddere nolueritis. Hinc etſi communi fere calculo ſit confirmatum, tria potiſſimum animalium genera omnium ſuperbiſſima eſſe, fœminam, pavonem, & æquum; ego tamen quartum, nempeScabioſum, adjungere veritus non ſum. Triplex ordo ornamentorum eſt hodie in uſu, quę viri & fœminæ promiſcuè uſurpantes, ejuſdem ſe naturæ eſſe teſtari poſſunt. Ea ſunt in digitis, capillis & auriculis. Digitis ornamentum ſatis ſuperque SCAB. ſuppeditat, quo ſolo tantopere ſuperbiunt ſcabioſi. At ſi illa & in auriculis capillisq; ſedem figere voluiſſet, tum vero nihil ſcabioſo ornatius, nihil ſuperbius videremus. Iam quantum ad periculū tantum abeſt, ut id ſcabioſis ob has margaritas immi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ut hinc potius multo maxima ipſis acceda[t]
ſecuritas: quippe ſicut vacuus gemmis, it[a]

Cantabit plenus (SCABIE) *coram latrone viator.*

Metuunt enim SCABIEM omnes atque re-verentur. Et quis tantum decus contem-nat? Hoc ego gemmam dixi, margaritam appellavi, lapidem precioſum finxi, nempe ob ſterilitatem vocum.

Iungere ſic canibus catulos, ſic matribus hœdos
Nôram; ſic parvis componere magna ſolebam.

At quo rem hanc plenius conſidero, quo ac-curatius naturam dignitatemque ejus excu-tio, quo virtutes majori cum ſedulitate per-ſequor; eo plura occurrunt, quæ ingenium exerceant, calamum hebetent, atque defa-tigent digitos. Si quid pulchri, ſi quid ju-cundi, ſi quid amabile gemmis ineſt, totum id aut ſplendori aut colori earum debetur. At neque SCABIES his caret. Nam ut am-plius de colore nihil dicam, liquorem, qui ex cute paulatim exſudat, clarum eſſe atque ſplendidum, nemo, niſi cæcus, negabit. Præterea major adhuc varietas in SCABIE eſt. Quæ unica eſt omnis vere voluptatis altrix: quippe varietas (ut eſt in proverbio) delectat. Proinde quo major quoque eſt varietas, eo magis etiam afficit atque ad ſe allicit. Mira divulgata ſunt de Phœnice, quod ea gravem ſenectam exoſa in cinerem ſe flammæ beneficio convertat, poſt in ver-

mem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

mem, ac rurſus in avem. Sed hæc præterquam quod nulli forte viſa ſint, etiam longius requirunt ſpacium: ſi tamen non pro figmentis ea ſint habenda. SCABIES v. in momento fere alias atque alias induit formas. Nam quæ paulo ante liquida emergebat, adeo mox lapideſcit, ut non niſi arte chymica, inſtar lapidum aliorum, poſſit in liquorem iterum redigi. Nihil ea ſimilius hac in parte inveniri poteſt mirabili illo fonte Vngarico qui eſt ad Szantoviam, vicum non procul ab amne Granico (vulgo Garan vel Gran) ſitum. Qui etiam ubi liquidus erumpit, mox ſenſim indureſcit, atque in lapidem convertitur. Stupendum rarumque opus hoc naturæ imitatur & SCABIES. Non eo quidem inficias, & lapides precioſo ex liquore in hanc duritiem tranſire; verum illa mutatio ratione tantum inveſtigatur. non etiam percipitur ſenſu. Quare, ut olim, ita hodie adhuc à multis ignoratur eorum generandi modus, ac proinde is ne delectat quidem ullum. Porro, gemmas præſtantiſſimis dotatas eſſe virtutibus, fatendum eſt: quippe graviſſimis morbis, & pæne talibus, qui nulla ope expugnari poſſe videntur, reſiſtiunt. Quod bonum niſi natura in eas contuliſſet, jam pluris granum, cum gallo, æſtimaremus, quam omnes margaritas. Quid enim aliud in his

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſupereſſet, præter colorem nitoremque? At ſimili colore ac nitore & cryſtallus, & abjectiſſimi platearum lapides fucari poſſunt ab iis, qui naturam ſua arte imitantur. Sed neque in hac medendi potentia cedit illis SCABIES. Etenim ſola corporis mala tollunt gemmæ vel arcent; SCABIES autem corpori pariter atque animæ ſuccurrit. Demonſtratum jam pridem eſt, pigritie mederi SCABIEM atque intemperantiæ: cæterum hæ non ſolummodo morbi ſunt; verum animæ venena atque peſtes. Iuſuper adeo benigna eſt in corpus ipſum, ut omnes morbos prævertat, ſuccumque ſuperfluum, qui quovis modo ſangvinem putrefacere, ſpiritus obſcurare atque opprimere poterant, extrahat. Crediderim nemini unquum viſum eſſe, eundem SCABIE probe infectum, & ſimul interiori corporis malo conflictatum. At ea intempeſtive ſublata, ſæpenumero graviſſimi affectus ſubſequuntur. Quod veſtrum etiam unum Sc. Nob. aliquando expertum eſſe, probe adhuc memini. Atque iſtæ quidem SCABIEI vires à principio innotuere: illæ vero precioſorum lapidum operationes non niſi arte & induſtria Chymicorum ſunt nuper detecta. Ita ſicut ipſi montibus ac universa maris terræque mole obruti latent, ſic & vires eorum. At SCABIES cum virtutibus ſuis

omni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

omnibus palam quolibet eſt. Proinde, ſi

Nihil ſepultæ diſtet inertiæ
Celata virtus :

utique gemmæ, cum SCABIE collatæ, parum à nihilo diſtabunt. Quod vel ipſum ſatis cauſæ ſuppeditat, cur cenſeam, indignas eas eſſe, à quibus hæc res nomen ſortiatur. Iam ſi originem utriusque conſideremus, clarior adhuc SCABIEI præſtantia evidentiorque apparebit. Non negamus, gemmas ex viſcoſa optimaque humoris portione concreſcere : cæterum humor ille eſt mundi ipſius, qui in obſcuris profundisque terræ meatibus latitat. Porro & SCABIES oritur ex optima, pingvi, atque oleaginoſa humoris parte : (quod ſtipticus illius nitor ſatis arguit) cæterum hic humor eſt ſanguis humanus, proinde etiam multo præſtantior. Etenim & homo appellatur mundus, quippe verum Mundi compendium eſt; mundum tamen nemo hominem, niſi abſurdi mendaciique fautor appellabit. Magnum quidem animal à veteribus dictum eſſe conſtat : ſed multum adhuc intereſt diſcriminis inter animal hominemque. Senſum quoque ei â nonnullis tributum eſſe concedo ; verum loqui ratiocinarique eum, nunquam, quod ſciam, ullus exiſtimavit. Quanquam nec illos moror : quippe omnes aut à propria loquendi forma receſſerunt, aut prorſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſus nugati ſunt. Et quid inde? ſi mundum animal eſſe, ſentire, loqui, ratione uti, ac proinde etiam hominem eſſe, quiſpiam concedi poſtularit: ideone nobilitas ipſius cum noſtra æquam ſuſtinebit trutinam? Nam quis ignoret, ipſum (ut & omnia, quæ in eo ſunt) noſtri causa factum, noſtris uſibus inſervire: iisque ceſſantibus mundum quoque ſublatum iri? Non mihi animus hic eſt, ullum ſapientiſſimi rerum conditoris opus culpare, niſi quatenus alterum alteri præferendum eſſe videtur. Enim vero hoc uſuvenire ſemper neceſſe eſt, ut, quotiescunquo duo inter ſe conferuntur, uni decidat id, quod alteri accedit. Ergo mundus præſtantiſſimum maneto opificium: cæterum homini non eſt anteponendus, multo minus cum eo dignitate atque excellentia comparandus. Superbiant licet etiam gemmæ ſuis natalibus, dummodo SCABIE ſe inferiores & in iis agnoſcant. Salva igitur gemmarum dignitate, ne SCABIEI injuria fiat, hanc earum appellatione deinceps non onerabo. Quid igitur te, rerum ſuaviſſima, vocem? vel quo nomine appellem? quandoquidem licet

Conferat tecum decus omne priſcum
Fama miratrix ſenioris ævi:
Pulchrior tanto tua forma lucet.
Clarior quanto micat orbe pleno.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Cum ſuos ignes coeunte cornu
Iunxit, & curru properante pernox
Exerit vultus rubicunda Phœbe,
Nec ferunt ſtellæ faciem minores.
Qualis eſt primas referens tenebras
Nuncius noctis, modo lotus undis
Heſperus, pulſis iterum tenebris
Lucifer idem.

Tendendi igitur nunc mihi omnes omnino nervi, excitanda vis ingenii, revocandi ſpiritus, ut unita virtute aliquod dignum re nomen calamo prodant. Vtinam omnes *Reip. Scab. cives* mihi adeſſent! ut viribus tot ingeniorum collatis voti mei compos redderer. Teſtor te, tota *Respubl. Scabiana* (quam honoris cauſa compello) cum tibi erit integrum, ferto mihi opem, & hoc tuum decus merito tandem inſignias titulo. Interea liceat ſidera atque ſolet corporis. Hoc ego nomine, quod illi magis conveniat, nihil nunc invenio. Et ſane aptiſſima videtur, tantaque re digniſſima appellatio, usque adeo quidem, ut non temere dubitandum ſit, magisne nivi color albus conveniat. Quod ex his patet. Etenim ut ſtellæ oriuntur atque occidunt: ita SCABIES habet ſuum ortum atque occaſum, & quidem, ſicut ſtellæ, aliis atque aliis locis. Porro ſtellæ ſuum habent incrementum: quæ nec SCABIEI deſunt. Inſuper ſplen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

dent ſtellæ: & hæc ſplendet. Sidera figuræ rotundæ ſunt, quam perfectiſſimam placuit Mathematicis appellare: talis & SCABIES eſt. Illa ſunt ignes cœleſtes: (ſi multis credemus) idem eſt hæc in corpore. corpus quippe eo, ceu quodam igne, expurgatur. Stellæ ſuperficiem æque ac viſcera terræ afficiunt: & SCABIES interiora purgat, exteriora ornat. Quid amplius in SCABIE deſiderare poteſtis eorum, quæ ſideribus conpetunt? forte molem? at, ſi corpus humanum mole cœlum æquaret, SCABIES in eo æque magnas videretis.

Quare hanc rem, tam precioſam, SCABINI digniſſ. hanc delicatorum voluptatem, animorum inertium medelam, intemperantium pharmacum incomparabile, animæ corporisque theriacam, ſidera veſtra atque ſoles acceptate, ornate, honorate. Summa apud vos eſt libertas, modo eam pro merito æſtimetis. Principes, Reges, Imperarores, tanta libertate non fruuntur: neque hanc illi vobis vel conferre poſſunt, vel auferre. Quis enim vos vel tangere, multo minus diu contrectare præſumat? niſi extremæ audaciæ dementiæque. At ad illorum pedum manuumque oſcula impune licet accedere. Hinc judicare eſt, vel minimum reipubl. veſtræ membrum quanto ſuperet omnia Regum Principumque diade-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

diademata. Rideant, eſto, hæc alii ; res tamen ita ſe habet. Dum illi metuunt : vos eſtis ſecuri. Dum illi variis curis peregrinis, ac ſæpe inutilibus, diſtinentur ſeque angunt : vos fricationibus jucundiſſimis delectamini. Illi ſæpenumero mollicie atque ocio enervant vires corporis : vos vigiliæ & labores, quos fricando exantlatis, aberrare animum haudquaquam patiuntur. Omnes deliciæ exoticæ adportandæ illis ſunt, ut mens ægra quoquo modo ſublevetur : vobis omnium loco ac ſupra omnia illa rara & chara ſuaviſſimus SCABIEI pruritus eſt. Quanto igitur tenaciores vos eſſe oportet in civibus aliis aliisque identidem recipiendis atque jure civitatis veſtræ diſtribuendo ? Quanto magis decorum eſt, vobis veſtram auctoritatem tueri, atque alios cunctos præ vobis magno animo contemnere ? Noſtis quo in precio fuerit olim civis Romani titulus: cæterum poſteaquam ſequentes Imperatores, turpi lucro Lebe-ride cæciores facti, cani paleam, oſſa cani darent, fere in contemtum abivit omnis ille honor. Quod ipſum ut veſtræ quoque accidat Reipubl. in conferenda civitate veſtra quam parciſſimi eſtote. Porro, ſi quiſpiam, perfrictæ frontis, ſe veſtræ ſocietati inſinuare aut pervicaciter obtrudere non

eru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

erubuerit; eum prius bene purgatum, poſt aut lauri oleo, aut ungvento pſorico probe unctum, quam citiſſime exturbetis. Nam &

vaſa ſuis citius removentur
ſedibus uncta.

FINIS.

B O-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

BONVS MVLIER

Sive

Centuria Iuridica Practica Quæ-
ſtionum illuſtrium :

DE

MVLIERIBVS

vel

VXORIBVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

CENTVRIÆ IVRIDICÆ

Practicæ Quæſtionum illuſtrium.

Thesis I.

Mulieres ſive Vxores, licet non ſint communes, juxta Anabaptiſtarum opinionem; attamen eas in commercio virorum eſſe oportet. Quemadmodum videmus pleraſque mulieres in civitatibus Hanſiaticis, in commercio eſſe, inprimis ubi Clerici, & Hiſpani, Angli & Hollandi dominantur, qui cum mulieribus, viris interim vinum bibentibus, & conſentientibus, Commercia indeſinenter exercent, idque quia notorium eſt, ullâ probatione non indiget, ſed ſola allegatio ſufficit. *L. Si adulterium cum inceſtu § idem pollioni ff. ad l. Iuliam de adult.* Sic Cato Vticenſis ſummus Philoſophus conceſſit Hortentio uſum conjugis ſuæ, referente *Appiano lib. 2. bell. civil.* Et Socratem ſummum politicum, & omnium ſapientiſſimum, uxorem ſuam Xantippen alteri dediſſe, ſcribit Plutarchus in vita Socratis. *Laert. lib. 2. in vita ejuſ-*

dem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

dem. Vnde apud Spartanos Lex erat, licere cum uxore alterius conſuetudinem habere, ſi modo vir permitteret, quod & Cicero in pr. librorum ſuorum de inventione atteſtatur.

Vxores autem communes eſſe debere Carpocrates docuit, quod etiam de ſecta Nicolaitarum ſcribitur in Eccleſiaſtica Hiſtoria lib. 3. cap. 29. Vnde apud multas Gentes communem mulieris uſum permanſiſſe teſtantur *Diodor. lib.* 1. *cap.* 1. *Alexand. lib.* 1. *cap.* 1. *Cælius Rhodig. lib.* 1. *cap.* 18. Hinc Cabades Rex Perſarum qui adhuc hodie Nicolaum pro DEO invocat, publica lege permiſit viris quaslibet uxores accedere, ut ſcribit Agethius lib. 4. Quem ſequutus Mahometus Turcarum Legislator lege lata in Alcorano ſuo, etiam hodie unicuique duodecim uxores habere permittit, ancillas autem ſine numero quot libuerit, atteſtante *Ænea Sylvio cap.* 56. *Polydor. de Invent. rer. lib.* 7. Hodie vero noſtris temporis Romæ & alibi, ne uxores ibi fiant communes, aliquot millia Curtiſanarum loco uxorum quotidie venduntur, locantur, conducuntur, & in diem addicuntur, & quælibet Curtiſana pro inſcriptione, in Catalogum meretricum Pontifici ſancto aureum Vngaricum perſolvit, ut libere & impune ſcortari, ne-

gotia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

gotiaque muliebria exercere, & ex illis quæſtum facere poſſit, quod omnes qui Romæ nobiſcum vixerunt, vel aliquandiu ibidem commorati ſunt, atteſtabuntur. Vnde Lenones tot ibi reperiuntur, quot Carnarii, Piſcatores, Hamiotæ, & Piſtores, dulciarii, & Braxatores Cereviſiarum (ut cum Bartolo loquar) ibidem habitant. O ſanctiſſimum patrem Papam Petri ſucceſſorem vel quaſi! O ſanctos ſeptuaginta Cardinales Romanos, ex quibus triginta Cardinales Romæ ſemper in loco reſident, & ſingulis ſeptimanis die Lunæ cum Papa Conſiſtorium celebrant, reliqui Cardinales per univerſum orbem terrarum peregrinantur, ut univerſum corrumpant mundum.

Sic Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt. Sic Curia papalis fovet omnia ſcandala mundi, propter ſanctum Denarium Vngaricum. Verum quia nemo debet dicere, Papa cur hoc facis? *cap. quando de tranſlat. Epiſc. ubi G. loſs.* Non quid Romæ fiat, ſed quid fieri debeat, reſpiciendum eſt, ut pronunciat Iuris conſultus. *In l. ſed licet. 12. ff. de officio præſidis.* Quinimo Papa univerſam Chriſti doctrinam revera in Ethnicam doctrinam convertit. 1 Quia ſicut Ethnici Philoſophi unum Deum eſſe dixerunt, quem Pana vocarunt, poſtea tres

Deos

Deos habuerunt, Iovem in cœlo, Neptunum in aqua, Plutonem in inferno. Sic Papa quidem conceſſit eſſe unum Deum, & eſſe Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, ſed ut Ethnici habuerunt Reginam cœli, Venerem, cui ſacrificarunt, & illam omnibus Diis prętulerunt, & dicunt eſſe omnium pulcherrimam, & cogere omnes Deos in ſuas leges: ita Papa virginem Mariam vocat **unſere liebe Fraw/** & illi tribuit honores divinos & Reginam cœli vocat, tribuit ei omnia, quæ tribuuntur filio Dei:

Maria mater gratiæ,
Tu nos ab hoſte protege,
In hora mortis ſuſcipe,
Tu pro nobis ora,
Tandem in mortis hora.

Sic totum Pſalterium pontificii ad Mariam tranſtulerunt, Dixit dominus domino meo, **der Herr ſpricht zu unſer liebe Fraw/** unde pontificii S. Mariæ exſtruxerunt templa: ſed in honorem filii Dei nullum exſtruxerunt Cænobium, detur unicum, **das zum Sohn Gottes genandt were.**

2. Sicut Ethnici Deos habuerunt omnium rerum: Pallas gubernavit Sapientiam: ita Pontificii S. Catharinam præſidem Sapientiæ finxerunt, ut in Academia VVittenbergenſi **haben ſie zum Siegel** Divam Catharinam, quæ largiretur ſapientiam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

am. Deinde ſicut Ethnici habuerunt A-
ollinem, qui daret ſapientiam: ita Ponti-
cii S. Eraſmum. Ethnici Martem in bel-
s: Pontificii S. Mauritium invocant.
thnici Iunonem invocarunt, quæ divitias
aret; noſtri Papiſtæ Annam invocant;
thnici Neptunum in maris periculo: Pon-
ficii S. Nicolaum & S. Chriſtophorum;
thnici Bacchum: Pontificii S. Vitum,
uia vitis **heiſt ein Weinſtock**/ bona deri-
atio! Pontificii invocant S. Brandanum,
wenn ein Hauß brennet/ Sebaſtianum pro
eſte, quod peſtilentiæ eſſet præfectus:
. Romboldum contra ſpectra, mirum,
uod non dixerunt Cobboltum.

3. Papiſtæ prout Ethnici cultum Vene-
is habent: Quia in ſingulis urb. peculia-
ia lupanaria habent, ſicut adhuc fit Romæ
x in aliis civitatibus pontificiis. Inſuper
Papa imperavit abjurare conjugia, in quo
Papiſtæ deteriores ſunt Ethnicis, quia con-
ra legem naturæ eſt prohibere conjugia.
nſuper Ethnici habuerunt Monachos Co-
ibantes: Item, ſicut pythagorici fuerunt
Monachi, & habuerunt virgines veſtales,
quæ jurarunt caſtitatem: Ita illi Pontificii
Monachos, & virgines Moniales ordina-
runt, quæ caſtitatem jurarunt, quam nun-
quam ſervarunt, ut ignem ſacrum cuſto-
dirent. Sic Papa perpetuas faces ardentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

in templis ordinavit, **den Todten vnd allen Heiligen ſetzen die** Pontificii **brennende Liechter vor** / & hoc facto ſignificant, ſe eſſe cæcos, & in media luce verbi Dei non poſſe nec velle cernere veritatem, **daß ſie beym Liechte die Warheit Göttliches Worts nicht ſehen können / noch wollen.**

4. Ethnici Philoſophi docuerunt, ſe ſuis virtutibus remiſſionem peccatorum accipere, & venire poſtea ad campum Elyſeum, **zu gelehrten Leuten** / ut Socrates apud Platonem, Virgilius de Ænea & Anchiſe, fabulantur, ſed malos homines, qui haberent peccata venire in purgatorium, & ſic Papa & ipſius aſſeclæ planè ex Virgilio ſuam doctrinam de purgatorio ſumpſerunt & retinuerunt. Quia purgatorium ipſis eſt locus, ubi purgantur qui peccatis ſunt polluti, **da ſie erſtlich druncken werden** / deinde veniunt in Lymbum patrum, **da die Altväter ſein**: reſurgente Chriſto **ſeynd ſie erſt mit gen Himmel gefahren.**

5. Ethnici Deos indigetes habuerunt, qui ex hominibus Dii facti ſunt, ut Romulum, Æneam, Herculem; Ita Pontificii ex Apoſtolis Deos indigetes fecerunt, **Ein jeder hat ſein eigen Apoſteln** / quem adorat. Imò nihil aliud eſt quam Ethniciſmus. Hodie Ieſuitæ, **welche Jeſu zuwieder ſolche** errores **bementeln** / aliquo modo ſubtilius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

tilius delirant, **nach dem ſie** Lutherus in Saxonia, **vnd** Zvvinglius **auch andere** in Helvetia & Gallia **haben auff die Finger geklopfft.** Quia Ieſuitæ aliquo modo hodie ſunt meliores (**jedoch nicht viel beſonders**) Monachis veteranis, **dann ſie mengen die Schrifft mit darunter** / & tamen nihilominus furores retinent veteres, ſunt plane Ethnici, differunt tamen ab Ethnicis in illo, quia Ethnici delirarunt abſque verbo Dei. Papiſtæ vero & Ieſuitæ in media luce verbi divini delirant. Igitur majus peccatum committunt; Et docti Ieſuitæ veritatem religionis intelligunt, & tamen contra conſcientiam, propter ventrem & fettas præbendas, quas pro ſe, & ſuis agnatis & cognatis impetrant, Pontifici & mendaciis blandiuntur.

2. Vxores itaque an à viris neceſſariâ urgente cauſa ex poteſtate maritali vendi poſſint? Videbimus. *Gen.* 3. *v.* 16. & 24. *verſic.* 58. *Levit.* 22. 12. *Num.* 30. *Deut.* 22. *v.* 5. 1. *Cor.* 11. *v.* 6. Quandoquidem marito in uxorem Monarchicum Imperium competit. *l.* 9. *Cod. de rei vind. lib. ſervum* 21. *ff. de manumiß. Tiraquel de retractu in præf. n.* 15. & *ad l. Connub.* 1. *per tot.* Quippe Monarchiam repræſentari in una qualibet domo ipſe Philoſophus Ariſtoteles 1. *Polit.* 2. & 3. fatetur, unde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

maritus ex plenitudine poteſtatis maritali in uxorem, adulterum domi ſuæ depre-henſum unà cum uxore licitè occidit, etſi adulter Princeps ſive Magiſtratus ſit. *l.* 20. *lib.* 24. *ff. de adul.* Quapropter ſummus Pontifex, Simia juris civilis, hodie etiam Clericis ſuis concubinas vendere permiſit. *cap. eos distinct.* 32. *cap. Quidam diſt.* 81. Simiam juris civilis Papam ex illa ratione nomino, quia notiſſimum eſt, pleraſque Pontificis ſanctiones ex media fece Gloſſatorum jurium civilium eſſe conſutas, ut patet ex cap. fin de teſtib. *cap.* 5. *fin. de procurator. in* 6. *& aliis plurimis.* Neque id diffitetur Franciſcus Duarenus, in tit. ff. ubi & apud quem. Et hoc unice Pontifici propoſitum fuit, ut jura Romana ſuſpecta redderet. *cap. cum eſſes* 10. *X. de Teſtam. cap.* 2. *de pactis in* 6. Tandemque ex Academiis exturbaret, ne pontificiæ technæ manifeſtarentur. *cap. ſuper.* 28. *de priv.* Et liquidiſſimum eſt, defuiſſe Pontificibus veram legum ferendarum diſciplinam. Vnde Pontifex anno 1215. ex ſtolidiſſima ratione, quia quatuor eſſent elementa, intra quartum gradum matrimonium conſtrinxit. *cap. pen. de conſang. & affin. Beza de repudiis fol. mihi* 37. Quæ? qualis? quanta? hæc eſt conſequentia? Quatuor ſunt Elementa: Ergo quatuor ſunt gradus matrimonii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

trimonii. Baculus ſtat in angulo: Ergo currus habet quatuor rotas. Ergo quatuor ſunt gradus; intra quos matrimonium debet eſſe prohibitum. Et tamen hiſce ineptiis Pontifex veterem juris civilis computationem graduum abolere conatus eſt. Inſuper etiam conſtat, totum jus pontificium, ingenioſæ avaritiæ præcepta, & rapiendi formulas, ſpecie pietatis adumbrare, dicente Cornelio Agrippa, de Vanit. ſcient. Et propterea ex Academiis Germaniæ, admonente D. Martino Luthero, in Italiam rejiciendum. Inprimis Decreta, quæ â Gratiano compilata ſunt, quæ nullam vim legis habent, tantum privatas opinationes, diſcrepantes recenſent. In hiſtorica relatione, in jure Canonico, omnia falſa & conficta ſunt. *Covarr.* 4. *reſolut.* 18. Vnde & paleas vocant, Inſuper privatus fuit Gratianus & Pontifici, extra territorium jus dicenti non obtemperandum. *Vide Bodin. de republ.* 9. *&* 3. *cap.* 3. Tum cogitari debet cap. venerabilem 33. de Electione & Elect. Poteſt. quod nullo jure mera ambitione ſcriptum, refert *Cranz.* 3. *l. Saxon.*

Hoc poſito. Quod uxores, ex poteſtate maritati, vendi poſſint; etiam illas ſub pacto Legis comiſſoriæ vendi poſſe exiſtimamus, qua cavetur, ut, niſi pretium intra certum diem emptor marito ſolvat, res ſive

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

uxor fiat inempta. *l. 1. & tot. tit. ff. de l. Commiſſaria.*

3. Quo caſu etiam uxores, ſive mulieres, in diem, de jure addicere licet. *l. 1. & tot. tit. ff. de in diem addict.* Ei autem, cui hoc pacto â marito vendita eſt uxor, vel interea precario tradita, interdictum quod vi, aut clam, accommodari, verius eſſe, cum Cujacio contra Robertum exiſtimamus, *l. 2, §. in diem ff. pro empt. l. 4 idem ff. de in idem addict. l. 3. C. de pact. int. empt. Vide Cujac. 2. obſ. 25. quem pungit Robertus 1. recept. lect. 35. & 1. animadverſ. 25. tuetur ſe Cujatius. 1. not. Mercat. 25. & 10. obſ. 290*

Verum pactum de revertendo hic omnino neceſſarium eſt, & à muliere Chirographum prius, de revertendo, poſtulandum ne ipſi accidat, quod civi Romano ante paucos annos contigit: Recens enim Romæ dives Mercator Romanus appetebat conjugem cujuſdam pauperis civis, & promiſit marito mille coronatos, ut concederet ſibi cum uxore ipſius unius noctis concubitum, quod recuſavit niſi marito permittente hoc fieret. Maritus autem ſponte conceſſit, & accepit pecuniam, inopia victus, & miſit uxorem ad adulterum mercatorem; Poſtea cum elapſo tempore maritus uxorem repeteret, uxor ad maritum redire noluit, ſed reſpon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

eſponſum ipſi dedit : Quia tu me ſemel mercatori in diem & noctem addixiſti, & vendidiſti, ergo non ad te revertar; ſed per noctes atque dies, dum vivo, hic apud emptorem meum manebo: quod procul dubio ab adulteris antea contra maritum ita practicatum eſt.

4. Vnde etiam emptori, qui uxorem alterius emit, uxoris loco uti licet : Quia veriſſimum eſt, quod perfecto emptionis & venditionis contractu, omne commodum rei venditæ ad emptorem regulariter pertineat *l.57.ff.de contr.empt. l.1.§.pen. & fin. Cod. de peric. & commod. rei vend. Idque communiter à Dd. receptum eſt.*

5. Emptori tamen competit remedium Legis 2. Cod. de reſcindenda vendit : Vbi tamen Sententia judicis requiritur, quod ab Imperatoribus nove introductum, eleganter & nervosè probat. *Arpinell. ad l. 2. Cod. de reſcind. vend. p. 1. n. 3. & ſeqq.*

6. Quod ſi quis virginem ſe emere putaſſet, cum mulier veniſſet, redhibitionem ex cauſa non eſſe, Vlpianus recte ſcribit. *l. 11. ff. de contrah. empt.* Niſi poſt compertum errorum, mulierem, quam pro virgine emerat, emptor cognoverit, Ita compreſſam ab alio ignoranter qui ducit, juſte errorem prætendit. *Matth. 1. verſ. 15. Deut. 22. v. 21. Harmenop. 4. Epit. 12.* Diſſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

tiente Dn. VVeſenbeccio in Parat. ff. d[e] ritu nupt. n. 8. Quia hic non error ſimplici[s] qualitatis, ſed error ſubſtantialis, & tali[s] qualitas occurrit, ut ex eadem matrimo[-] nium etiam vitietur, nulla ſpe reconcilia[-] tionis exiſtente per *Novell. Leonis* 39. *d[e] nuptiis Beza de repudiis fol. mihi* 17.

7. Reſtitutionem in integrum tamen hoc in paſſu juris emptorem petere poſſe negamus. *Quia factum infectum fieri fru-ſtra contendimus, l. in Bello §. facta ff. de captiv. & poſtim. reverſ.*

8. Ex præcedentibus itaque manife-ſtum eſt, locavi tam noſtras, quam alienas uxores poſſe, idque valde uſitatum eſſe. *Quia omnes res quæ vendi poſſunt, etiam locari poſſunt, arg. l.* 34. § 1. *ff. de contrah. empt. l.* 5. *ff. de Verb. ſign. Etiam ſi alienæ l.* 7. 15. §. 8. *ff. locati.*

9. Qua in re proxenetarum opera uti, ab iisque ἑρμηνευτικὸν poſtulari poſſe, per-mittitur. *l. Græca* 6. *Cod. de Sponſalib.*

10. Sed & uxores in Emphyteuſin dari â maritis poſſe, poſt multas ambages ma-riti tandem obtinuerunt, & hoc jure utun-tur, ſed non aliter, niſi ſub lege meliora-tionis. *l.* 2. & 3. *Cod. de Emphyteuſi.* Quod quatenus procedat videbimus.

11. Mandare quoque procuratori, abſens maritus, vel ex juſta alia cauſa impeditus

poteſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

poteſt, ut ſua, ſive mavis, Vxoris negotia gerat. *l.28. ff.de negot.geſt. cap.1. fin. X. de procur. in 6.* Quod mandatum ſi à marito diſſolutum non fuerit, omnino à procuratore, mandatario, implendum eſt, & fines ejusdem mandati diligenter cuſtodiendi ſunt. *l.22. §. fin.ff. mandati.*

12. Quam in rem maritus procuratorem conſtituere quemlibet poteſt, etiam minorem 25. annis. Nos etiam eum procuratorem, ſi modo non ſit minor 14. annis, jure Civili, in caſu neceſſitatis dari poſſe, adſerimus. *§. juſta Inſt. qui & ex quib. cauſ. man l. 12. C. de procur.*

13. Quod ſi quis absque mariti mandato negotia mulieris geſſerit, actionem negotiorum illi concedi, naturali æquitati conveniens eſt. *l.47. ff.de negot.geſt.* Videlicet ſi quid, vel non ut oportuit, geſſit. *§. 1. Inſt. de oblig. ex quaſ.contract. l. in pr.ff. de obligat. & act.*

14. Vbi Voluptuariarum, quoque expenſarum, ratio habenda eſt, quas maritus ipſe per ſe alias facturus fuiſſet, argum. *l. in fundo 38.l.niſi venalem ff. de rei vind. Menoch. de arbitrariis jud. quæſt. cent. 3. caſ* 258.

15. Curandum tamen eſt, ne quid vi, metuve, aut doli cauſa, cum uxore geſtum eſſe, dicatur. *Quia ſi vis, dolus & metus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

concurrant, pœna capitis infligitur, aut p judicis arbitrio punitur. P.H.O. Caroli V artic. 118. *& ſeqq. Vigel. cap. 6. tit. 9. a Conſtit. Carol.*

17. Caveri itaque oportet, dominui maritum rem ratam habiturum: Quia maritus uxoris adulterium non detegat ſed patientia ſua, ἀνειρηκῶς hoc vincat, ne Leno proprie videtur, nec pœna ordinari punitur, *arg.l.4.§.2.ff.de his qui not.infam. Novell.*134.*§.mulier. Vigel.de ordinat. Carol. in cap. 6. tot. 9. &c.*

17. Et ſi conqueratur mulier, male ſibi negotia geſta eſſe æquum eſt, in negotiorum geſtorem etiam directam actionem concedi. Vbi imperitia culpæ aunumeratur. *Quia in hanc actionem, regulariter latæ, & levis culpa venit, l.* 13. *ibi negotia geſta. l.*11.*ff.de neg.geſt.l.*20. *Cod.eod. &c. Leviſsima culpa tum demum attenditur, ſi alius negotiorum geſtor diligentior, commodius erat negotia mulieris geſturus. §.*1, *inſt. de oblig.ex quaſ.contr.ubi Dd. communiter omnes in hoc paſſu, conſentiunt.* Vnde rectè Dd. exſtruunt regulam juris, is, quicunque deſerta negotia mulieris gerit, ſaltem de dolo, & lata culpa, tenetur, &c. *l.* 23. *ff. de reg.jur.l.*223. *l.*226.*ff.de V.ſign.l.*8.*§.*3.*ff. de precat. l.*22. *§.*3.*ff. ad Trebell.*

18. Domino quoque, cujus ſervus vicini negotia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

negotia geſſit, eandem actionem concedi æquum eſt, quæ appellatur, de operis ſervorum. *l.* 1. *Cod. de operis libert.*

19. Ergo & Abbati, ex operis Monachorum, quia illi ſervis æquiparantur, &c. *cap. Abbates* 18. *q.* 7. *c. Monacho* 27. *quæſt.* 1.

20. Regulariter tamen Clerico & Monacho uxorem ducere non licet, niſi in Cameram charitatis. *cap.* 1. *X. de Clericis conjug.* Alias ſuſpenduntur, deponuntur, & excommunicantur. *d. c.* 1. *præsbyter ſi uxorem. diſtinct.* 28. *&c.*

21. Si maritus ſervo alterius, vel Abbas Monacho mandaverit, ut ea negotia gerat, & in iis gerendis, aliquid vitii morbive ſervus vel monachus contraxerit, tam dominus maritus ipſe, quam Abbas, actione de ſervo corrupto experietur, &c.

22. Sed & dominus ipſe, qui inſtitorem, hoc eſt, factorem præpoſuit, inſtitoria actione tenetur. *l.* 5. *§.* 12. *l.* 11. *ff. de Com. act.* Si tamen ad certam rem, puta, ad mulieris negotia procuranda, quis deputetur, quia is proprie inſtitor non eſt, utilis actio ſaltem dabitur. *l.* 16. *in fin. l.* 19. *in pr. ff. de inſt. act. l.* 5. *Cod. eod. l.* 20. *§.* 5. *ff. Mand.*

23. Quidam ait: Vxoris, ſicut & aliarum rerum ſocietatem iniri poſſe, quod & verum eſt. *l.* 1. *§.* 1. *l.* 3. *§.* 1. *l.* 7. *&* . *ſeqq. ff. de ſociet. Mozzius de ſociet. cap.* 1. Et niſi par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

tes adjectæ fuerint, vel adjici non poſſint socii æquales eſſe debent, in lucro & damno proportione Geometrica. *l.29. in pr. ff. de ſociet.*

24. Quod ſi ſocii ea, vel iis uxoribus ſimul uti velint, qui prior eſt tempore, potior & jure erit. *Quia qui prior appellat, prior agit l. qui prior ff. de judiciis.* Major autem ſociorum pars, reliquis reluctantibus, actum inconſuetum facere non poteſt. *argum. l. 28. ff. communi divid. cap. in re communi ff. de reg. jur. in 6. Petrus de Vbaldis tract. de ſociet. p. 5. n. 11.*

25. Vxores noſtras, amicis donare, nihil vetat, ſed ita, ut vetus habet veriverbium! οὔτε πάντα, οὔτε παντῶς, παρὰ πάντων. *Quia omnes res tam corporales quam incorporales donari poſſunt l.9. pr. l.17. l.27. ff. de donat. l.14. Cod. eod.* Maritus autem donator uxoris, de evictione, ſi mala ſit, non tenetur, niſi ſtipulanti, promiſerit. *l. 18. in fin. ff. de donat. l. 2. Cod. de evict.*

26. Permutare autem uxorem pro arbitrio cuique licitum eſt. *l.1. & tot. de rer. permit.* Inprimis in conviviis & choreis, alias ſecus eſt. Eſt autem hoc negotii genus inter Gentes ad ſeptentrionem uſitatiſſimum, ideoque barbara vocē, Baraptum appellatur, &c.

27. Mutuo autem dari uxores haud poſſe, ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſe, ex illa ratione credimus; Quia earum Bonitas ignoratur. *Quia mutuum eſt contractus ſive συνάλλαγμα ſtricti juris, quo rem ea lege mutuo damus, ut eadem qualitate & Bonitate reddatur argum. pr. tit. inſt. de obleg. ex quaſi contr. l. 55. ff. de ſolut.*

28. Commodato vero uxorem dari poſſe, nemo ambigit *l.8. & 9. ff. commod.* Quia. cum commodat, non facit rem accipientis, ſed permittit tantum, ut re ad certum tempus utatur. *l.1. in fin. ff. de precario Hottom. quæſt. illuſtr. 15.*

29. Ergo & precario licet utrumque jure conſuetudinario, propter gratuitam, ut opinor, operam, raro uſurpetur. Quia precarium eſt, quod precibus petenti conceditur, quamdiu is, qui concedit, patitur *l.1. in pr. l.2. in fin. ff. de precario, cap. 3. X. de precario.*

30. Itaque prudenter agit, qui remunerandi gratia, interim honorarium marito pollicetur. *Quia mercede interveniente, meretricium & Simoniatum eſt, cap. ordinat. & cap. ſunt nonnulli. 1. quæſt. 1.* Conſuetudo autem cum meretrice, quam fornicationem ſimplicem Doctores noſtri appellant, quæ mercede interveniente fit, ab adulterio diverſa eſt, & illius pœnam jura non definiverunt. *l. 1. 3 §. 2. ff. ad l. Iul. de*

Adul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Adulteriis. Vnde Damhouderius inſignis practicus, fornicationem ſimplicem, majoris mali vitandi cauſa permittendam eſſe putat, ne feneſtræ adulteriis aperiantur, & ut Vxores maritis illibatæ maneant. *Iohan. Damhouder. in praxi crim. cap.* 93. Ideoque Pontifex, & ipſius Cardinales, Canonici & Monachi, cum animadverterent, quod adulteria impune & absque ſcandalo committere non poſſent, Monaſteria Monialium exſtruxerunt & conſtituerunt, & illud ex veteri teſtamento, in Samuele bene quod ordinatum fuit, de mulieribus militantibus ad templum, illi in pravam imitationem converterunt, exſtruendo, in optimis & electiſſimis locis Monialium. **Dann im alten Teſtament haben die Weiber die ChorRocke und Ornath gewaſchen/und haben ihr Gebet gehalten / Darentgegen hat der Pabſt/ vnd ſeine Cardinaln/ auch ſeine** Canonici **und Münche / auß dem Bethauſe / welches zu Jeruſalem** tempore Samuelis **geweſen / hernacher Nonnenklöſter vnd Hurenhäuſer faſt bey allen Kirchen gemacht.** Poſtea cum hic abuſus populo Romanorum innoteſceret, Concubinatum Papa & ipſius Cardinales excogitarunt, ut quilibet domi, duas vel tres concubinas, ſive meretrices, alere, & impune ita ſcortari poſſet: quæ, cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

conſeneſcerent, Domos in honorem Sancti Alexii, quas vulgo **Lerhäuſer** nominant, ædificarunt, quas nos non immerito **dero Thumbpfaffen Marſtall** hodie nominamus, **darinn ſie die alten Concubinen vnd Huren noch auff den heutigen Tag, hinein thun /** ut juvenculas curtiſanas eo melius rurſus ad ſe recipere poſſint. Hæc eſt prima & egregia fundatio, origo, & Baſis Monaſteriorum monialium, & domorum Sancti Alexii, &c. Deponere quoque uxores apud amicos licet uſitatum ſit, periculoſum tamen eſt: *Quia fœminæ & uxores ſunt ex earum genere, quæ ſervando ſervari non poſſunt. l. 24. & 26. ff. Depoſiti.*

32. Sed & maritis pignori Hypothecæve uxores opponere licet. *l. 1. in pr. l. 15. § 1. ff. de pign. & Hypothecis.* Quia domini veri oppignorare poſſunt res quaſcunque *lib. 6. Cod. quæ res pign. oblig. l. 13. ff. de pign. & Hypothec.*

33. Vti vero operâ Mulierum depoſitarum, vel pignoratarum non licet, niſi convenerit; attamen de jure licet, ſi modo illis alimenta præſtentur. *l. 1. §. 8. l. 3. §. 3. ff. Nautæ, caupon. ſtabul.* Quia etiamſi depoſitum ſit contractus de re gratis cuſtodienda, d. L L. Attamen non impedit, quo minus remuneratio intervenire poſſit. *lib. 2. §. 24. de vi bon. rapt.* Interim itaque ex æqui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

æquitate juris mulieribus alimenta præſtanda ſunt. *l. quod in uxorem Cod. de Negotiis geſtis ubi Cynus & Baldus.*

34. Quod ſi, ne uti liceret uxore, maritus expreſſe convenerit, pacta ſervari oportet. *Quia pacta dant legem contractui l. 1. §. ſi convenit ff. depoſiti.*

35. At ſi quis ſigillum (vulgo Cathenarium appellant) uxoris inſtrumento adpoſitum, reſignatum conqueratur (prout Mercator quidam ante aliquot annos, Lipſiam profectus, & domum reverſus, apud Senatum in urbe. A. conqueſtus eſt) ad exhibendum, locus erit, ut venter inſpiciatur. *l. 1. tot. tit. ff. de ventre inſpiciendo l. 2. ff. de term. mot.* Condemnatio autem fit in id, quod mariti intereſt, quanti, (ſcilicet ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum) in litem juratum fuerit. *per l. 3. ff. de in lit. jurand. d. l. 3. de term. mot.*

36. Quod ſi illi, illæve, quibus ea cura inſpiciendi ventrem uxoris commiſſa eſt, falſum renunciarent, Prætor, cauſa cognita, marito novam actionem accommodabit, veluti ſi Menſor falſum modium dixerit. *l. 1. §. 1. ff. ſi menſor falſum modium dixer. ubi Bartol.* Si vero inſpectores & menſores dolum, latamve culpam admiſiſſe, deprehenſi fuerint, in factam actione tenentur. *d. l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixe.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

lixe. Et novi alii inſpectores & menſores ordinandi ſunt, ſi maritus ſe læſum eſſe exiſtimet, & venter mulieris denuo inſpiciendus eſt, argum. *lib. Vn. Cod. de error. Calculi.* Sin autem nullis terminorum veſtigiis, neque per Geometras, neque vulvæ menſores, vel arbitros, res expediri poteſt, Iudex ipſe controverſiam expediet, & dirimet, argum. *l. 3. Cod. de mixt. fin. reg. und. actionibus.*

37. Et tamen in re Zelotipa Maritorum diligentia à prudentibus viris merito improbata eſt: Cum eo duntaxat pertineat, ut in Vulva-pileorum, phantaſtarum, & Cornutorum Catalogum adſcribantur. *Quia impoßibilium nulla eſt deliberatio neque cuſtodia l. non ſolum ff. de oblig. & act.*

38. Adde, quod Maritus neſcius facti Vxoris, eodem beneficio gaudet, atque conſcius cum hanc mariti dolor excruciet: illum facti ignorantia excuſet, quarum utraque via æque ad ſalutem conducibilis eſt. Præſertim ſi ignorantia ſit facti alieni, tunc enim tolerabilis eſt, & de jure præſumitur. *Cap. nullius 1. quæſt. 3. cap. præſumitur de Reg. jur. in 6. l. 21. ff. de probat. l. 3. l. 5. & tot. tit. ff. & Cod. de juris & facti ignorantia.* In affectata autem nimiſque ſupina ignorantia Mariti diverſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

in jure eſt conſtitutum. *lib. 6. & 9. ff. de jur. & fact. ignor.*

39. In hac materia ex nudo pacto cum Muliere Nuda agi poſſe, indubitati juris eſt: *per l. 7. l. 45. ff. de Pactis.*

Ex pollicitatione quoque, præſertim jurejurando confirmata, cum mulieri agi poteſt. *Quia jusjurandum tranſactionibus & pactionibus robur addit lib. 41. Cod. de Tranſactionibus.*

41. Quinimo rogata mulier, ſi tacuerit, pro conſentiente habetur. *Quia qui tacet conſentire videtur l. item quæritur §. impleto ff. locati l. 2. voluntatem ff. ſolut. matr.*

Itaque non eſt neceſſaria ſtipulatio, quæ tamen ſi intervenerit, paratam executionem in bona mulieris mobilia & immobilia habet. §. 3. *Inſt. de inutil. ſtipulat. l. 14, §. 2. ff. de Conſtit.*

43. Maxime ſi ſyngraphum, vel chyrographum mulieris interceſſerit: Sunt enim inſtrumenta Muliebria Guarentigiata, id eſt, paratam executionem habentia; abſque alio proceſſu judiciali *l. Vn. Cod. de Confeßis. Ordin. provinc. Thuring. lit. 14. Colerus de proceß. Execut. p. 1. cap. 13. num. 19.*

44. Eſt tamen nonnunquam locus hic exceptioni non numeratæ pecuniæ. *lib. 14. Cod. de non. num. pec.*

45. Fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

45. Famulos vero, & ſervos Dominis ſtipulari poſſe, explorati juris eſt. *l. 1. ff. de V. oblig. pr. Inſt. de ſtipulat. ſerv. Hottom. 3. obſ. 19.*

46. In hac ſtipulatione omnes ſunt individuæ: Quia in facto conſiſtunt, quod natura ſua diviſionem non admittit, veluti Ciſternam Mulieris aperiri, fundum tradi, foſſam fodi. *lib. 2. in pr. ff. de verb. oblig. l. 72. ff. eod. ubi Hugo Donellus num.* 10. *& ſeq.*

47. Nulla autem cenſetur inutilis ſtipulatio, niſi quæ natura eſt impoſſibilis. *l. 28. & § 1. ubi Donel. n. 46. ff. de Verb. oblig.*

48. In re Vxoria actiones præſcriptis verbis ex vulgatis quatuor capitibus: Do ut des, do ut facias, facio ut des; facio ut facias: locum non habent. Sed aliæ quatuor diſſimiles, do ut faciamus, faciamus ut des, faciamus ut facias, facio ut faciamus, hic ſubſtituuntur. *l. 5. §. ff. de præſcriptis verbis.*

49. Hoc in paſſu juris ex contractu, in quo factum ineſt, tenetur quis præciſe ad faciendum, nec liberatur præſtando id quod intereſt: Si modo factum illud mulieri per Naturam explicari poſſit, contra omnium Doctorum communem opinionem. *l. 11. §. l. 36. ff. de Act. Empt. l. 25. ff. contrah. Empt. l. 2. ff. ſi cert. pet.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

50. In contractu cum muliere, Do ut faciamus, re tradita, & facto non ſecuto, competit condictio, cauſa data, cauſa non ſecuta? Sive, ut alii volunt, ob rem datam re non ſecuta. Quia ſi pecuniam dem, ut facias, facto non ſecuto, in id quod intereſt præſcriptis verbis actio, vel utroque caſu, ad repetendum contra mulierem condictio eſt. *l. naturalis* §. 2. *l. ſi ſibi* 10. *lib. ob eam cauſam ff. de præſcript. verb. Donell. d. tr. cap.* 6. *num.* 13.

51. Ex contractu faciamus ut des, ſi poſtquam factum eſt, mulier ceſſet dare, nulla in illam de dolo actio eſt, niſi præſcriptis verbis. Hanc quæſtionem intricatam & difficilem. Paulus de Caſtro de ſummis apicibus juris eſſe exiſtimat, ut ſi Iuriſconſulti reviviſcerent, hanc antinomiam reconciliare non poſſent: recentioribus enim & veteranis Iuriſconſultis eſſe incognitam. DEVS ſcit, inquit Cynus, quot ſint in ea ignorantes. Vide Donelli ſententiam quæ verior eſt, & rationibus non caret. *In tractat. de præſc. verb. cap.* 10. Vbi ſi ex facto meo tibi nihil adſit, actionem de dolo competere cum Franciſc. Hottom, in comment, de præſcript. verb. & in § act. Inſt, de act. cum recentioribus ſtatuit. Bartolus autem & veteres Iuriſconſulti actionem de dolo competere exiſtimant. *Bart.*

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

in l. Natur. §. quod ſi faciam, 3. ff. de præſcript. verb.

52. Diverſum in Pupillo, ſi tamen pubertati proximus ſit, quia tunc intelligit, quid cum muliere agat, nec tutoris authoritate opus habet, ut ſaltem naturaliter obligetur, ſi videlicet ex conventione cum muliere inita factus ſit locupletior, & pecuniam lucratus ſit. *l. 13. in fin. l. 24. l.41. ff. de cond. indeb. l. 95. ff. de oblig. & act. l. 9. §. 1. ff. de autor. tut.*

53. In re Vxoria hodie actiones cenſentur bonæ fidei, ideo tam in bonæ fidei quam juris ſtricti, alioquin contractibus uſuræ, etiam jure Canonico, debentur ex mora. *l. 24. ff. de præſcript. verb. l. 11. § 12. ff. de uſur. & mora.*

54. Ergo etiam fructus, & omnes acceſſiones. *lib. 28. ff. de uſur. & mora. Oeſten. de mora cap. 3. num. 18.* etiam obligationem ad Intereſſe inducit. *lib. 8. ff. Quod cert. loc. argum. l. 22. ff. ſi cert. pet.*

55. Mora eſt fruſtratoria ſolvendi, vel recipiendi improbata dilatio, quæ tunc commiſſa cenſetur, ut ait Martianus, cum quis interpellatus opportuno loco & tempore non ſolverit, quod apud Iudicem virum bonum examinabitur. *l. 3. in fin. ff. de Mora. l. 5. ff. ſi cert. pet. Menoch. de Arb. jud. quæſt. Caſ. 220. n. 28.*

56. Scien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

56. Sciendum tamen eſt, interea hic lo-
cum non habere interdictum: Ne quid
loco ſacro. Quia hoc faciunt ipſi pontif-
ces, & ipſius ſancti Cardinales, Canoni-
& Monachi etiam Vicarii, impune in ip-
Roma, Italia, Hiſpania, & Polonia, nil d-
cam de Germania noſtra. *tot. tit. Ne qui*
in loc. ſac. fiat. de quo vide Oldendorp.
Claſs. act. 9. Forner. 1. ſelect. 9. Sic Io-
hanna Papiſſa octava ejus nominis à ſuo
Cardinali compreſſa eſt, cum quo familia-
rius conſueverat, fœtuſque matrem ſexum
mentita virilem prodidit. Quia hæc Pa-
piſſa in proceſſione ad Lateranenſem Eccle-
ſiam, in cleri & populi Romani frequentia
in platea, & via publica ſub Cælo, dolori-
bus partus oppreſſa inter Coloſſeum &
Clementis fanum, puerum, ex fornicatione
conceptum ſpectante Roma peperit An-
no 857. ibique ex partu obiit. Cujus rei
memoriale adhuc extat Romæ, de quo
Mantuanus proprius pontificiorum Poeta
ſequentes Verſus ſcripſit:

Hic pendebat adhuc ſexum mentita virilem
Fœmina cui triplici phrygiam diademate mitram
Extollebat apex, & pontificalis adulter.

Plura vide in tract. Levini Hulſii Oppenh.
nuper in 8. edito.

57. Neque & illud: Ne quid in loco pu-
blico vel itinere fiat: Quia hoc faciunt im-

pune

pune Mercatores, peregrinantes & navigantes. *l.1. pr: l,2. §.1. verſ. hominum ff. de Interdictis.*

58. Neque & illud: Ne quid in flumine publico ripave fiat, prout faciunt Nautæ & Piſcatores. *l. 1. & 2. §. de Interdictis.*

59. Omnes autem dies tam feſti. quam prophani, adde etiam noctes utiles, hic cenſentur, neque meſſium aut vindemiarum tempora ſunt importuna. Sed

Bis { in die edendum.
in nocte tangendum Inſtrumentum.
in ſeptimana ſaltandum juvenibus.
in menſe Cucurbitandum Senibus.

Si modo præcepta Medicorum recte obſervare voluerint. Neque opus eſt, ut Calendarium inſpiciatur. Quia omnis homo mendax, ut Calendarius. Quippe menſium, & vindemiarum ferias, omnibus prodeſſe vere dicitur à D. VVeſenbecio. *In parat. ff. de feriis.*

60. Non valent, in hoc paſſu, exceptiones: I. Loci non tuti, ſi ſalvus conductus ad Cameram concedatur, & impetretur. *Cap. accedens 4. Vt lite non conteſtat. latè Colerus de proceſſ. execut. p. 4. cap. 1, n. 170.* In quo ſalvo conductu ineſſe debet non tantum veniendi, ſed & recedendi conceſſio, juxta Menoch. 2. arb jud. quæſt. cent. 4. c. 156. contra quoſdam maritos, qui venientes

adul-

adulteros comiter excipiunt, ſed abeuntes peſſime tractant. 2. Neque exceptio Senatus conſulti Vellejani tributa mulieribus, ut infirmitati ipſarum conſulatur. Quia locus Senatusconſulto Vellejano non eſt, ſi mulier accepto pretio aliquid promiſit, vel fidejuſſit. *l.* 3. § 3. *l.* 19. *ult. ff. ad African. uqi Cujat. l.* 30. *ad Senatusconſ. Vellejan.* 3. Neque termini nimis anguſti exceptio hic valet: Quia ſtatim hic ſolvendum, aut bonis cedendum eſt. Quemadmodum mulier quædam nuperrime ad amicum debitorem dixit: Solve mihi quod debes? Illo reſpondente, non ſum ſolvendo, tum illa replicavit: Ergo cede bonis, quod etiam poſtea factum, & licet in Camera Imperali hoc ita non concluſum, tamen in Camera charitatis hoc ita adprobatum eſt contra. *Auth. offeratur Cod. de lit. conreſt. Novell.* 53. *cap. induciæ* 3. *quæſt.* 3. 3. Neque feriarum ut antea dictum eſt, contra *tot. tit. ff. & Cod. de fertis* 5. Neque exceptio legitimationis perſonarum, *contra tot. tit. Cod. Qui legi, perſ. ſtand. l. fin. verſ. neceſſ. Cod. de Bon. qualib.* 6. Neque exceptio plus petitionis, contra *lib.* 3. § 10. *ff. de except.* 7. Neque pacti conventi temporalis *contra* § 10. *Inſt. de except.* 8. Neque exceptio ſpolii. *Quia illa intra* 15. *dies prius probanda eſt*, *c.* 1. *de X Reſt: ſpol. & altiorem requirit indaginem.* Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Sed exceptiones ſequentes hic locum habent: 1. Vtpote exceptio ne Reus conveniatur ulterius, niſi in id, quod facere poteſt. *lib. 3. ff. de except.* 2. Exceptio non numeratæ pecuniæ, de qua ſupra *per l. 14. C. de non num. pec.* 3. Pacti conventi de non petendo. *§ 3. & 9. Inſt. de except.* 4. Iurisjurandi exceptio *§ 3. Inſt. de except. l. 15. ff. eod.* 5. Rei judicatæ inter eaſdem perſonas. *lib. 3. & 14. Cod. Quibus res jud. non noceat.* 6. Exceptio transactionis. *l. 21. Cod. de transact.* 7. Exceptio præſcriptionis. *pr. Inſt. de except.* Quæ tres exceptiones poſteriores litis, & mulieris ingreſſum, impediunt, unde Exceptiones litis finitæ dicuntur. *Sichard. ad l. 19. Cod. de probat.* 8. Et ultimo. Quemadmodum Exceptiones hic admittuntur: Ita & replicatio conceditur, quam ſequitur duplicatio, eamque excipit triplicatio, & ſic deinceps multiplicantur termini in hoc paſſu juris Cameræ provincialis, donec ad ſubmiſſionem partes veniunt. *l. 2. § 2. de except. § 1. & ſeqq. Inſt. de replicat.* Licet in Camera Imperiali in dilatoriis ultra duplicationem: In peremptoriis vero ultra triplicationem non procedatur. *Ord. Cam p. 3. tit. 22. §* wo aber *& tit. 29. in fin.* Quod ſecutus eſt ſapientiſſimus Princeps Auguſtus, Elect. &

Dux Saxo: in ſuis conſtitutionibus provin-
cialibus Sax. p. 1. tit. 18. Vnde ibidem ho-
die Conſtitutione confirmata in dilatoriis
ultra duplicationem, in peremptoriis ultra
triplicationem, hoc jure procedere non
poſſunt, neque debent.

51. Cæterum iſtis obligationibus, qui-
factum perſonale promittitur, fruſtra atque
inutiliter accedit fidejuſſor maſculis, niſi ſit
fæmina. Quia vir Maſculus fidejuſſor ad
pœnam corporalem hoc in paſſu juris obli-
gare ſe non poteſt. *Argum. lib. 13. ff. lib.
Aquil*, Et quamvis alias de jure civili Ro-
mano Germanico fœmina fidejuſſor eſſe
non poteſt, authoritate Senatusconſulti
Vellejani, tamen hoc jure, quo nos utimur,
licite admittitur. *tot. tit. ff. & Cod. ad
Senatusconſultum Vellejan l. 3. ff. de Fi-
dejuſſor. Gometz. 2. Var. reſul. 13. n. 3.*

52. Sunt enim omnes actiones in hac ma-
teria uſque adeo perſonales, ut neque hære-
dibus competant, neque in hæredes conce-
dantur. Quia perſonalia officia & pacta
perſonam non egrediuntur, neque ad alium
tranſeunt. *lib. indem in duobus § perſonale
ff. de pactis.*

53. In hiſce actionibus contra naturā alia-
rum actionum expedit, potius perſonæ, vi-
delicet Mulieri, quàm Rei incumbere, ſive,
ut Pandectæ Florentinæ habent, incubare
con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

contra Brocardicam juris: Melius eſt incumbere rei, quam perſonæ. *l. 15. quiſ deſtinavit ff. de rei vind.*

54. Ab hac porro actione, ſicut à cæteris omnibus, quis non aliter liberatur, niſi ſolutione & repræſentatione ejus, quod debetur. *l. 54. ff. de ſolut.* Tamen noſtro jure quo utimur humanitatis gratia, ex æquitate ſolemus debitori valetudinario, aliquid ſpacii concedere: In locis, ubi jus Cæſareum viget, tempus quatuor menſium concedimus, *l. 2. & 3. Cod. de uſur. rei jud. Coler. de proceſſ. exec. p. 3. cap. 6. n. 278.*

55. In hac re uxoria Novatione, delegatione, compenſatione, oblatione, & ſimilibus modis, quidem civiliter, ſed non naturaliter quis obligatur, *l. 2. & 3. Cod. de Novat. l. 2. Cod. de legat. l. 5. ff. de Acceptilat.* Si vero certo loco debitnm compenſetur, ratio habetur utilitatis loci, *l. 15. ff. de compenſat. l. 2. § ult. ff. Quod cert. loc. Medicep. 1. quæſt. 7.*

56. Aliud vero pro alio, invitæ creditrici Mulieri ſolvi non poteſt. *l. 9. § 3. ff. de pignor. act. l. 16. Cod. de ſolut. lib. 21. §. ff. de Conſt. pec.* Adeo ut ne precium quidem ſpeciei loco promiſſæ nolenti Mulieri creditrici obtrudi poſſit. *Vult. 1. Iuriſpr. cap. 53.* Niſi aut aliud ſingulari favore cer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

tarum perſonarum vel cauſarum recept[illegible] ſit, *l.* 71. § 2. *ff. de leg.* 1. *lib.* 15. *leg.* 35. § *C. de donat.* Aut res debita ſolui neque, *lib.* 8. *ff. de condict. furt. Coraſ.* 2. *Miſce.* *num.* 8.

57, Maritus, qui rem habet cum anc[illegible] la, non eſt propterea Infamis, cum ea in [illegible] exemplo antiquorum patrum ſe tueri po[illegible] ſit. Quia impoſſibile eſt, quod patres vix[illegible] rint in peccato, quod remitti non poſſi[illegible] vel infamiam importet. Ratio connexio nis eſt: Quia alias patres, qui vixiſſent i[illegible] peccato, quod remitti non poſſit, non fac[illegible] eſſent ſalvi, quod non præſumitur; & fuiſ ſent infames, quod itidem dicendum no[illegible] eſt. *Atqui patres cum ancillis vixerunt* Ergo vivere cum ancillis non eſt peccatum quod remitti non poſſit, vel quod infamian importet.

58. Vnde uxori contra maritum, d[illegible] adulterio accuſatio, expreſſe in jure Civil denegatur. *l.* 1. *Cod. ad Iul. de Adult.* Licet per conſtitutionem Caroli V. uxor contra maritum accuſatio de adulterio ſit permiſſa, ad pœnam corpori infligendam. P. H. O. *Caroli* 5. *c.* 20. Sed de Carolinis Conſtitutionibus in Ariſtocratiâ latis, hic non diſputamus. Quia illarum præfatio ſatis oſtendit, quod liceat adhibere æquitatem, quippe generatim quilibet eſt

legum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

gum ſuarum moderator, interpres & ar-
iter, *l.* 3. *Cod. ex quibus cauſ.*

59. Attamen uxori in jure civili Ro-
nano Germanico, quo nos utimur, de in-
fficioſo querela contra maritum conce-
itur, ſi videlicet maritus.

is in { nocte ad dormiendum & vigilandum,
die in menſa ad edendum,
hebdomede ad perſolvenda debita,
menſe ad cucurbitardum uxori ſenex.

e non ſemper exhibeat. *Novell.* 118. *cap.*1.
§ 4. Quia juxta ſanctionem pontificis
naritus inſuper tenetur uxori, ad redden-
um debitum, & è contra *cap. Tua nos X.*
e Iurejur.

70. In quo judicio maritus & extra-
eus non in ſolidum; ſed in id duntaxat,
uod facere poſſunt, condemnandi ſunt,
3. *ff. de re jud.*

71. Non debet autem uxor ſemper ve-
ire cum ſacco parata, ſed exſpectare En-
huſiaſticos raptus, vel donec tempus jure,
è à marito præfixum, ſit elapſum, *l. uxores*
f. de divortiis.

72. Quid ſi maritus adeo frigidus fue-
it, ut ad officia Virilia omnino ineptus ſit?
latrimonium poſſe diſſolvi ſancti Ponti-
ces ſtatuerunt, *cap.*1. *de frigid. & malef.*
ræſumtio autem ſemper eſt pro potentia
nariti: ideoque recepto juramento ab
traque parte mulieri elapſo triennio, aliæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

nuptiæ conceduntur, & impotenti matri-
monium interdicitur, *cap. laudabilem &
cap. fin. X. de frigid. d. cap. 1. de frigid. &
malef.*

73. Cæterum ſi fœminæ inſtrumentum
ita ſit obſeratum, ut à marito aperiri non
poſſit vel potuerit? Pontifices quoque di-
vortium, ſi toto triennio medicatio tenta-
ta fuerit, permiſerunt *cap. 2. & 3. X. de
malef. & frig. c. propoſuiſti X. de probat.*
proceſſum, & quod ocularis inſpectio ad
Chirurgos & Medicos pertineat, explicat
& atteſtatur *Ioach. à Beuſt. tr. de matrim.
fol. mihi* 105.

74. Sed ſi fœmina poſtea inveniat ali-
quem, qui ſeras hujuſmodi reſerarit, poteſt
de integro matrimonium reſtaurari. *Quia
ceſſante cauſa divortii, ceſſat effectus.* Id
eſt ipſum divortium, *l. adigere § quamvis
ff. de jure patr.*

75. Quod ſi vero uxor apta ſit ad viriles
amplexus, & maritus pecunia inſtructus, ac
cum pleno ſacco domum revertatur, neque
uxor ullam moram facere, vel ut horis ca-
nonicalibus, matutinalibus precibus inter-
ſit, jejunet, vel elemoſynam indigenti
prius faciat, marito perſuadere debet. Quia
in cauſis ſummariis in continenti abſque
ſtrepitu judicii de ſimplici & plano proce-
dendum eſt, *Zang. tr. de except. cap. 2. n. 5*

76. Hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

76. Hic in rei uxoriæ cauſa omnes ſervitutes perſonales cenſentur, quæ à perſona perſonæ debentur. Eſt autem ſervitus hic jus in muliere, alii conſtitutum, jus domini mariti minuens, alterius augendi ſive oblectandi cauſa § 1. *Inſt. de reb. corp.*

77. Veluti eſt jus: Vt vicinus onera vicini ſuſtineat, ut tignum in mulieris parietem immittat, flumen & ſtillicidium mulieris recipiat, *l.* 33. *de ſervit. urban.*

78. Item, ut Mulieris Ciſternam aperiat, iter, actum, viam, aquæductum & hauſtum, pecoris ad aquam appulſum, ut præſtet jus paſcendi arenam fodiendi *pr. Inſt. de ſervit. Ruſtic.* Quia ſervitute conſtituta & conceſſa omnia una conceſſa eſſe intelliguntur, ſine quibus ſervitute uti rectè non poſſumus.

79. In quibus omnibus Patientia pro præſtatione habetur. 1. *Quia omnes* HANREIHI *ſunt patientes.* 2. *Quia in harum mulierum ſervitutum conſtitutione pro poſſeſſione uſus intervenerit, & Patientia mariti pro traditione eſt. lib. ult. ff. de ſervitut.*

80. In hac materia rei uxoriæ, jure conſuetudinario, omnes omnino teſtamentariæ diſpoſitiones ceſſant. Quia in hac materia locum tantum habent actus nocturni, qui fiunt inter vivos, *l.* 21. *ff. de Teſtam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

81. In eadem hac materia poſſeſſio quidem animo & corpore acquiritur, ſed ſolo corpore amittitur, nempe cum deſierimus mulieri adhærere, *lib. un. Cod. uti poſſidetis.*

82. Poſſidere autem mulieres, non niſi per noſmetipſos, poſſumus corpore & animo noſtro conjunctim, *l. 1. lib. 32. § 1. ff. de acquir. poſſeſ.*

83. Vnde qui jure familiaritatis uxoris ſundum ingreditur, non videtur poſſidere, *l. 41. ff. de acquir. poſſ.* Sicut nec ille, qui ex primo decreto in poſſeſſionem fundi mulieris miſſus eſt, in poſſeſſione revera eſt, *lib. 3. § 8. ff. uti poſſidetis.* Quia jure poſſidere & in poſſeſſione eſſe differunt. Ratio ejus eſt: Quia aliud eſt habere jus ad rem: Aliud habere rem in re. Sic & ſponſus ante nuptias habet quidem jus ad ren, videlicet ſponſam, ſed non ſtatim rem in re. In nuptiis vero non ſolum habet jus ad rem, ſed rem in re, videlicet ſponſa.

84. Eſt autem plenum humanitatis interdictum; Ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus eſt, *l. 6. Cod. unde vi.*

85. Neque tamen prohibemus Novi Operis Nunciatione uti, & cautionem de damno infecto exigere, ut videlicet ab opere nobis nocituro, deſiſtat, *lib. § 1. ff. de Nov. oper. Nunc.* Si quid autem operis jam factum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

factum eſt quod fieri non debuit, ceſſat hoc edictum, & locum habet interdictum, quod vi aut clam *d. l. 1. ff. de Nov. oper. nunc.*

86. Prima autem cauſa acquirendæ poſſeſſionis, & dominii in hoc paſſu juris eſt aſpectus, quem ſequitur colloquium, deinde oſculum, poſt actus, & contrectatio, ac deinde ea, quæ eſt poſtrema lima & rima, quæ plenum dominium & poſſeſſionem parit, juxta verſus:

Poſt viſum, riſum, poſt riſum, venit in uſum:
Poſt uſum, tactus, poſt tactum, venit in actum:
Poſt actum, fructus, poſt fructum, pœnitet acti.

Item per lignorum inciſionem in januam mulieris *l. 7. §. 12. ff. ſolut. matrim.*

87. Cui proxima cauſa acquirendæ poſſeſſionis eſt, clavium cubiculi, domus, horti, poſtici traditio, quæ clavium traditio in mariti præſentia tuto fieri non poteſt, quemadmodum de jure requiritur, ideoque in abſentia mariti ut fiat, tutiſſimum eſt *l. 74. ff. de contr. empt.*

88. Vxor à marito domo expulſa, ut ſæpe fit, primo occupanti conceditur, & poteſt pro derelicto poſſideri, *l. 15. ff. de acquir. rer. dom.* Quia omnes res pro derelicto habitæ, ſtatim derelinquentis eſſe deſinunt, & primo occupanti conceduntur, § 47. *Inſt. de rer. diviſ. l. 2. § 1. ff. pro derelict.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

89. Sed quid juris, ſi uxor maritum domo expellat, & negotiorum geſtorem interim domo retineat, quod ſæpiſſime Mulieres Hanſiaticæ practicantur? *Reſp.* 1. Maritus uxorem adulteram criminaliter ad pœnam infligendam accuſare poteſt. *lib. Quamvis Cod. ad l. Iul. Majeſt.* 2. Poteſt agere civiliter contra uxorem coram officiali principis, vel judice Eccleſiaſtico ad divortium faciendum *cap. porro X. de divort.* Et ſi notorium adulterium, uxorem domo expellere poteſt, *c. fin. X. de adult.* Si vero adulterium non notorium eſt, vir ad cohabitationem non compellitur, ſed cum probatione ſua admittitur, quæ ab ipſo nullo modo malitioſe, in præjudicium mulieris differenda eſt.

90. Quod ſi uxor ſponte extra mariti domum pernoctaverit, ſi animum reverendi habet, non videtur divertiſſe. *l. 3. in fin. ff. de rer. diviſ.* Quia idem jus eſt in transfugis, *l. 3. § ult. ff. ad L. Corneliam.*

91. Et ſi amiſſam uxorem maritus recuperaverit, nulla ipſi in eum, qui Vxorem receperat, actio competit. Quia officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum *lib. ſed & ſi quis ff. Quemadm. teſtam. aper.* Inprimis ſi Clericus amiſſam uxorem receperit. Quia ille non ex mala intentione ſed cauſa imprimendæ benedictionis illam recepiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

cepiſſe cenſetur. *cap. dictum eſt 1. quæſtionem 1.*

92. Fœminarum uſucapionem, exemplo rerum mobilium triennio parari poſſe, arbitramur, § 1. *Inſt. de uſucap. cap. 16. quæſt. 93.*

93. In Agaſonem, cujus Aſinus rugitu ſuo Priapi cum Laide Nympha luſum interturbat, actionem ſi quadrupes pauperiem fecisſe dicatur, concedendam eſſe putamus, *l, 2. ff. ad l. Aquiliam.*

94. Merito levem caſtigationem marito in malam uxorem jura permittunt. Nos autem nullam modicam in malam uxorem, caſtigationem, ſed talem ſequentam potius concedimus, videlicet, ut malam uxorem maritus aut non attingat, aut ita verberet, ut vix vivere poſſit, vel utrumque omittat. Quia alias ſuſpicio veneni per omnem vitam hæret. §. *ſed hoc tempore Inſt. de his, qui ſunt ſui.* De exceſſu tamen maritus arbitrio judicis punitur. *Menoch. 2. arb. jud. caſ. 36. 4. n. 13.*

95. Quærenti quâ actione conveniatur nova nupta, quæ prima nuptiarum nocte ſponſum admittere nolens, uſque adeo cruciavit, ut mane mortuus in lecto inventus ſit, quod accidit ſponſo AL. Reſpondi ſecundum ea quæ proponerentur, ex maleficio teneri, *l. 15. ff. ad l. Cornel. de ſic ar.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Quod tamen reſtrictioneın doli mali requirit, *VVeſemb. in parat. tit. ad l. Cornel. n.* 12. Licet Pontifex Romanus, ſponſum cum ſponſa, ob reverentiam benedictionis & Monachi illos copulantis, prima nocte in virginitate permanere jubeat & ſtatuat, *cap. ſponſus. diſtinct.* 23.

96. Rogatus contra: quâ actione ſubveniatur mulieri, nimiam libidinem mariti accuſare volenti: Reſpondi, cum jura conſtituta ſunt in iis ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, non in iis, quæ ἐκ παραλόγου, illi extraordinario remedio ſuccurrendum, & maritum ad ancillas remittendum eſſe. Quia jura de raro iſtis contingentibus non conſtituuntur, *l. ex his ff. de legibus.*

97. Quandoquidem alias verſiculi vulgares Knüddelhardi in hoc paſſu juris extant:

Gallus Gallinis terquinis ſufficit Unus:
Aſt non quinque Viri *ſufficiunt* Mulieri.

98. Vnde judices in cauſa tali ambigua olim reſpondebant SIBI NON LIQVERE. *l.* 13. §. *ult. ff. de Arb. l.* 36. *ff. de re jud. Alcon. pæd. in divin. Agell.* 14. *noct. Attic.* 2. *Briſſon.* 10. *de verb. ſignif.*

99. Fallunt igitur & falluntur, qui Mulieres homines eſſe negant, vel imperfectionis arguunt, vide Iulium Scaliger. exercitat. 274. contra Iacob. Cujatium Italum *obſ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

obſ. 6. cap. 21. Vbi Iuriſconſultis Mulierem hominem eſſe negat, *per l. Si quis* 38. *§. abortionis, ibi Mulier, aut homo ff. de pœnis.* Quod refellit *l. hominis* 152, *ff. de V. Sig. ubi Gœdd. l.* 1. *ff. de V. S. l.* 3. *§* 1. *ff. de lib. hom. ex h. l.* 3. *§* 1. *ff. unde legit. l.* 2. *ff. de ſtat. hom. l.* 1. *§.* 1. *ff. ad l. Com. arg. maximum vitium Cod. de lib. præt. & ratio eſt.* Quia in d. §. abortionis, Mulier & homo non opponuntur adverſè, ſed relativè. Quia Iuriſconſultus conjunctim dixerat de poculo abortionis & amatorio: ſi illo mulier, hoc homo, ſive maſculus, ſive fœmina perierit, ideoque dicta lex ſi quis 38. §. qui abortionis ff. de pœnis, nihil ad Cujatii opinionem ſtabiliendam facit. Quia verba Mulier aut homo debent referri ad præcedentia, quaſi dicat Iuriſconſultus: Nihil refert, perierit Mulier, an abortierit. Et ſexus ratio dum ignoratur, quo ad abortionem (quiâ dum Embrio in utero eſt, non intelligi poteſt, neque nobis conſtat, an Maſculus an fœmina ſit.) Ergo Iuriſconſultus in textu lib. 38. ff. de pœnis adpoſuit generale verbum, Homo, jam homo in ſe conſideratus intelligitur ex capite naturali, adeoque ſexus ratione, & marem & fœminam complectitur, *l. hominR* 125. *ff. de V. ſignif. l.* 1. *§* 1. *ff. de lib. hom. exhib. Vult.* 1. *Iuriſpr.* 4.

Goëd.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Goëd. l. 1. ff. de V. S. n. 32. Alciat. 7. Par. 7. Abutitur ergo Cujatius hoc textu l. 38, ff, de pœnis : Quia Iuriſconſultus ibdem de duplici caſu agit, primo ponit caſum : ſi quis poculum amatorium dederit mulieri, quâ pœna reus afficiendus ſit? & reſpondetur, ſi dolo fecerit, & mulier aut homo, id eſt Embrio qui in utero eſt, non perierit, ſi humilior perſona ſit, in metallum damnetur, honeſtior in Inſulam, amiſſa parte, bonorum relegetur. In ſecundo caſu quæritur : Quid ſi mulier aut homo, id eſt, Embrio perierit? Reſpondet Iuriſconſultus, tunc ſummo ſupplicio adficiatur. Quia de Embrione nihil certi nobis conſtare poteſt, an mas ſit an fœmina, ut antea dictum eſt. Ratio eſt : quia Iuriſconſultus loquitur de poculo abortionis. Si igitur homo, id eſt, Embrio fuit, ergo vixit in utero. Iam de Embrione conſtare non poteſt, an Mas ſit vel fœmina, ergo dum Iuriſconſultus in textu hominis generaliter mentionem facit, & de Embrione loquitur, & marem & fœminam complexus eſt, *d. l. 1. ff. de lib. hom. exhib.* Et ſic textus d. l. 36. ff. de pœnis contra Cujacium noſtram ſententiam, videlicet, quod mulier ſit, & maneat homo in omnem æternitatem, confirmat. Neque Philoſophis adſiſtimus, dum mulierem fœminam minus hominem eſſe

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

conſtituunt, ut pote Platoni, qui dubitat, an mulieres monſtris ſint annumerandæ? Neque Ariſtoteli, qui mulierem monſtris annumerat. Neque Ciceroni, qui virum magis perfectum eſſe, quam mulierem fœminam ſtatuit. *Clem. Alex.* 1. *Pædag. c.* 4. Quia nihil horum inter literatos noſtri ſeculi receptum eſt, nam æque mulier perfectus homo eſt, ac vir maſculus perfectus homo dicitur. Quia licet Ariſtoteles ex eo dubitet, quod aliquid mulieri deficiat in ratione: tamen certum eſt, quod hæc Ariſtotetis ratio ſit nullius momenti. Quia ipſe Ariſtoteles concedit, quod hominem conſtituant anima rationalis & corpus. Ergo data anima rationali & corpore, datur perfectus homo, etiam in fœmina muliere. Et mulieres noſtras hodie (DEO ſit laus & gloria) plus lucis & rationis habere, imo æque rationales eſſe, ac ipſum philoſophorum Ariſtotelem. Diva Eliſabetha Angliæ, Franciæ & Hyberniæ Regina, quondam P M. potentiſſima, Eliſabetha VVeſtonia nobiliſſima. Iohanna Otthonica fœmina Flandriæ ſapientiſſ. & infinitæ aliæ noſtræ ætatis mulieres notiorum faciunt. Vnde & mulieres quandoque & virtutis Heroicæ & ſceptri ſive regni capaces eſſe, ipſe Plato præceptor Ariſtotelis ſibi ipſi contrarius *l.* 5. *de Republ* atteſtatur, *V. Cornel. Tacit.* 4. & 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

& 6. *annal.* item de moribus Germanorum *Franciſc. Picolomin. in Philoſoph. mor. grad. 6. cap. 10. Lipſium 2. Polit. 3. contra Iohannem Bodinum in Method. c. 6. & 6. de Republ. 5. Forcat. in Necyom. dialog. 2. num. 2.* Et nunc cum illo Proſperi in Epigram. concludimus :

Non decertanti nulla eſt ſperanda Corona.
Palam qua capitur Gloria, Finis habet.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

IVCVNDA
De
OSCULIS
Diſſertatio hiſtorica, Philologica.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

VEtus eſt Verbum: *Arcum nimium intenſum facile frangi:* Quod ad ſtudiorum rationem veteres mihi recte transtuliſſe atque accommodaſſe videntur, Veriſſimum quippe eſt ingenii vires aſſidua lectione obrui, meditationibus debilitari, exercitiisque frangi. Hinc in Academiis ſcholisve non raro videas multo feliciores in ſtudiis progreſſus facere eos, qui curis ſuis gaudia interponunt, quibusque ludus & jocus ſtudiorum & rerum ſeriarum quandoque relaxatio eſt, præ illis, qui continuo libris hærent affixi, neque inediæ parcentes neque vigiliis. Multos novi paraphrenitida, alios κακοστομαχίαν aut phtiſin hac ſtudiorum intemperantia contraxiſſe. ἀνάπαυσις δ', ut Pindarus ait, ἐν παντὶ γλυκεῖα ἔργῳ. Hanc qui amant, aut poeſin exercent, aut hiſtorias evolvunt, aut Muſica ſe oblectant, aut gymnaſticam tractant, aut deambulationibus & colloquiis ſeſe recreant, adeoque

——— *trahit ſua quemque voluptas.*

Mihi illud Ioannis Poſthii placet:

Non juvat aſsidue libros tractare ſeveros
Bartole ſive tuos, ſive Galene tuos:

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Sed libet ad dulces etiam deſcēdere luſus,
Atque animum Doctis exhilare IOCIS.

Illorum proinde ingenia, qui rebus ludicris, ridiculis, paradoxis atque abjectis laudandis & commendandis tempus feſellerunt, amo magnique facio. Ceu fecere Archippus, qui aſini umbram. Paſſeratius, qui aſinum ipſum, Glaucus qui injuſticiam, Polycrates & Iſocrates, qui Buſiridem, Huttenus, qui febrem, Phavorinus qui Therſiten & quartanam, Maro, qui culicem, Catullus, qui paſſerem, Ovidius, qui nucem Diocles, qui rapam, Dio Pruſæus Philoſophus, qui pſitacum, Syneſius, qui calvitiem, Lucianus, qui vitam paraſiticam & muſcam, Libanius, qui bovem, Mirandula, qui barbariem, Cælius Calcagnius, qui pulicem, Eraſmus, qui μωρίαν, Pirck haimerus, qui podagram, Majoragius, qui lutum, Pierius, qui paupertatem Poeticam, Salerius & Hegedorpius, qui ebrietatem, Heinſius, qui pediculum, alii, qui ejuſdem farinæ alia encomiis ornarunt & illuſtrarunt. *Th. Lans. in Or. contr. Polon. p. 613.* Cujus generis ſcripta in vernacula noſtra extant, **der Froſchmeuſeler** / (cujus auctor eſt G. Rollenhagius, qui exemplo Homeri βατραχομυομαχίαν inſtruxit) **der Römiſche Bienenkorb** / (cujus auctor eſt Philippus Marnixius S. Aldegondius, qui Apiarium Romanum

primo

primo Belgice concepit ac edidit anno 1571. quo tempore crudeliſſime in viſcera Belgicæ ſæviebat Albanus. Poſtea Ioannes Fiſchartus, dictus Mentzer IC. feſtiviſſimi vir ingenii ex Belgico idiomate in noſtrum Teutonicum transtulit, quæque minori litera ſunt expreſſa de ſuo adjecit, vel potius, ut apparet ex Henr. Stephani Gallico libro, qui inſcribitur : Traicté preparatif à L. Apologie pour Herodote, mutuatus eſt. *Matth. Bernegger de Idol. Lauret. c. 2. p. 22.*) **der Reinicke Fuchs / der Landſturtzer / die Schelmenzunfft / das Narrenſchiff /** & complura alia, quæ prima quidem fronte meras nugas præ ſe ferunt, in receſſu tamen non parum ad civilem prudentiam, morum emendationem, vanæque ſuperſtitionis demonſtrationem, momenti afferunt.

Ego ingenii reficiendi ergò Oſculorum mihi ſumpſi Theorian, praxin aliis, quibus & tempus, & ſumptus & favor chori Puellarum eſt, relinquens. Prius vero quam ad argumenti tractationem accedam, duo mihi præmonenda video. Procul dubio namque Catones quidam erunt atque Stoici, qui dicam mihi ſcribent, quod Iuventuti, quæ alias ad vitia prona eſt, faces accendam amoris, eamque præceptis inſtruam. His reſpondeo, artem amatoriam nunquam me vel didiciſſe vel exercuiſſe,

proin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

proindeque tantum abeſt, ut cuiquam offendiculo eſſe voluerim, ut potius ſperaverim quoſdam amore hiſtoriarum & Philologias, quæ certe ſtudiorum graviorum jucundum eſt condimentum, hac occaſione accenſum iri. Oſcula impudica & luxurioſa non probo, quin potius pœna digna cenſeo. Ergo ut floriferis apes in ſaltib. omnia libant, illa vero quæ dulcedinem vimque mellificam habent, ſolum attrahunt: In venenatis contra animalibus, quidquid ea ſugunt, quidquid guſtant, in venenum vertitur. Ita cuicunque honeſtas cordi eſt, is omnia in melius interpretabitur, & de minus ſeriis dextre judicabit. Heterocliti qui ſunt, cum optime etiam cogitata dictaque invertere, inque deteriorem partem rapere ſoleant, quis curabit, ſi malitiæ ſuæ hinc ſumant augmentũ? Hoc primum. Alterum monitum eſt, ne Lector exquiſitum hic genus expectet orationis. In rebus utplurimum occupor jocoſis, in quibus moleſtum foret de verbis operoſe laborare: Quod ſi quis forte urgeat: Tanti ergo nugas has non eſſe quæ in publicum protrudi debeant. Huic equidem aſſentior: Verum animus ἀντίδωρον meditabatur illis, qui multis & maximis me affecere beneficiis: qui cum vitæ morumque elegantiæ ſtudioſiſſimi ſint, materiam inſtituto meo vix

potui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

potui invenire aptiorem. Quod ſi ergo illis animi mei affectionem ac gratitudinem probavero: æquam etiam à te, Lector benevole, cenſuram peto atque expecto. Commode vero diſſertatio hæc De Oſculis in ſeptendecim mebra ſive ſectiones mihi tribui poſſe videtur: Quarum I. agat De Oſculi verbo ejusque ſynonymis, tum phraſibus quibuſdam ambiguis. II. De Oſculis divinis & religioſis. III. de Oſculo Pontificis. IV. De Oſculis Regum & principum, quod civibus ferebant. V. De Oſculo ſubditorum, quo ſuperioribus & magiſtratibus reverentiam exhibebant. VI. De oſculatione manuum, frontis, oculorum. VII. De oſculis genuum & pedum. VIII. De aſſentatorio more Italorum, Gallorum & Hiſpanorum, oſculandi manus vel pedes. IX. De oſculis propinquorum X. De pœnis oſculorum variis. XI De oſculis, quæ Parentes liberis figebant. XII. De oſculis quæ liberi Parentibus. XIII. De oſculis quæ uxores maritis. XIV. De oſculis quæ mariti uxoribus. XV. De oſculis fratrum, affinium & aliorum propinquorum. XVI. De oſculis officioſis XVII. & Et ultima ſectio, de ſuaviis ſive oſculis amoris,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Primum ergo Oſculum Varro *in lib. d vit. Pop. Rom. apud Non. Marcell. & lib. 5 de ling. lat. p. 59* ab ore derivat. Quanquam improprie oſculum etiam columbis tribuatur, quibus non os ſed roſtrum eſt, quando hiſtoricus ait: (*lib. 1. hiſt. c. 15.*) Maſculum columbarum non prius feminam inire, quam oſculum illi dederit. Non enim admittunt feminæ marium commercium ſi vacuum ſit oſculo. Verba cognata ſunt, baſium & ſuavium: inter quæ Donatus vetus Terentii interpres hoc facit diſcrimen, ut oſcula ſint officiorum. baſia pudicorum affectuum: ſuavia libidinum vel amorum. Quibus cum ferè conveniunt gloſſaria vetera H. Stephani, quando baſium interpretatur φίλημα ἐρωτικὸν. Et φιλητὴν, baſiatorem, amatorem. At ſuavium (quod à ſuavitate quidam dictum volunt, alii tamen ſavium ſcribunt) φίλημα ἑταιρικόν. Conſentit etiam Servius ad illa 1. Æneid.

Olli ſubridens hominum ſator atque Deorum,
Vultum quo cœlum tempeſtatesque ſerenat.
Oſcula libavit natæ) Sciendum eſt, inquit, Oſculum religionis eſſe: ſuavium voluptatis. Vt alib: Summaque per galeam delibans oſcula. Et Terentius: O Thais mea, meum ſuavium, &c. Sed hoc diſcrimen fere negligitur & promiſcue hæc omnia

uno

uno oſculi verbo denotantur *C. Ritterſh. in part. feud. lib.2.cap.5.q.95.pag.439.*

Verbis hiſce ſimplicibus unam atque alteram in hoc oſculorum luſu probatis auctoribus uſitatam Phraſin ſubjungo, de quarum vi & genuina interpretatione non uſque quaque inter doctos convenit. Vt quando Pater Latinitatis Plautus *Curcul. act.1. ſc.3. ſub Perſona Planeſii ad Phædromum :* Tene etiam, ait, priuſquam hinc abeo ſavium &c. ubi Lambinus minus latinum cenſet, ſuavium tenere, reponit ergo, tollere : Quod vice verſa præ altero merum rus, imo pus videtur Taubmanno, ſuam ſententiam ſuffragio Piſtoris confirmanti, qui ſavium tenere oſculum accipere, non oſculari interpretatur. Quamquam inter dare ſive ferre ſavium & accipere reipſa parum intereſſe videatur ſeculi noſtri Martiali Io. Ovveno, qui ita in Phyllida ludit: *lib.1.ep.25.*

Baſia Phylli aliis dare non vis : at data ſumis :
Nimirum ſcis hæc accipiendo dari :

Alter Plauti locus in milite glor. *act. 2. ſc. 1.* Itaque hic meretrices labiis dum ductant eum, Majorem partem videas valgis ſuaviis &c. magis torſit Latinitatis vindices. Plerique inter quos Scaliger, Douza & Gruterus, Comicum ſuavia pro ore poſuiſſe volunt, quod Poetis haud eſt infrequens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Plauto Rudent.*act*.2.*ſc*.4. Tum quæ indoles in ſuavio eſt. Virgilio in Iamb. Os uſque lambis ſuaviis, id eſt, more canum, qui aliquid ligurierunt, labra etiamnum lambis. Gellio *lib*.19.*noct*.*c*.11.Dum ſemihulco ſuavio. Meum puellum ſuavior. Turnebus *lib*.7.*adv*.*c*.6.& *lib*.1.*c*.18. quem ſequitur Lambinus, Plautum ita accipit, q.d. Meretrices dum Glorioſum militem ductabant atque captabant, per illuſionem inter Oſculandum os obterſiſſe, valgumque reddidiſſe, eum ex animo non baſiantes atque ludificantes. Quod oſculi genus Græci στρεπτὸν φίλημα vocant. Heſychius στρεπτὸν, φιλήματι ποιὸν σκολιόν. Quæ Lambini & Turnebi ſententia non probatur Iano Douzæ *lib*.1.*præcid*.*c*.12. qui Plautum non de valgis inter baſiandum militem à meretricum turba per irriſum conformatis, ſed de poſticis ſannis intelligit ſine baſiatione: quib. faſtidioſæ illæ militem abſentem ſeu præſentem etiam, ſed adverſum tamen, atque à tergo illudebant. Ita ut ſuaviis ſubſannare nihil aliud ſit quam labiis ductare. Peculiaris vero eſt Acidalii interpretatio, qui laudat quidem ſuavia pro labiis accipi: recte item ductationem labiorum pro contumelioſa non baſiatione: ſed minus recte valga ſuavia pro ipſa oris inter ſubſannandum obtortione haberi autumat. Quin hanc eſſe

Plauti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Plauti mentem : inde adeo quod meretrices militem glorioſum aſſidue labiis ductaverint, valga ſuavia ſive ora prave diſtorta eas ſibi feciſſe, ut maxima earum pars ex contemnifica iſta obtortione jam valga ſuavia gerat. Eadem phraſi utitur etiam Petronius, quando ait : Quartilla commovebat valgiter labra & me tanquam furtivis oſculis (Turnebus legit oculis) ſubinde verberabat. Hæc fere habeo à F. Taubmanno, cui hoc didactron laudis libenter perſolvo, ingenui quippe viri eſt fateri per quem profeceris, Plinio monente. Lectoris erit arbitrii, cui harum conjecturarum album velit adjicere calculum.

SECTIO II.

Oſculorum alia ſunt divina, ſive religioſa, alia humana. Ad divina referre locum placet Pſalmiſtæ : *Pſalm*.2. *v*.10.11. & 21. Et nunc Reges intelligite : erudimini qui judicatis terram, ſervite Domino in timore, & exultate ei cum tremore, Apprehendite diſciplinam, OSCVLAMINI FILIVM. Quorum verborum verum procul dubio intellectum acceptum refero inſigni Theologo Ioanni Gerhardo, qui cum *in tr. de mag. pol. membr*.1. *n*.166. *p*.812. *ad aſſerendum*, Ad magiſtratum pertinere curam religionis : primo adduxiſſet mandatum di-

 vinum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

vinum de Iure Regis. *Deute.*17.*v.*18. Poſtquam ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis hujus in volumine: accipiens exemplar à ſacerdotibus Leviticæ tribus. Et habebit ſecum legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, ut diſcat timere Dominum Devm ſuum, & cuſtodire verba & cermonias ejus, quæ in lege præcepta ſunt. Eique ſuperiora verba Regis Davidis conjunxiſſet: hanc cum ſuam, tum aliorum Theologorum ſubjicit exegeſin: Particula & nunc, hanc cohortationem ad Reges factam eo modo connectit, quòd conſiderata Regni Chriſti divina ſtabilitione & confirmatione non debeant conatu prorſus irrito & fruſtraneo illud amplius oppugnare, ſed Evangelium hujus Regni amplecti, doctrinæ Chriſti in ſuis regnis & provinciis locum dare, ejus propagationem promovere, & hac ratione filium oſculari. *Petr. Galatin. lib.*3. *de Arcan. Cathol. verit. c.*6. ex Midias Tehillim talem affert expoſitionem: Quid ſonat illud oſculamini filium? Simile eſt cuidam Regi, qui contra filios ſeu incolas civitatis indignatus eſt. Iverunt ergo cives & ſupplices facti Filio Regis, petiverunt, ut ſua interceſſione patrem ſibi reconciliaret. Abiit filius & placavit ſubditis patrem ſuum. Acceſſerunt poſtea cives regem ſibi reconciliatum, ut gratias agerent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

rent: Quibus Rex dixit: Mihi ne gratias agetis? Quin abite potius & filio gratias agite, cujus interceſſione vitam & omnia veſtra debetis, niſi enim ille medius interveniſſet, actum de vobis eſſet. Sanctes Pagnin. in Lexico allegat verba R. Aben Ezræ: Servite Domino reſpectu domini, oſculamini filium reſpectu Meſſiæ. Et addit in India morem fuiſſe, ut ſubditi Regem deoſcularentur: Sicut & Samuel Saulem Regem noviter electum deoſculatur. 1. *Sam*.10. *v*. 1. Quod apud nos quoque hodie in conferendis dignitatibus uſu venit. Nam Archiepiſcopus Regem Romanorum oſculatur, Proceribus idem facientibus. *Sleidan. de ſtat. relig. lib*.19.*p*. 348. Nec non in creatione doctorum inter ceremonias & ritus ſolennes numeratur, Cathedra, biretum, liber, annulus, benedictio, oſculum, *ut not. gl. ad Clement. de magiſtr.* Quorum quædam, nempe Cathedram, librum, biretum, annulum aureum dicunt Dd. ſubſtantialia & neceſſaria & quæ omitti non poſſunt. Sed ait additionator ad Guid. Pap. *q*. 288. *de Advocat. & Dd.* quod traditio annuli, Oſculum & benedictio, non ſunt de ſubſtantia: quia, ut inquit Dn. Baldus, mulieres oſculantur, deſponſantur & benedicuntur, & tamen non doctorantur. *Thom. Lans. comment. de Acad. Lic. M.p.*71. *Ge-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

neſ. 41. *v*. 40. Super os tuum oſculabitur omnis populus. LXX. ὑπακούσεται. Hieron. ad Tui oris imperium cunctus populus obediet. Quando igitur Reges jubentur oſculari filium, intelligitur non tam oſcululum amoris, quam honoris, reverentiæ, ſubjectionis, quod hinc Regi ſua ſceptra ſubmittere, ipſique ſervire, & poteſtatem divinitus acceptam ad regni hujus propagationem & defenſionem convertere debeant. Druſ. *in comment. ad difficil. loca Geneſ. c.* 118. *p.* 139. *vid. eund. lib.* 2. *obſ. c.* 16. *& cent.* 1. *miſcel. c.* 60. Inrer genera oſculorum, quæ recenſent Hebræi, eſt oſculum dignitatis ſeu magnitudinis. *Tanchama* 23. 4. ut cum Regem recens creatum oſculo recipimus & admittimus, eique homagium præſtamus, de quo intelligendum illud *Pſ.* 2. *v.* 12. Oſculamini filium. Atque ita verſiculum iſtum etiam Cl. Marotus in paraphraſi ſua reddidit.

Faites hommage au Fils qu'il vous envoie
Que courcouce ne ſoit amere ment.

Sic ergo Dn. Gerhardus concludit: Si Reges & Iudices, quatenus tales domino ſervire ac filium oſculari jubentur, utique etiam illis cura religionis incumbit. Quomodo enim Chriſto ſua poteſtate & officii adminiſtratione ſervirent ſi in religionis negotio quod agerent non haberent? Tunc vero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

vero Chriſto ſerviunt, ipſumque oſculantur, ſi non ipſi ſolum doctrinam Chriſti recipiunt & fide amplectuntur, ſed & poteſtate divinitus ſibi data hoc efficiunt, ut puritas doctrinæ in Eccleſia conſervetur, idololatriæ & falſi cultus aboleantur, lupi ab ovili dominico arceantur, miniſtri Eccleſiæ commode alantur, &c.

Secundo ſacri oſculi veſtigium eſt apud S. Hiobum, qui: Si vidi, inquit, ſolem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, & oſculatus ſum manum meam ore meo; id eſt, ſi ſolem aut Lunam adoraui. Nam ur Hieron. ad Rufinum ſcribit: Qui adorant, ſolent deoſculari manum & capita ſubmittere. D. Lutherus Phraſeis illas Hebraicas ita explicat: Videre ſolem: **Wann mirs glückſelig gieng/hab ich nicht meine frewde darinnen gehabt.** Oſculari manum: **heiſt ſein eigen Werck preiſen/ welchs allein Gott zugehöret**. Adorationi vero oſculatio manuum expreſse jungitur 3. *Reg.* 12. v. 18. Vbi Dominus: Derelinquam mihi in Iſrael ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt incurvata ante Baal, & omne os quod no nadoravit eum oſculans manum. Quæ fere verba repetuntur ab Apoſtolo *ad Rom.* 11, 4. Præterea myſticum oſculum exprimitur *in Cantic. Cant.* c. 1. Oſculetur me oſculo oris ſui quia meliora ſunt ubera tua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

vino, *Et c*, 8. Quis mihi det Te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ, ut inveniam te ſolum foris, & deoſculer te, etiam me nemo deſpiciat. Cujus uberiorem explicationem Theologis relinquo. De manuaria adoratione, de qua ſupra Lipſius notat eam non ſimplicem aut rudem omnino fuiſſe, ſed certa quadam conformatione & geſtu, allegans auctoritatem Apuleii *lib*. 5. Miles in Pſyche: Multi denique civium & advenæ copioſi, inacceſſæ formoſitatis admiratione ſtupidi, & admoventes oribus ſuis dextras, primore digito in erectum pollicem reſidente, ut ipſam prorſum Deam Venerem religioſis adorationibus venerabantur. Qui quidem geſtus nihil abit ab Heſperiorum ritu hodie, qui ex pollice & indice quaſi crucem formantes eam in adoratione & templis deoſculantur. Excepto quod iſti pollicem indici imponunt, Romani contra. Præter oſculationem illam manuum alii etiam paganorum fuere ſacri ritus. Nam & os Diis venerabundi oſculabantur, & manus & pedes. De ore Cicero *in Verrem lib*. 5. Ibi ex ære ſimulacrum ipſius Herculis, quo non facile dixerim me quidquam vidiſſe pulcrius, uſque eo Iudices, ut rictum ejus ac mentum paullo ſit attritius: quod in precibus ac grationibus non ſolum id venerari, ſed etiam oſculari ſolent. Quæ tamen

παρ-

παῤῥησία Deorum oſculandi ora Ethnicis rara, & recepti magis cultus demiſſiores, ut oſcularentur Deorum vel dextras, vel pedes, ut ex Lucretio & Apuleio luculenter probat Iuſtus Lipſius *lib. 2. Elect. c. 6.* Illi vero qui verebantur Deos ipſos ore ſuo profano tangere, eminus ſtantes manum porrigebant, eamque ſtatim verenter ad os referebant & ſuaviabantur. Cujus riſuum referebant & ſuaviabantur. Cujus riſuum frequens apud Plinium, Minutium Felicem, Apuleium, Tacitum, Suetonium, Martialem aliosque melioris notæ ſcriptores mentio eſt. In calamitatibus vero & rebus actis oſcula liminibus etiam templorum data, poſtibus & agris: de qua ſuperſtitione plura apud Lipſium ſæpe laudatum, & Turnebum *lib. 12. adv. c. 4. p. 382.* Quibus addo oſculum terræ ex Plutarcho in Anton: ubi milites Antoniani poſtquam Araxen fluvium tuto ſuperarunt, & in Armenia pedem poſuerunt, ibi vero tanquem è mari terram eam primum conſpexiſſent, oſculati ſolum præ gaudio ſunt, & ad lacrymas mutuosque complexus verſi. Notaque eſt hiſtoria fratrum, qui cum ab Oraculo reſponſum accepiſſent, eum patri in imperio ſucceſſurum, qui Matrem communem primus oſculaturus eſſet, nato eorum minimus, confeſtim vi & mente Oraculi intellecta Terram omnium matrem oſculatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

aſtutiaque ſua fratribus paternum regnum eripit. Addo etiam oſcula religioſa ſive quæ mortis dabantur. Sic Ioſeph ruit ſuper faciem patris mortui, flens & deoſculans eum. *Geneſ*. 50. *v*. 1. Sic Cleopatra tumulum Antonii coronavit ac deoſculata eſt, *Plut. in Ant. p.* 166. Pars militum vulnus Imperatoris Othonis deoſculati ſunt in cadaver incumbentes, pars manus attigerunt, nonnuli facibus in rogum conjectis ſeipſos jugulaverunt, teſte eod. *Plut. in Nthon.* p. 353. Qui & alibi de Panteo refert, *in Cleom. p.* 210. eum forma præſtantem omnibus & ad diſciplinam juvenum aptiſſimum, Cleomenem Regem amaſii loco habuiſſe, ac tum juſſiſſe ita demum mori, ubi ſe & reliquos defunctos videret. Ergo jam omnibus jacentibus circumiens Panteus, pugione ſingulos attigit, explorans an quis fortè lateret vivens. Cum Cleomenes propè talum ab eo ictus vultum obvertiſſet, oſculatus cum juxta aſſedit: jamque exanimatum amplexus, ſeipſum jugulavit; O præclaram amicitiam, quæ non in ſecundis modò, ſed adverſis etiam vera, conſtans & ad mortem uſque perpetua fuit! Cui quam comparem non facile habeo, niſi forte trium Angelorum, qui cum Gallicam peregrinationem ſimul ingreſſi eſſent, & fidelitatem mutuumque auxilium conjuraſ-

ſent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſent, luſtrato ſine ductore Molinii horto Regio (in quo pons ita eſt fabricatus, ut niſi clavo ferreo muniatur, qui illo incedunt, in ſubjectas undas decidant) duobus ex ipſis id evenit, quod cum tertius cerneret, ne non omnis fortunæ comes eſſet, ultro ſecutus in eaſdem aquas valde lutoſas proſiluit. Iod. Sincer. *itin. Gall. p.* 116. Conſtantinum Magn. legimus beatorum martyrum vulnera & cicatrices, quas ſub Maximini tyrannidi acceperant, oſculi devotione affeciſſe, apud Euſeb. *de vit. Conſt. lib.* 1. *c.* 4. Proinde Chriſti etiam vulnera, quæ illuſtriora & & ſplendidiora ſunt ſolis radiis oſculari nos jubet ex *Ioh. Chryſ. Ioach. Beuſt. in expl. evang.* Domin. *Quaſimodog.* Satis de priori oſculorum genere.

SECTIO III.

Inter oſcula humana primo loco eſt Oſculatio pedum Pontificis Romani. Ita enim habet fromula ceremoniarum Papalium: Nemini omnino mortalium Papa reverentiam facit, aſſurgendo manifeſte, aut caput inclinando ſeu detegendo, tantum Romanorum Imperatori, poſtquam illum ſedens ad oſculum pedis & manus ſuſcepit, aliquantulum aſſurgit, adque oſculum mutuo caritatis amplexu illum benigne recipit.

Item: Omnes homines cujuſcunque ſint dignitatis & præeminentiæ, ut primum in conſpectum Papæ veniunt, diſtantibus ſpatiis, ter debent ante illum genua flectere & ejus pedes oſculari, *Th. Lanſ. in Or. pro Ital. p. 696. & 698. & in orat. contr. Ital. p. 754.* Cujus honoris fundum Papicolæ in quodam ſacrarum literarum dicto ponunt: Vultu in terram demiſſo pulverem pedum tuorum lingent. Quod tamen non magis ad perſonam Pontificis Romani referri atque applicari poteſt, quam alia ejuſdem generis, quibus ad hierarchian ſuam probandam ſtabiliendamque ſcelerate abutuntur: Ceu ſunt: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, &c. Tu es illa petra, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, &c. Dedit ei Dominus poteſtatem & regnum, & omnes populi inſervient ei, poteſtas ejus poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus quod non corrumpetur, &c. Super aſpidem & baſiliſcum incedes & conculcabis ora Leonum, *Cyr. Herdeſ. in Cynoſ. Iur. Pontif. p. 5.* Quæ & ſimilia dum Filius perditionis ad ſe trahit, quid aliud quam Pſaphonis agit fabulam, & honorem, in cujus partem Deus neminem ſe admiſſurum juravit, divinum ſibi aſcribit & uſurpat? Neque quidquam ipſum juvat exemplum Chriſti *Luc. 7. v. 38.*

qui tu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

qui tulit,ut mulier,quæ erat in civitate peccatrix, ſibi pedes primum flens lacrymis rigaret, capilliſque tergeret, ac deinde oſcularetur. Nam hunc honorem non quaſi ipſe eo gauderet, admiſit, ſed hac occaſione Phariſæum hoſpitem inſtruere de perſona ſua voluit,cui poteſtas eſſet remittendi peccata. Sic unctionis etiam honore ſe à Maria affici paſſus eſt, non ſui cauſa, ſed diſcipulorum, quibus paſſionis & mortis ſuæ memoriam iſta extrema quaſi unctione inſinuare & refricare voluit, *Matt.* 26. *v.* 6. *Marc.* 14. *v.* 3. *Ioan.* 12. *v.* 2. Quid quod ſi honor & reverentia iſta Chriſto ut ſummo Pontifici & ſacerdoti, magiſtro & Domino competiit, ut certe competiit: ergone fas erit vicario, qui audire vult, diſcipulo & Apoſtolo, eundem ſibi ut vindicet? Chriſtum legimus diſcipulis pedes laviſſe in exemplum humilitatis: nullibi vero extat, Chriſtum vel ſe vel diſcipulos ſuos ab honore magiſtratibus, & cumprimis mundi Monarchæ exhibendo exemiſſe. Hoccine eſt veſtigiis Petri, de cujus ſucceſſione S.S. Patres tantopere gloriantur inſiſtere? qui Cornelium Centurionem ad pedes procidentem ſeque adorantem erexit. *Act.* 10. *v.* 16. Surge inquiens, & ego ipſe homo ſum. O vocem memorabilem atque ſalutarem (exclamat Polidor. Virgil. *de rer. invent,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

vent, c. 13. *lib.* 4. (ſi bene multi hodie ſeſe quoque homines tantum eſſe perpenderent, qui propterea quod ſacerdotio præditi ſint, plane ſe reliquorum mortalium, longe poſt hominum memoriam imperioſiſſimos dominos præbent, non communes patres ut fieri deberet! Tantum vero abeſt, ut oſculatio illa pedum Pontificiorum manſuetudinem Chriſti ſapiat, ut paganum potius ſit inſtitutum, & ab Ethnicorum Pontificibus petitum. Nam, ut Plutarchus teſtatur, ſacerdotibus Romanis nec habere nec petere magiſtratum permittebatur, lictore tamen & ſella curuli utebantur, ut iis deliniti ultra non quærerent: in templis prope januam lecticam habebant, tanquam cuſtodes & refugium, pedes iis reliqui oſculabantur. Hujus diabolicæ Servi Servorum inſolentiæ & ſuperbiæ cum alia in Vaticano extant monumenta, tum inprimis Caroli V. invictiſſ. Imper. quod ad poſteritatis execrationem potius quam felicem memoriam in caſtello S. Angeli marmori inciſum eſt:

E Lybia advenit Romanas victor ad arces
Cæſar, & in niveis aureus ivit equis.
Ille triumphavit, ſed tu plus, Paule, triumphas,
Victor namque tuis oſcula dat pedibus.

Plat. in vit. Paul. 3. Servantiſſimos contra dignitatis ſuæ legimus Bulionum & VVirtenbergenſium Duces. Nam cum Bo-

noniæ, Romæ, ac poſtremo Maſſiliæ Carolus V. Imp. Reges Francorum, ac Navarræ, Duces Allobrogum, Florentinorum, Ferrarienſium, maximus Magiſter Equitum ſacrorum, cum infinita Principum ac nobilium multitudine pedes Pauli III. p. m. oſculati eſſent, illi, quos ſupra nominavi Duces refractarios ſeſe exhibuerunt, neque ad pedes Pontificios ſeſe proſternere atque abjicere voluerunt. Hicque honor non ſolum præſentibus exhibetur Pontificibus, ſed abſentibus etiam per literas. Quod vel ex Caroli IV. Imp. ad Innocentium V. tabulis patet, quibus ſcripſit, ſe quidem Imperarorem à Principibus deſignatum, ſed à Pontifice Romano ſuam creationem ſtabiliri & confirmari, coronam etiam Imperialem inde accipi oportere: quarum principium eſt: Poſt pedum oſcula beatorum. Quæ verba, ſi fides eſt Bodino *lib. 1. de rep. c. 9. p. 216.* in omnibus Imperatorum ad Ronanum Pontificem literis, jam inde à Ludovico Bavaro ad hæc uſque tempora repetita ſunt. Subſcriptio vero literarum Imperatoris eſt hujuſmodi: Ego manus ac pedes veſtræ Sanctitatis deoſculor.

Sectio IV.

Multo modeſtiores Principes & Reges legimus, qui cives honeſtiores oſculis frequen-

quenter impertiti ſunt. S. Sulpitius Galba Icelum concubinum & libertum ſuum de Neronis exitu nunciantem arctiſſimis oſculis palam excepit, *Sueton.in Galb.c.*22. Salvius Ottho mane Galbam ſalutavit, utque conſueverat oſculo exceptus etiam ſacrificanti interfuit. Idem *in Salv.c.*6.amplexuque & oſculo dimiſit amicos ſuos, *ibid.c.*10. Ab eadem comitate Plinius *in paneg.* laudat Trajanum: Gratum erat cunctis, quod Senatum oſculo exciperes, ſicut dimiſſus oſculo fueras. Alexander quoque Magnus ſupplices amplexu & oſculo dignatus eſt. Bodin *l.*1.*de rep. c.*9.*p.*150. eodemque modo Abſalonem favorem populi ſibi conciliaſſe, cum patrium ambiret regnum, ſacra refert hiſtoria 2. *Sam.*15.*v.*5. Et David Rex Barzellai Gileaditam (cujus amplitudo & erga Davidem Regem exulem beneficentia cum in libris Samuelis, tum apud Eſram & Nehemiam egregie commendatur 2.*Sam.*19.*v.*39. *Eſr.*2.*v.*16. *Nehem.*7.*v.*63) necnon Fridericus I. cognomine Barbaroſſa legatos Adriani Pontificis iſto honore excepiſſe legitur apud Gunther. *lib.*7.*v.*191.

Protinus optatæ præſentibus oſcula pacis
Dulciter impendens Papæ Cleroque ſalutem
Innuit & lætos à ſe dimittit in urbem.

Auſterus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Auſterus contra Nero, qui inter alias odii erga Senatum Romanum ſignificationes hanc etiam dedit, quod neque adveniens neque proficiſcens quenquam oſculo impertivit, ac ne reſalutatione quidem teſte Suetonio in Ner. *c.* 37. Quanquam erga alios videtur paulo fuiſſe benignior: Tiridati quippe Armeniæ Regi ſuis genibus advoluto, manuque prehenſo & erecto oſculum infixit. thyaram de capite detraxit, eique diadema circum impoſuit, poſtremo ad dextram ſedere juſſit. *Bodin. lib.* 1. *de rep. c.* 9. *p.* 151. Numidæ Regum alia erat ratio, qui more gentis ſuæ nemini mortalium oſculum ferebant. Quidquid n. in excelſo faſtigio poſitum eſt, humili & trita conſuetudine, quo ſit venerabilius, vacuum eſſe convenit. *Val. Max. lib.* 2. *c.* 1. *in fin.* Ita tamen Princeps mores ſuos temperare poteſt & debet, ne quod rariſſimum eſt, aut facilitas auctoritatem, aut ſeveritas amorem deminuat. *Tacit. in Agric.* Tales ergo Principes erga cives & ſubditos ſeſe exhibuerunt.

Sectio V.

Subditi vere eos viciſſim manuum & pedum oſculatione honoraverunt. De Catone ſcribit Plutarchus: Poſtquam finiit

Cato-

Catonis militia, non votis neque laudationibus, quod tralatitium eſt, eum dimiſere, ſed cum lacrymis multis & complexibus, veſtes pedibus ejus ſubſternentes qua incederet, & manus ejus deoſculantes, quæ paucis omninò Imperatorum ejus ævi Romani tribuebant. *Tacit.* 1. *hiſtor.* Ruere cuncti in caſtra, laudare militum judicium, exoſculari Othonis manum. Et 15. *Annal.* Agere grates diis, genua ipſius advolvi, & dextram oſculis fatigare. Suetonius *in Tib. c.* 72. *p* 218. Chariclem Medicum, quod manum ſibi oſculandi cauſſa apprehendiſſet, exiſtimans tentatas ab eo venas ſibi, remanere ac recumbere hortatus eſt, cœnamque protraxit. Eliſabetham Angliæ Reginam moris erat flexis genibus alloqui, quorum ſupplicium aliquos interdum manu elevabat, & dextram chirotheca detracta annulis & lapidibus pretioſiſſimis ſplendentem porrigebat: Quod clementiæ ſignum ſuo tempore Guilielmo Salvata, L.B. Bohemo exhibitum eſſe, teſtatur P. Hentzner. IC. *in itin. p.* 130. Et quam plurimis gentis noſtræ, qui Majeſtatem Iacobi M. ejuſdem heroicæ indolis filii Caroli, VValliæ Principis, venerabundi Anglicam peregrinationem ſubieruut, contigiſſe memini.

Se-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Sectio VI.

Originem oſculationis manuum Plutarchus quidem ad militiam referre videtur: eam tamen foro & blanditiis Candidatorum tribuit Iuſt. Lipſius adducta auctoritate Senecæ *epiſt.* 110. Alius eorum manus oſculis conterit, quibus deſignatus contingendam manum negaturus eſt, &c. Valer. de Scipione Naſica: Cum ædilitatem curulem adoleſcens peteret. manumque cujuſdam ruſtico opere duratam, more candidatorum tenacius apprehendiſſet: joci gratiâ interrogavit eum, Num manibus ſolitus eſſet ambulare. Liceta, Martialis manuum oſculum præferat oſculo oris quando ait:

Baſia das aliis, aliis das Poſtume dextram,
Dicis, utram mavis elige? Malo manum.

Conſtat tamen ex Arriano *l.* 2. *diſſert* c. 20. Ηξίωται δημαρχίας; πάντες οἱ ἀπαντῶντες συνήδονται· ἄλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς καταφιλεῖ ἄλλος τὸν τράχηλον, οἱ δοῦλοι τὰς χεῖρας. Sic & apud Homerum Odyſſ. π. p. 458. Eumæus ſubulcus Telemachum reducem excipit:

Κύσσε δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἀμφω φάεα
καλὰ,
Χεῖράς τ' ἀμφοτέρας.

Vbi præterea nota, moris fuiſſe oculos oſculari: Quod amplius patet ex Odyſſ. ς. p. 486.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

p. 486. ubi Telemachus à Penelope matre & univerſa Vlyſſis familia excipitur. Antequam vero à manuum oſculo longius abeam, digna venit notatu phraſis elegans, ad manum accedere: quæ extat apud Flav. Vobiſcum in Aureliano. Poſt hæc Valeriani dicta ſurrexit Aurelianus, atque ad manus acceſſit; agens gratias militaribus verbis. Et apud Iul. Capitolin in Maximino: Fuit Maximinus ſub homine impuriſſimo tantum honore præditus Tribunatus, ſed nunquam ad manum ejus acceſſit, nunquam illum ſalutavit. Æque notanda eſt forma manus oſculandæ, quæ ut Plin. lib. 11. ſcribit, oſculis averſa appetitur.

Sect. VII.

Oſculum genuum vel pedum quod attinet, Pomponius Lætus affirmat, Imperatores antea manus exoſculandas nobilibus præbuiſſe, poſt ſuis manibus ſublevaſſe ad oris oſculum, vulgum genua exoſculatum eſſe. Caius Cæſar porrexit ad oſculandum ſiniſtrum pedem Pompejo Pæno, ut ita oſtenderet ſocculum auratum, margaritiſque diſtinctum. Senec. Diocletianus edicto ſanxit, uti omnes ſine generis diſcrimine pedes ſibi exoſcularetur, quibus etiam

vene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

venerationem quandam adhibuit, exornans calceamenta auro, gemmis & margaritis. Maximus in ſalutationibus ſuperbiſſimus erat, & manum porrigebat, & genua ſibi oſculari patiebatur, nonnunquam & pedes. Boni tamen Principes ab hac ſalutatione ſemper fuêre alieni. Quo nomine laudatur Trajanus, de quo Plinius: Non tu civium amplexus ad pedes tuos deprimis, nec oſculum manu reddis. Nec non Æmilius Paulus: Nam Perſeus Rex ab ipſo victus turpiſſimum ſpectaculum exhibuit, in faciem concidens, manibuſque genua Æmilii tanges, voceſque & deprecationes homine ingenuo indignas proferens. Quas ne audire quidem dignatus Æmilius, triſti cum vultu in hæc verba compellavit: Quid, ô miſer, hæc agis, quibus crimine tuarum calamitatum fortunam liberas, & oſtendis, non immerito tibi hæc accidiſſe, teque non præſenti, ſed priore conditione indignum fuiſſe? Quid victoriæ meæ laudem imminuis, demonſtrans, Te non alti animi virum, neque dignum fuiſſe, quem Romani adverſarium ſuum haberent! Virtus profecto hominis adverſa patientis etiam apud hoſtem, magnam ſui verecundiam excitat: timiditatem etiam, ſi fortunata ſit, Romani inhoneſtam cenſent. Inde à terra ſublevatum, dextra ſalutavit,

Plu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Plutarch. in Æmil. p. 488. Item *Pompejus Magn. in ejus vit. p.* 400. Poſteaquam Tigranes ad Pompejum pervenit, cidarim capiti detractam ante pedes ejus deponere, ſeque (id quod erat turpiſſimum) ad genua ipſius provolvere intendit. Sed Pompejus prævertit, dextra eum arrepta ad ſe attrahens, ac juxta ſe, filium vero Tigranem ab altero latere collocans. Male è contrario audit Alex. M. quem Chares Mitylenæus narrat in convivio, cum bibiſſet, pateram cuidam amicorum porrexiſſe, eum accepiſſe, & ad focum adſtitiſſe: cumque bibiſſet, primum adoraſſe regem, deinde oſculum dediſſe, atque ita aſſediſſe: hoc omnes deinceps imitatos. Calliſthenem vero accepta patera, rege non attendente, ſed cum Hephæſtione colloquente, bibiſſe, & ad regem oſculandi cauſſa acceſſiſſe: Demetrio autem, cui Phidonis cognomentum fuit, regem monente, ne oſculum ei præberet, quod ſolus omnium non adoraſſet, ita Alexandrum ab oſculo ſe retraxiſſe: Calliſthenem magna voce dixiſſe, Vnius itaque oſculi jactura facta ab eo. Quo Calliſthenes magnam apud Alex. ſibi conflavit invidiam, ſeque in diſcrimen vitæ conjecit, ut videre eſt apud Plut. *in Alexand. p.* 488. Idque viliſſimum oſculi genus Iuſtus Lipſius à Cajo natum

putat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

putat, qui ut Dio ait: ἐφίλει ὀλιγίστους τοῖς δὲ πλείστοις καὶ τῶν συμβουλευόντων ἢ τὴν χεῖρα ἢ τὸν πόδα προσκυνεῖν ὤρεγε. Atque ex verbo προσκυνεῖν, quod Latinis eſt adorare (non ab ador, ut Grammatici volunt formatum, ſed à manuum ad os admotione) colligit, non os quidem admotum genibus, ſed dextram, eamque deinceps ad os relatam. Quod Plutarchi auctoritate comprobari videtur in Marcello *p.* 563. Nicias Marcelli manus & genua tangens pro civibus Enguinis, ac primo quidem loco pro inimicis ſuis deprecatus eſt. Quamquam revera etiam pedes oſculo affectos idem hiſtoricus doceat: Πομπόνιος Σεκοῦνδος τότε ὑπατεύων παρὰ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ καθήμενος, ἐπικύπτων συνεχῶς αὐτοὺς ἐφίλει. Illud etiam huc pertinere videtur, quod Plutarchus ſcribit *in Anton. p.* 151. Calviſium Cæſaris in accuſando Antonio ſocium ipſi objeciſſe, quod γυναικοκρατούμενος fuerit, quod Pergamenſem bibliothecam, in qua ducenta librorum millia erant, Cleopatræ dono dederit, quod in convivio multis præſentibus aſſurrexerit, & pedes ei ex pacto triverit. Vtrum vero de oſculatione genuum ſit intelligendum, quod vidua Sunamitis, cum ad Eliſæum in montem Carmeli veniſſet, ejus pedes apprehendit, 4. *Reg.* 4. *v.* 27. juxta veterum formulam A. Q.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Sectio VIII.

Porro ſervilia iſta manuum pedumque oſcula in creberrimo apud Italos, Gallos & Hiſpanos ſunt uſu, quos non ſolum in Anglia publice in comœdiis exagitari vidi, ſed falsè eoſdem etiam ridet Antonius Guevara, ipſe Hiſpanus, Carolo V. Imperatori à concionibus, in ep. quadam ad Franciſcum de Mendoza, Epiſcopum Palentiæ, quæ cum in paucorum ſit manibus, hic eam inſerere non putavi alienum. Et extat in aureis ep. tom.1.*p*.180. & ita habet: Reverendæ dignitatis Veſtræ literas, quibus ſe certiorem fieri petit, quomodo duo obviam ſibi venientes ſe invicem ſalutare, vel diſcedentes ſibi precari debeant, recte accepi. Rev. ergo dign. T. reſpondeo, non poſtremam eſſe morum elegantiam, ſi quis ſciat quemque, ut meretur, revereri, & competentem cuique honorem exhibere, atque in omnibus talem ſe præbere, ne magis in caula, quam aula videatur educatus. Pari namque modo ut Aurifabrum commendat poculum elegans & artificiosè cælatum, Sacrificulum miſſæ celebratio, Sartorem veſtis corpori probe congruens. Ita aulicum decet eſſe moribus politum & humanum. Primum ergo quod ſalutandi morem attinet, non habeo quidquam certi dicere, mul-

to mi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

to minus ſtatuere. Ejuſmodi namque ceremoniæ non ex libris hauriuntur, ſed potius à cujuſque loci pendent conſuetudine atque uſu. Nihilo tamen minus morem tibi geram referamqne mores, cum veteres tum noſtros. Liberum erit Rev. T. D. ſequi vel id quod ſcripſero, vel quod ipſi maxime viſum fuerit decorum.

Idumæi ſi in plateis ſibi occurrebant, his ſeſe conceptis verbis ſalutabant: Dominus vobiſcum. Hebræi: Ave mi frater. Sophiſtæ Græci: Avete omnes. Thebani & Romani: Salus ſit vobis. Carthaginenſes non verbis ſed oſculo benevolentiam erga obvios declarant. Similiter Turci non ſalutem verbis impertiunt, ſed in congreſſu humeros, in digreſſu genua oſculantur. In Italia ſolennia verba ſunt: Bonne matine, bonne nocte. Et: me recomando. Valentiæ uſitata ſunt: ben ſeao ben guth mon Sonor. Et: à deo xeao. Cui alter reſpondet: Anao en bon hora. Catalognæ recepta ſunt: Ben ſea arribat. In Caſtilia: Dio mantenga: Vel: Mantenga os dios. Vel en hora buena vays. vel: Dios os guarde. vel: dios ſea con vos. vel: queda à Dios. vel: andat con dios.

Singulæ hæ ſalutandi formulæ uſu receptæ ſunt inter ruſticos & plebeios, non æque inter aulicos & homines delicatos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Stylus namque & mos Hiſpanorum: ne non Gallorum & Italorum fert, ut quis al teri dicat: Beſo las manos de Vveſtra mer ced. Item: beſo los pies de Vveſtra ſenori

Alii dicunt: Yo ſoy ſiervo y eſclavo perpetno d Vveſtra caſa.

Si quid mei hic eſt judicii, puto auctoren hujus reverentiæ & ſimulatæ demiſſioni fuiſſe hominem abjectum, omnisque urba nitatis expertem: Nam alterius oſculari manum non eſt volupe, pedes vero oſculari etiam turpe. Manibus emunguntur nares ſcabiei pruritus pellitur, cetera me proferr pudet. Quo ad pedes notum eſt, eos à ſu dore fœtere, ungues raro præſecari, eosque verrucis atque immũnditie ſcatere. Ita ut ego quidem malim aſſam ovinam come dere, quam manus vel pedes thraſonis au lici oſculari. In ea omnino ſum ſententia, in aulis principum plures eſſe, qui etiamſi ad oſcula pedum manuumve ſeſe abjiciant, eos non potius præcidere vel corpus fuſtibus contundere malint. Vt vir bonus erga alium hiſce utatur verbis: Ero à ſervitiis veſtris: Iube, impera, quod vis: De meliori nota me tibi commendo: Fiet à me, quod tibi fieri velis vel nolis: honeſtati congruit. Verum oſculari velle manus vel pedes, rus redolet & agrum. Pedem enim oſculi ho nor Pontificiæ Sanctitati, manuum vero ſacerdoti competit.

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Si Chriſtianorum ἐυήθειαν imitari velimus, cum Chriſto dicere debemus: Pax vobis: Pax huic domui. Impudentiſſimum quippe eſt, & à Chriſti doctrina quam maxime alienum, ut quis alterius manibus vel pedibus oſcula figat.

Coronidis ergo dico, me quidem fugere, quis, quo tempore, quo loco & quam ob cauſſam manuum pedumque oſculationem introduxerit: Omnino vero ſtatuo, quemadmodum in ducendis choreis poſterior priorem ſequitur, ita fieri poteſt, ut cuidam verbum hoc per jocum exciderit, quod alius tanquam ſerium arripuit: Indeque in morem fere non illaudabilem abiit & huc usque receptum eſt. Hactenus Guevara, qui veriſſime hunc adulatorium morem vocat, & ab animo ad inſerviendum parato quam maxime alienum. Quod ſuo ſæpe malo illi, qui exoticas perluſtrant terras, & hac ſe aſſentatione capi patiuntur, ſentiunt. Captatores potius habent numorum quam fideles amicos. & ſetviteurs de la bourſe, point de l' homme. Vtinam vero hi Iudæ poſteri extra limites tantum Imperii ſe continerent. Sed.

——— candor ubique

Exulat, & gelido eſt rarior igne fides.

De ſimulatis & fictis hiſce oſculis ſcribit B. Auguſtinus in c. Non omnis. 5. *p.* 5. Meliora

 eſſe

eſſe vulnera amici, quam voluntaria oſcu
inimici. Melius eſſe cum ſeveritate dilig
re, quam lenitate decipere. Porro quo
Guevara manus oſculum Sacerdoti ait con
venire, hoc iterum pontificii à paganis pe
tierunt. Quod Apuleius teſtatur lib.aſin.ſi
ſecundo, ubi cum de Propheta Ægypti
meminit, ait: Et cum dicto juvenem quen
dam linteis amiculis intectum, pedesqu
palmeis baxeis indutum aduſque deraſo ca
pite producit in medium, hujus diu manu
deoſculatus. &c.

Præter ſuperiora oſculorum genera ad
huc tria reſtant, Oſculum propinquorum
Oſculum officii, Oſculum amoris ſive ſua
vium. De quib. hoc ordine deinceps.

Sectio IX.

Quanquam de oſculo propinquorum
Benedictus Papa *in c. Leg divinæ.* 17. *q.* 2
reſcripſit: Si cujus ſoror defuncta ſimpli
cibus verbis alicui deſponſata fuerit, ho
impedimento non eſſe, quo minus is ſoro-
rem ſuperſtitem matrimonio ſibi junger
poſſit, etiamſi oſculum interceſſerit: Oſcu-
lum enim nullam parit propinquitatem.
quia nullam facit ſanguinis commiſtionem.
In jure tamen civili oſculum hoc operatur,
ut ſi ſponſus ſponſæ oſculum tulerit, au-
geatur jus ſponſalium, & non tam pro ſpon-
ſa ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

a habeatur, quam pro vera uxore. Ita enim conſtituit Conſtantinus Imp. in *l. ſi à ſponſo 5. C. de don. ant. nupt.* ſi à ſponſo rebus ſponſæ donatis interveniente oſculo, ante nuptias hunc vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad ſuperſtitem pertinere, dimidiam ad defuncti vel defunctæ hæredes, cujuslibet gradus ſint, & quocunque jure ſucceſſerint, ut donatio ſtare pro parte dimidia videatur. Oſculo vero non interveniente ſive ſponſus ſive ſponſa obierit, totam infirmari donationem & donatori ſponſo vel hæredibus ejus reſtitui. Quod ſi ſponſa interveniente vel non interveniente oſculo, donationis titulo (quod raro accidit) fuerit ſponſo largita, & ante nuptias hunc vel illam mori contigerit: omni donatione infirmata, ad donatricem ſponſam, ſive ejus ſucceſſores, donatorum rerum dominium transferatur. Hactenus conſtitutio Conſtantini.

Sectio X.

A qua non divellam, quid juris noſtri Interpretes de oſculis ſentiant. Habentur ab illis præparatoria rei venereæ & arrha quaſi: eaque propter ab Angelo ICto libidinis quædam anticœnia, ab aliis proemium adulterii vel promulſis Veneris appellantur. Hacque ratione & fundamento plurimæ nituntur

tuntur ICtorum deciſiones : Quod vaſallus feudum amittit, ſi uxorem Domini ſui turpiter oſculatus fuerit. *Menoch. de arbitr. Iud. qq. lib. 2. cent. 3. caſ. 267.* Quod Maſculus pœna judicis arbitraria puniendus eſt, ſi feminam turpiter fuerit oſculatus, ut deciſum eſt in conſilio Neapol. *Matth. de Afflict. deciſ. 276. Grammat. conſ. 48. incip. In cauſa Chriſtophori Menoch. caſ. 287. n. 2. 3. 4. & ſeqq. Clarus q. 88. §. ult. Althuſ. dicæol. lib. 1. c. 124. n. 19. & cap. ſeq. n. 32.* Quod mulier quæ ſe deoſculari paſſa eſt, propter oſculum dotem perdit, non ſecus ac propter commiſſum adulterium ut conſentientibus Dd. votis traditum eſt, *Cagnol. in Rubr. C. de eden. n. 28. & ibi Bellon n. 59. cum. mult. ſeqq. Covarruv. in tr. de matrim. in 2. part. e. 7. §. 6. n. 3. Menoh. d. caſ. 287. 8. 6. lib. 5. præſ. 41.* Quamvis contrarium teneat M. Mantua *in Rubr. de Iudic.* & limitetur à Farinac. *q. 136. n. 129. & Alcito lib. 4. parerg. c. 10.* Si nimirum ex aliis conjecturis adulterium convinceretur, & ex qualitate loci, temporis, perſonæ haudquaquam ſtetiſſe mulierem intra fines oſculi præſumeretur. c. literas de præſumpt. Vel ſi ex genere ſuavii intenderetur conjectura criminis, quale illud eſt quod καταγλώττισμα Ariſtophanes vocat, juſtam Zelotypis repudio cauſam illud daret. *Io. Lup. in rubr.*

de don.

de don.inter vir. & ux. chart. 48. *col.* 1. *Et Io. Neviz.ant. in ſylv. nupt. lib.*4.*p.*324.*n.* 76. ubi ait, eſſe quidem plures, qui ſemper capiunt in meliorem partem, ſi aliquid videant vel tangant. Nam tactus quandoque fallax. Dodus contra ſtrigas chart. 26. Et ſi vident aliquam uxorem ſuam in occulto amplexantem, præſumitur quod det benedictionem. Et ſi vident quod deoſculetur, præſumat quod faciat zelo caritatis. *Alex.* 4. *vol. conſ.* 127. Viſa inquiſitione col. 3. verſ.& propterea. Sed à tali caritate, inquit, libera nos Domine, quando ſic ſecrete loquuntur: ex quo non præſumuntur dicere pater noſter, quam ſententiam ibidem plurimis Dd. auctoritatibus confirmat, & notat, eos qui tam patienter ferant oſcula uxorum, ſua phraſi dici Viros bonos, qui in L. L. Longobardorum dicuntur Argæ à Græco ἀργὸς, quod ſignificat ignavum, ſtupidum, inertem ac ſegnem: & alio atque alio nomine appellantur ab Anglis, Gallis & Italis: *de quibus Ioan. Ovven. l.*2. *epig.* 38.

Cur Itali longe gravius quam Gallus & Anglus,
Vxorem luſus, oſcula, farta ferunt.
Beſtia pejor ave eſt, cui nupſit adultera conjux,
Italus eſt (a) quadrupes Gallus & Anglus (b) aves
Gallus & Anglus aves, quadrupes eſt Italus? ergo
Ex tribus his ſolus cornua fert Italus.

(a) Becco Cornuto. Hircus.
(b) Un. Cocu. Gall. Angl. A Cuckold/ cuculus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Et lib. 1. ep.163

Si quando ſacra jura tori violaverit uxor
Cur gerit immeritus cornua vir? Caput eſt.

Et lib. 1. ad Edoard. Noel. ep. 49.

Si natura daret tibi cornua, tollere poſſes :
Quod tibi nupta dedit, tollere nemo poteſt.

In ripa Thameſis ſuburbio Londinenſi Ratteleſv dicto, oppoſita, perticam vidi ligneam, cum cornibus arietinis ſuperius affixis : quæ vulgo ſignificare dicuntur ita puniri eum, qui ſciens & volens paſſus ſit alium cum conjuge ſua concumbere, tacite ſic in adulterium conſentiendo. In jure noſtro feudali frequens eſt in hoc genere concurbitandi verbum: cujus rationem reddit Rittersh. *in part. lib. 2. c. 5.* quia qui ſtuprum parare audet in perſonas conjunctas domino, is eum habet pro homine inerte, quaſi qui pro capita habeat cucurbitam, & peponem loco cordis, ut eſt proverbium apud Tertull. *lib. 4. adverſ. Marcion c.* 40. ſive qui pepone magis inſulſus ſit, ut ait idem in lib. de anima : ſive qui dignus ſit, qui cucurbitas pingat. Non ignoro tamen Alciatum legere cucuritare : quam lectionem confirmare videtur *Io. Ovv. lib.1. ep.*40.

Induit uxoris pertæſus Cotta cucullum,
Vt mundo moriens exueret cuculum.

Vtinam verò noſtra Germania careret ſubſeſſoribus alieni tori! Quod vitium non minus apud nos frequens eſt, quam apud

Na-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Nationes exoticas, vireſque ſumpſiſſe videtur vel à coactis matrimoniis, vel quod videmus decrepitos & exolvendo debito maritali impares auctoritate, experientia, opibus Iuvenculas à Parentibus extorquere, quæ poſtea ad ſitim libidinis reſtinguendam quamvis lacunam adeunt. Ita ut, proh ſcelus! multi matrimonium propterea tantum contrahunt, ut ſub honeſtatis velo licentius ſcortentur, libidinibuſque indulgeant. Cornuti nobis ſunt Hanrey, comparatione cum Gallo gallinaceo propterea facta, quod naturalium rerum ſcriptores in eo cum ætate ſalacitatem creſcere, facultatem vero coeundi decreſcere atque imminui tradunt: imo adeo natura Galli immutatur, ut quo ante à gallina diſcernebatur, id amittat, tandemque ova pariat: quod ut alii pro figmento habeant, ego tamen illa in duabus Virorum, in conquirendis naturæ raris atque arcanis ſtudioſiſſimorum pariter atque ſumptuoſiſſimorum, pinacothecis oculis & manibus uſurpavi: Baſileæ apud Thomam Platerum menſis *Nov. d.* 37. *Anno* 1619. & Enckhuſæ apud Bernardum Paludanum d. 11. Iunii Anni ſuperioris. Sic illi quoque genio ſuo indulgentes, & de facultatibus ſuis amplius quam in illis eſt ſperantes. Coadjutores nolentes volentes nanciſcuntur, ir-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

riſione potius digni quam commiſeratio-ne. Sed quo ab oſculis delabor? Punienda quidem dixi Oſcula laſcivia & turpia: Nimium tamen ſeverus & Zelotypus fuit Iacobus Tremultius, Vice Dominus Regis Galloruω in ducatu Mediolanenſi, qui Gallum quendam Suſannam Tremultiam deoſculantem ſecuri percuti juſſit. *Aegid. Boß. in tit. de extraord. crim. n.* 3. Nec non P. Mævius, qui in libertum gratum ſibi animadvertit, quia eum nubilis jam ætatis filiæ ſuæ oſculum dediſſe cognoverat, præſertim cum non libidine ſed errore lapſus videri poſſet. Ceterum amaritudine pœnæ teneris adhuc puellæ ſenſibus caſtitatis diſciplinam ingenerari magni æſtimavit. Eique tam triſti exemplo præcepit, ut non ſolum virginitatem illibatam, ſed etiam oſcula ad virum ſincera perferret. *Val. Maxim. lib.*6. *c.* 1. *p.*345. Ignoſcendum quippe eſt juvenibus, vel mitius certè cùm ipſis agendum, ſi quando juvenilis calor ita ſit vehemens, ut difficile coarctari queat. Quod Piſiſtratum alioqui tyrannnm feciſſe ſcribit *Valer. Max. lib.* 5. 1. *p.*282. Nam cum adoleſcens quidam amore filiæ ejus virginis accenſus in publico obviam factam oſculatus eſſet, hortante uxore, ut ab eo capitale ſupplicium ſumeret, reſpondit: Si eos, qui nos amant interficiemus, quid iis faciemus,

qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

quibus odio ſumus? *Ioan. Navizant.d.loco n.78.* juvenes baſia virginum ſtudioſè ſectantes comparat Tantalo, qui ut eſt apud Virgil. 6. Æneid. habebat aquas uſque ad dentes, & tamen non poterat bibere, alle- Præpoſ. *in.c.rurſus qui Cler. vol nov. col.6. & 7.fac. tex. in l.hi qui. C.de Apoſtat.* Et porro ſubjicit: Quicquid ſit à Iuvene & cupido cædatur reddita virgo. *gl.in l.ſi vero non remunerandi. §.ſi vero ff. mandat. Præpoſ. in c. commiſſum. col. 2. de ſponſ.* Etiamſi promiſiſſet de non ab ea requirendo, niſi à Zona ſupra; quonam poſtea ei Zonam poneret ſub calcaneis, ne fidem frangeret. *Fulg. in l.1. §. Sed quod meretrici. col.1. ff.de cond.ob turp. cauſſ.*

SECTIO XI.

Verum è ſuperiori diverticulo ad oſcula propinquorum redeundo: Primum Parentes liberos ſuos oſculabantur. Exemplo eſt Patriarcha Iacobus, qui nepotes ſuos ex filio Ioſeph oſculatus eſt. *Gen.* 48.7.10. Et Laban ægre tulit non tam quod Iacob gener clanculum diſceſſerit, quam quod paſſus non fuerit filios & filias ſuas oſculari. *Geneſ.* 31.*v.*28. Proindeque de nocte conſurgens oſculatus eſt filios & filias ſuas, & benedixit illis & reverſus eſt in locum ſuum. *Geneſ.* 31. *v.ult.* Philippus Macedo cum Alexandrum cognomento Magnum ſpe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ctaſſet bucephalum intractabilem equum frenaſſe atque compeſcuiſſe, præ lætitia etiam illacrumaſſe commemoratur, caputque filii, cum ab equo deſcendiſſet, oſculatus dixiſſe: ô nate, regnum tibi par quære, Macedonia enim te non capit, *Plut. in Alex. p.* 449. C.I. Cæſar Pontificatum maximum petiit, non ſine profuſiſſima largitione. In qua reputans magnitudinem æris alieni, cum mane ad comitia deſcenderet, prædixiſſe matri oſculanti fertur, domum ſe niſi Pontificem non reverſurum *Suet. in Jul. Cæſ. p.* 8. Ageſiſtrata in filii ſui Agidis Regis Spartanorum, à Leonida in carcere ſtrangulati cadaver incumbens, faciemque deoſculata eſt. *Plut. in Agide p.* 191. Crateſiclea Mater Cleomenis cum Nepote ſuo obſes ad Ptolemæum in Ægyptum profectura, Cleomenem in fanum Neptuni ſolum abduxit, ibique amplexu ejus & oſculis ſe ſaturavit. *Plut. Cleom. p.* 208. Recordor hic miſerabilis hiſtoriæ, & inſignis ϛοργῆς atque materni in liberos affectus exempli, quod in hunc fere modum ſcribit *Peucerus lib.* 5. *Chron. p.* 97. Albertus Comes Provincialis Turingiæ, Henrici optimi Patris degener filius, cum ex Margaretha Friderici II. filia ſuſcepiſſet filios duos. Fridericum & Ticemannum generoſiſſimæ indolis adoleſcentes, ſpreta conjuge nobiliſſima exarſit

amore

amore pellicis tanto, ut etiam vitæ conjugis inſidias ſtruxerit, de quibus illa certiſſimis indicibus edocta ut cederet furoribus, & ſceleri mariti & vitæ conſuleret, hortantibus amicis prudentibus ac fidelibus, conſilium cepit de fuga. Oſtenditur adhuc locus in arce Iſennacenſi, ubi non magna eſt altitudo à ſcopulo extra arcem ad feneſtram, ex qua domina cum quinque comitibus dimiſſa fuit. Nocte cum migratura eſſet, priuſquam à filiis diſcederet, aſſidens ad lectulos & calamitatem ſuam deplorans, cum conſiliarius ſenex & matronæ eam comitaturæ hortarentur ut properaret, tandem valedictura filiis à quibus avellebatur invita, quod eorum pericula ſciret non fore leviora ſuis, Fridericum natu majorem, lacrymis & ejulatu materni doloris magnirudinem oſtendens, oſculis crebris complexa, poſtremò mirabili animi motu genam ejus mordicus prehendit ac læſit. Vulneris cicatricem Princeps quoad vixit, retinuit & cognomentum inde admorſi conſecutus eſt. Nunquam animo meo hujus rei memoria ſubit, quin deteſter effrenatam non hominis, ſed belluæ, non Principis, ſed monſtri & naturæ catharmatis libidinem: E contrario verò movear pio erga filios matris affectu & triſti diſceſſu, quæ ut Horatius canit lib. 1. od. 13. quaſi

furens

— — *furens*

Impreſſit memorem dente labris notam.

Liceat huic claſſi oſculorum annumerare, quod Suetonius *in Domit. c. 12. p. 446.* ſcribit: Eum Cænidi patris concubinæ ex Hiſtria reverſæ, oſculumque ut aſſueverat offerenti, manum præbuiſſe.

Sectio XII.

Secundò Liberi parentes oſculabantur: Iſaac Patriarcha à filio ſuo Iacobo petiit, ut ad ſe accederet, ſeque oſcularetur *Geneſ. 27. v. 27.* Nefas etiam duxit Eliſæus Eliam ſequi, venia non prius oſculo à parentibus petita. *3. Reg. 19. v. 20.* Cum aliquando legatis audiendis vacaret Antigonus, Demetrius à venatione ſupervenit, utque jacula manu tenebat, ad patrem adiit, eumque oſculatus juxta aſſedit. Tum Antigonus accepto reſponſo jam diſcedentibus legatis alta voce, Hoc quoque inquit, de nobis renuntiate, ita nos invicem affectos eſſe. A qua narratione Plutarchus (*in Demetr. p. 67*) hanc pro more facit digreſſionem: Nimirum oſtendens concordiam cum filio fidelem robur eſſe regni & potentiæ documentum. Adeo impatiens conſortis eſt imperium, infidelitatisque & malevolentiæ plenum, ut gloriaretur potentia & ætate maximus ſucceſſorum Alexan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

dri, quod non metueret ſibi à filio, ſed eum ad ſe cum haſta venientem admitteret, &c. Et paulò poſt de iiſdem p. 86. Ferunt Demetrio Lamiæ apertè jam addicto Antigonum peregrè revertenti ac ipſum oſculanti per riſum dixiſſe: Lamiam, ô fili, oſculari videris. Quæ haud eſt laudabilis in vitiis filii corrigendis patris lenitas. Memoriæ proditum eſt, Æmylium Paulum, cum præfectus bello contra Perſeum, ſplendidè ab univerſo populo domum eſſet deductus, filiolam Tertiam plorantem domi offendiſſe, eamque ſalutatam à patre, ac de cauſa triſtitiæ interrogatam complexu oſculoque patri reddito reſpondiſſe: Neſcis verò, mi pater, Perſeum noſtrum mortuum eſſe (loquebatur autem de catello, quem id nominis gerentem alebat) & reſpondiſſe Æmilium: Dii benè vortant mea filiola, accipio omen. *Plut. in Æmyl. mihi p. 477.*

Sectio XIII.

Tertiò oſculum ferebant uxores viris peregrè advenientibus: ut Alcumena Amphitruoni *act. 2. ſc. 2.* Ecaſtor equidem te certò heri hîc advenientem illicò & ſalutavi & valuiſſesne uſque exquiſivi ſimul mi vir: & manum prehendi & oſculum retuli tibi. Cujus oſculi maritalis originem *Plutarch. tradit in Rom. in pr. p. 35. & li. de*

virt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

virt.mul.p.420. & *in qq. Rom.q.5.p.455.*
Ferunt nonnulli Troja capta quoſdam Trojanos effugiſſe, nactosque naves, vento ad Tyrrheniam (quæ eadem Etruria eſt) delatos juxta flumen Tyberim appuliſſe. Ibi mulieribus eorum animum jam deſpondentibus, pertæſisque maritimæ jactationis, quandam genere & opinione prudentiæ reliquis præſtantem, Romam nomine, conſilium comburendarum navium dediſſe. Quod ubi factum fuerit, primo viros ſtomachatos, deinde neceſſitate compulſos apud Pallantium urbem condidiſſe: ubi cum non multo tempore exacto ſpe felicius viverent, agri bonitatem ac vicinorum hoſpitalitatem experti, inter alios Romæ tributos honores, urbem quoque eos iſtius nomine ut cujus ipſa autor extitiſſet, in ſigniviſſe. Exinde etiam hunc morem obtinuiſſe, ut mulieres cognatos ſuos ac maritos oſculo ſalutarent: nam illas quo tempore naves incenderant, viros oſculando demulſiſſe, iramque blandiendo & deprecando leniiſſe.

SECTIO XIV.

Mariti viciſſim ſuaviabantur uxores. Antonius victoria, quam de Cæſarianis in Ægypto reportavit, elatus, in regiam adiit, & armatus Cleopatram oſculatus eſt. *Plut. in Ant. p.161.* Quod tamen coram liberis facere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

facere prohibitum erat, ne forte ii amore illicito ante tempus idoneo conjugio quærendo aptum accenderantur: Eamque ob cauſſam M. Cato cenſor Manilium ſenatu expunxit, quod uxorem coram filia nubili exoſculatus eſſet: ſibi nunquam à muliere amplexum latum addens, niſi cum vehemens tonitru extitiſſet, ſeque joco ſolitum dicere, Iove tonante ſe felicem eſſe. *Plut. in ejus vit. p.*628. Similiter Clem. Alexandrinus non facit maritis uxores ſuas coram famulis oſculari. Nam ut Auguſt. *de Civ. Dei lib.*14.*c.*18. ait: Devitat publicum etiam permiſſa atque impunita libido conſpectum: & verecundia naturali habent proviſum lupanaria ipſa ſecretum. Et paulo infra: Quid concubitus conjugalis, qui ſecundum matrimonialium præſcripta tabularum procreandorum fit cauſſa liberorum? Nonne & ipſe quanquam ſit licitus & honeſtus, remotum ab arbitris cubile conquirit? Nonne omnes famulos atque ipſos etiam paranymphos & quoſcunque ingredi quælibet neceſſitudo permiſerat, ante mittit foras, quam vel blandiri conjux conjugi incipiat? Et rurſum: Quis enim neſcit, ut filii procreentur, quid inter ſe conjuges agant? Quandoquidem ut id agatur, tanta celebritate ducuntur uxores: & tamen cum agitur, unde filii naſcantur, nec ipſi filii, ſi qui inde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

inde am nati ſunt, teſtes ſieri permittuntur.

SECTIO XV.

Atque ut reliqua propinquorum oſcula breviter in unum contraham: Fratrum quoq; inter ipſos recepta erant oſcula: Eſau currens obviam fratri ſuo Iacobo ex Meſopotamia redeunti, amplexatus eſt eum, ſtringensque collum ejus, & oſculans flevit. *Geneſ*.33.*v*.Ioſeph cum fratribus ſuis ſe exhibuiſſet, oſculatus eſt eos omnes,& ploravit ſuper ſingulos. *Gen*. 45. *v*. 15. Aaron cum ex præcepto divino ſe ad Moſen in monte Dei morantem contuliſſet, eum oſculo ſalutavit. *Exod*.4.*v*.27. Oſculorum præterea in ſacris mentio fit *Exod*. 18. *v*. 7. ubi Moyſes Iethro ſocerum ſuum in deſertum ad ſe venientem oſculatns eſt. *Ruth*. 1. *v*.9. ubi Naemi cum nurus ſuas ad lares patrios juberet reverti, ipſis oſculis benedixit. Sciens etiam omitto oſculum Arpæ *Ruth*.1. *v*.18.Iacobi & Rahelis *Gen*.26.*v*.11. Labani & Iacobi *lib*.*v*.13.

Magis forte è re erit, in rationes oſculi quod cognati atque affines Mulieribus dabant, inquirere *Alexand. ab Al. gen. dier. lib*.3. *c*.11.*p*.137. *Plin. lib*.12. *nat. hiſtor.* & *Gellius lib*. 10. *noct*. *c*.23. unanimiter ſcribunt: Vini uſum adeo mulieribus apud Romanos interdictum fuiſſe, ut vinum bibiſſe perinde eſſet, ac ſi in adulterio aut gravi crimine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

crimine deprehenſa capitali judicio plectenda foret. Vſumque inoleviſſe, ut cognati affinesque mulieribns oſculum ferrent ſcilicet an vinum bibiſſent ut ore explorarent. Ad quam rationem digitum intendit Iuvenalis hiſce verſ.

Paucæ adeo Cereris vittas contigere dignæ,
Quarum non timeat pater oſcula.

Alias paulo cauſſas hujus oſculi divinat *Plut. in Qu. Rom. q. 6. p.* 455. Datum hoc eſt, inquit, mulieribus, ut honorem ſimul eis potentiamque concilians, ſi viderentur multos ac probos habere cognatos & propinquos. Quam rationem egregrie illuſtrat, quod eſt apud eundem in Theſ. p. 6. Megarenſes, ait, hiſtorici famam hanc impugnant, diuturnitatique temporis, ut ait Simonies, bellum faciunt. Neque enim prædonem & injurioſum fuiſſe Scironem, ſed qui latrones ſupplicio affecerit, bonos & juſtos viros amicitia proſecutus ſit. Quippe Æacum inter Græcos ſanctiſſimum cenſeri, Cychreum Salaminium Deum honoribus apud Athenienſes coli, virtutem Pelei ac Telamonis nemini incognitam eſſe. Atque Scironem Cychrei generum, Socerum Æaci, Pelei & Telamonis avum fuiſſe: ſiquidem nati ſunt Endeide, quæ filia fuit Scironis & Chariclus, neque eſſe conſentaneum, optimos viros cum peſſimo neceſ-

neceſſitatem vitæ eam contraxiſſe, in qua res ſummæ ac pretioſiſſimæ mutuo traderentur. Cum quibus ferè facit quod de Ahaſia Rege Iudæ eſt 4. *Regum* 8. *v.* 27. Ahaſia ambulavit in vijs domus Achab: & fecit, quod malum eſt coram Domino, ſicut domus Achab: gener enim domus Achab fuit. Et de Ioram Rege Iſrael 2. *paralip.* 21. *v.* 6. Ioram ambulavit in viis Regum Iſrael, ſicut egerat domus Achab: filia quippe Achab erat uxor ejus, &c. Poſtrema Plutarchi ratio eſt: Cum eſſet Legibus interdictum cognatarum nuptiis, uſque ad oſculum tamen amori permiſſum progredi, eaque fuit conſanguinitatis teſſera & communicatio. Antiquitus enim ſanguine junctas Romani non copulabant ſibi matrimonio, ut ne nunc quidem materteras aut ſorores. Serò conceſſum fuit, ut ducere conſobrinas liceret. Corollarij loco moneo hoc jus oſculi appellare Sueton. *in Tiber. c.* 26. *p.* 302. *Tib.* Claudius Cæſar illecebris Agrippinæ, Germanici fratris ſui filiæ, per jus oſculi & blanditiarum occaſiones pellectus in amorem, ſubornavit proximo Senatu, qui cenſeret, cogendum ſe ad ducendam eam uxorem, quaſi reip. maximè intereſſet. Ejuſque Iuris abuſum indicat Propertius lib. 2. ad Cynthiam:

Quin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Quin etiam falſos fingis tibi ſæpè propinquos,
Oſcula nec deſunt qui tibi jure ferunt.

SECTIO XVI.

Sequitur jam oſculum officij, de quo *in vet. Teſtam.* 1. *Sam.* 20. *v.* 41. præcipiturque à D D. Apoſtolis Romanis, Corinthiis, Theſſalonicenſibus & in univerſum omnibus, qui Chriſto nomen dederunt, ut ſe invicem oſculo ſalutent. *Rom. ult. v.* 16. 1. *ad Cor. ult. v.* 20. 2. *ad Cor. ult. verſ. pen.* 1. *ad Theſſal. ult. v.* 26. & 1. *Petri. ult.* Idque nunc vocant φίλημα ἀγάπης, nunc ἅγιον φίλημα. Nam ut caritas ipſa omnia claudit, ita oſculum complexus amicitiæ pacis & caritatis ſymbolum congreſſum, digreſſum, omneſque noſtras actiones obſignare debet. Exemplo nobis iidem fuerunt Apoſtoli: Nam cum Paulus Troade concione Chriſtianis valedixiſſet, magnus fletus factus eſt omnium, & procumbentes ſuper collum Pauli, oſculabantur eum. *Actor.* 20. *v.* 37. Hinc apud Pontificios etiam nunc receptum eſt, ut finitis atque peractis ſacris circumferatur agnus oſculandus, quod ipſi vocant, **das** Pacem **küſſen**. De quo more Innocentius *in c. pacem diſt.* 2. Pacem igitur aſſeris ante confecta myſteria quoſdam populis impertiri, vel ſibi inter ſe ſacerdotes

tradere: Cum poſt omnia (quæ aperire non debeo) pax ſit neceſſariò indicenda: per quam conſtet populum ad omnia, quæ in myſteriis aguntur, atque in Eccleſia celebrantur, præbuiſſe conſenſum, ac finita eſſe, pacis concludentis ſignaculo demonſtrentur. Ex eodemque præcepto fluxiſſe videtur, quod Clericus ſi alienam mulierem amplectebatur, hoc interpretandum ſit, benedictionis cauſſa factum, ut ait gl. in c. ab ſit in verb. Siniſtrum. 11. q. 3. Sed nequitia clericorum fecit, ut illa ſententia. gl. tandem communiter ſit rejecta, de quo vid. Schrader, part. 9. c. 2. n. 87. cum ſeq. Apud Romanos mos ſalutandi obvios invaluit maxime ſub Auguſto, ut Lipſius opinatur. Ideoque Tiberius ut novitium conatus pellere, & oſcula cottidiana edicto prohibuit, ut eſt apud Sue. *in Tib. 34. c.* Quod parum tamen auctoritatis obtinuit, inque viridi obſervantia officioſum hoc oſculum eſt hodiè apud pleraſque etiam barbaras nationes, Turcas, Polonos, Gallos, Anglos, Italos, Hiſpanos & Germanos: quorum tamen numero eximit virgines Tubigenſes Ampliſſ. Vir Dn. Th. Lanſius IC. manifeſti erroris arguens Henricum Kornmannum, *in comment. de Ac. p. 29. lit. G.* Publica enim, inquit, honeſtas & Legum Sanctitas illam oſculorum prodi-

prodigalitatem non patiuntur, de occultis, & quæ prægnantes ob cauſſas nonnunquam dantur & accipiuntur, non judicat Eccleſia: & jura conſtitui oportet in his, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Quæ Cl. Viri verba proculdubio cũ mica ſalis accipienda ſunt, morem cuiq; loco ſuum relinquentia. Nam ut Cajetanus ait in ſuum. Oſculum benevolentiæ bonum ac laudabile eſt, juxta morem patriæ, inter quascunq; perſonas ſit. Oſculum verò libidinis niſi inter conjuges eſt, peccatum mortale. In illis verò locis ubi oſcula frequentantur, illud omittere ruſticũ & agreſte eſt. Riſum alicui moveat, quod Marmandæ Petricorii oppido accidit. Nam cum in diverſiorio ad in ſignetriũ Regum, ubi pleriq; Germanorum Burdigal à Tolozam petentes diverti ſolent, hoſpes ejuſque univerſa familia oſculi honorem noſtris deferre ſoliti eſſent, Germanus quidam iſtius morum urbanitatis rudis atque expers, ancillam oſculi figendi cauſſa primum ad ſe, quem ex veſtitûs ſplendore ſodalitij principem putabat, accedentem colaphis repulit, eam pulpamentum quærere autumans. Inde mos iſte in fraudem ſympatriotarum eò venturorum obſolevit: quod hîc meminiſſe volui, ne mendacii quis fortè arguat CL. V. D. D. Iodocum Sincerum, qui in itinerario ſuo Galliæ p. 239

iſtius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

iſtius erga peregrinantes Germanos humanitatis & benevolentiæ meminit. Maxima Germanorum pars, quibus ſimplicitas dicam an ruſticitas morum cordi eſt, hoc ſibi perſuaſum habent, fieri non poſſe, quin hac oſculi occaſione multi amoris vehementia ad libidines abripiantur. Nam ſi Leoni I. Pontifici Max. & ſanctiſſimo viro accidit, cum is die quadam Reſurrectionis dominicæ populo Euchariſtiam diſtribueret, manuſque ejus matrona quædam oſculum figeret, ut ſimulque infigeret libidinis aculeos: verum ut primum concepti ignis impetus ſenſit, ſtatim manum veluti partem contagioſam, è qua lues in totum corpus irrepſerat, ultro ſibi truncavit Th. *Lanſ. in or. contra Ital. p. 793 ex Sab. lib. 5. Petr. Rudolph. hiſt. Sera ael. 1. p. 22.* quanto proclivius hoc erit in Iuvenibus, in quibus, ut Ioannes Summiſta ait, ſaltat ſanguis, & qui non æquè ſciunt habere vitæ ſuæ modum? Sed egregiè illi falluntur. Oſcula apud populos, quos ſupra nominavi, uſu quotidiano vileſcunt, & extra ſuſpicionem ſunt ſiniſtram. Ceſſant ex permiſſu baſiorum manifeſtorum furtiva, quæ apud noſtras virgines haud ſunt infrequentiora, quam apud illas manifeſta. Rectè ergo illa apud Theocritum puella:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Μὴ καυχῶ σατυρίσκε, κενὸν φίλαμα λέγου-
σιν:
Τὸ στόμα μὲν πλύνω, καὶ ἀποπτύω τὸ φίλαμα.

Ne Satyriſce tume, rem ajunt eſſe oſcula inanem :
Et facie abluta tolluntur & oſcula ſputo.

Forma oſculi officioſi erat, ut vel barbam & mentum, vel auriculas prehenderent. De barba ſive mento 2. Samuel. 20 v. 9. Ioab tenuit manu dextra barbam Amaſæ, ut oſcularetur eum: Mirabilem omninò hiſtoriam de contactu barbæ refert *Plut. in Æmyl. p. 486.* ubi cum eleganter de Famæ celeritate diſſeruiſſet inter alia etiam: Memoriæ, inquit, eſt proditum, cum Romani Tarquinios auxiliantibus Latinis bellum inferentes, viciſſent, paulò poſt magnos duo & pulchros viros ab exercitu Romam veniſſe, & victoriam annunciaſſe: hos creditum eſt Caſtorem ac Pollucem fuiſſe: ac qui primus iis juxta forum apud fontem occurrit equos ſudore fluentes refrigerantibus, cum miraretur hanc famam ſubridentes feruntur barbam ejus manibus contigiſſe, eamque confeſtim de nigra rufam factam, indicio fidem, viro AEnobardi cognomentum peperiſſe. De qua & ſimilibus hiſtoriis quid homini Chriſtiano ſentiendum ſit, docet Phil. Melanthon in Locis Theolog. ubi inter ſpectro-

rum eluſiones de amita ſua ſcribit, Cacadæmonem ſub larva monachi ei, injunctis pro marito defuncto aliquot miſſæ ſacrificiis quaſi valedicturum manum ita aduſtam redidiſſe atque denigraſſe, ut ad dies vitæ æque ac in Æthiope lavando fruſtra omnes inſumeret lotiones. Vſitatius tamen erat in ſupplicationibus & precibus, quàm venerationibus barbam vel mentum tangere. Teſtis Ovidius:

Tange manum mentum, tangunt quo more precantes,
Optabis merito cum mala multa viro.

Et Homerus Iliad, a.p.48. θέτις
— λάβε γούνων
Σκαιῇ, δεξιτερῇ, δ' ἄρ ὑπ' ἀντερεῶνος ἑλοῦσα
Λισσομένη προσέειπε Δία κρονίωνα ἄνακτα.

Servius pro barba vel mento frontem notat: auris enim memoriæ ſacra eſt, frons genio. Plutarchus manum, *in Tib. Grach. p.232. Tib.* Gracchus primum quidem aperte oravit, amice Octavium compellans, manusque ejus (qui mos eſt ſupplicum) attingens, uti concederet, populoque gratificaretur juſta poſtulanti. Alibi (*in pompeio p.417.*) genua: Hypſæus homo conſularis Pompeium à balneo ad cœnam euntem cum obſervaſſet, ſuppliciterque genua tangens invocaſſet, &c. De prehenſione aurium Milphio ſervus ad Adelphaſium meretricem: Sine te exorem, ſine te prendam auriculis,

culis, ſine dem ſuavium. *Pænul. act.1. ſc.2.* *Et Aſin. act.3 ſc.3.* prehende auriculis, compara labella cum labellis. *Tibul.lib.2.5.*

Et fœtus matrona dabit, natusque parenti
Oſcula comprenſis auribus eripiet.

Id Græci χύτραν ſive ollam vocabant: quaſi caput ollæ, aures anſarum formam referrent. Pollux lib. 10.

Λαβοῦσα τῶν ὤτων φίλησον τὴν χύτραν.
Ollam prehenſis oſculator auribus.

Ceterum judicium & ſignum odii eſt, ſi quis recuſet admittere quem ad oſculum pacis, ſiquidem id in eo loco uſitatum ſit. Marant. *par.6.de. Ord. Iud. act.2. n.*48. Et tacite injuria remiſſa cenſebitur, ſi contumelia affectus injuriantem extra Eccleſiam occurrentem oſculo excepit, ut notat Andreas Dinnerus IC. & primarius Profeſſor Cod. in inclyta Acad. Altorfina, Senatuique Norinbergenſi à conſiliis (cujus ob ſingularia in me merita honoris & obſervantiæ ergo hic memini) *in concluſ. & controverſ. ſelect. de pace. concl.*7. Quo pertinet hiſtoria Regis Davidis, qui Abſalonem filium ſupplicem ſibi factum in gratiam recipiens oſculo dignatus eſt. 2. *Samuel.* 14. *v.ult.* Et Patris filii ἀγκλάσου, *Luc.*15.*v.*20. Nec non Syllæ & Mithridatis, de qua in hunc fere modum *Plut. in Sylla. p.* 142. Obviam procedentem Mithridatem, & dextram pro-

 tendentem

Sylla interrogavit, pacem ne iis quibus i
ceperat Archelaus conditionibus accip
ret: & tacente Rege, atqui, inquit, eoru
qui petunt eſt, ut priores verba faciant: v
ctori ſatis eſt tacuiſſe. Vt vero Rex orſus
purgationem, belli partem dijs, partem ip
Romanis imputare conatus eſt, ita ei ſub
cit Sylla: equidem & audivi ex multis, & nu
ipſe experior, ſumma te vi dicendi præſtar
cum honeſtis in ſpeciem ſermonibus pr
factis peſſimis & injuſtiſſimis non deſtitu
re. Facta proinde ejus crudelia demonſtra
atque culpans, rurſus idem interrogavit
cum is annuiſſet, ita demum ſalutavit, am
plexuſque oſculum junxit. Nimirum rem
pub. privatis rebus antepones generoſorun
canum inſtar mordicus arreptam feram a
extremum uſque tenentium, non prius
manibus emiſit adverſarium, quam eun
ſibi de victoria concedere vidiſſet. De horum vero officioſorum ab amatoriis oſculis differentia Philo Iudæus: φίλημα, inquit, διαφέρει τοῦ φιλεῖν, τὸ μὲν γὰρ ψυχῶν εὐρεσιν ἁρμοζομένων εὔνοια. τὸ δὲ ψιλὴν καὶ ἐπιπόλαιον δεξίωσιν χρείας τινὸς ἐς σαυτὸν συναγούσης ἔοικεν ἐμφαίνειν.

Sectio Vlt.

Poſtremo de impudicis & luxurioſis oſculis agit Salomon *prov.* 7. *verſ.* 13. inter

blan-

blanditias, quibus Meretrices Iuvenes illaqueare ſolent. De iis hæc pauca annotare libet: Illa in lineâ amoris ab inſano amatore (cujus hoc eſt diſtichon:

Εὐδαίμων ὁ βλέπων σέ, τρισόλβιος ὅστις ἀκούει.
Ἡμίθεος δ' ὁ φιλῶν, ἀθάνατος δ' ὁ συνών)

tertio: à Donato Terentii interprete quarto loco haberi, cum quo facit Anton. Mancinellus *apud Horat. lib. 1. carmin. od. 13. Accurſ. & Hoſtienſ. in gl. l. quod ait lex de adult:*

Viſus & alloquium, tactus, poſt oſcula factum:
Ni fugias tactus, vix evitabitur actus.

Thomas vero Cantiprat, in lib. qui inſcribitur, Bonum univerſale *lib. 2. c.* §. 49. (quem allegant Henr. Kornm. *Syb. Trygand. c. 33. p. 75.*) quintam ait viam ad fornicationem eſſe luxum in oſculo. Alii hos ad venerem gradus conſtituunt:

Poſt viſum riſus, poſt riſum venit ad uſum,
Poſt uſum tactus, poſt tactum venit ad actum:
Poſt actum factum, poſt factum pœnitet actum.

Quicquid ſit, in eo omnes conveniunt, Oſcula Venerem proxime antecedere: Quod auctoritate etiam ſua Magiſter amoris & peritus vates Naſo confirmat, dum canit:

Oſcula qui ſumpſit, ſi non & cetera ſumpſit,
Hæc quoque quæ data ſunt perdere dignus erat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Quantum defuerat pleno poſt oſcula voto?
Heu mihi ruſticitas non pudor ille fuit.

Et Comicus *in Curc. act.1. ſc.1.* Qui è nuce nucleum eſſe vult, frangit nucem : Qui vult cubare, pandit ſaltum ſuaviis. Cujus rei hæc eſt ratio, quod luxuria per oſculum incitatur, qui in oſculantibus convenientia partium fit, & animales ſpirirus conjunguntur. Vnde Ariſtoteles dicit, quod equi ante coitum conſpirant anhelitu & per hoc ad luxuriam provocantur. Porro oſcula amoris in duplici ſunt differentia, alia enim ſagittata dicuntur, quæ inſtar ſagittarum animum feriunt, apud Plaut. in trinum act. 2. alia ſunt inerma, quando in unum omnia vota amantium non conjunguntur apud *Propert. lib.1.el.2.*

Oſculaque admota ſumere inerma manu.

Alia etiam oſcula dimidio, alia utroque labro dabantur, *Teſtis Martialis lib.2.epiſt.10.*

Baſia dimidio quæ das mihi, Poſtume, labro,
Laudo: licet demas hinc quoque dimidium.
Vis dare majus adhuc, & inenarrabile munus?
Hoc tibi habe totum Poſtume dimidium.

Et eod. epiſt.22.

Quid mihi vobiſcum eſt, O Phœbe novemque ſorores?
Ecce nocet vati Muſa jocoſa ſua.
Dimidio nobis dare Poſtumus ante ſolebat
Baſia, nunc labro cœpit utroque dare.

Quoad formam ſuaviorum, varias licet obſervare amantium ineptias : Ad baſia primum

mum invitabant Linguam proferendo, ut conſtat ex Plaut. aſinar. act. 4. ſc. 1. Forte ſi tuſſire occepſit ne ſic tuſſiat, ut cuiquam linguam in tuſſiendo proferat. Quod illa autem ſimulet quaſi gravedo profluat, Hoc ne ſic faciat: Tu labellum abſtergeas potius quam cuiquam illa ſalivium faciat: ex lectione I. Palmer: cum aliæ editiones habeant: Qam cuiquam ſavium faciat palam. Dein inter baſiandum labella teneris morſiunculis ſtringebant: quarum Plaut. meminit *Pſeud. act.* 1. *ſc.* 1. Catullus: Cui labella mordebis? Apuleius: Illi purpurea delibantes oſcula clemente morſu roſea labella vellicent. *Plutarchus in Pompejo pag.* 376. Floram meretricem jam natu grandem ferunt ſæpe gratam conſuetudinis olim cum Pompeio habitæ mentionem feciſſe, & dixiſſe, nunquam ſe ab eo, ſi una cubaſſet, ſine morſu diſceſſiſſe.

Solebant linguas tradere iiſque colludere: Lucian. ἑταιρ. διαλ. ἐφίλουν μὲ τὸ πρῶτον ὥσπερ οἱ ἄνδρες, ὀκαύζα μόνον προσαρμόζουσαι τὰ χείλη, ἀλλ' ὑπανοίγουσα τὸ στόμα. *Apuleius Miles.* 6. Accepturus ab ipſa Venere ſeptem ſavia & unum blandientis linguæ appulſum longe mellitum. *Idem lib.* 2. Arctius eam complexus cæpi ſuaviari: jamq; patientis oris inhalatu Cinnameo & occurſantis linguæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

linguæ illiſu nectareo prona libidine allubeſcente, &c. Tibullus:

Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis
Oſcula.

Quod Cn. Matius appellat: Columbatim labra conſerere labris. Mecænas: Si quis fæminæ citro ciſpatæ labris columbatur. *Martial. lib.* 1. *ep.* 110. Iſſa eſt purior oſculo columbæ. *Plautus Aſinar. act.* 3. *ſc.* 3. Facere proſerpentem beſtiam Græci καταγλώττισμα: alii denique valgiter ſuaviari. Præterea ſalivas oris miſcebant. Quod me Catullus docet carmin: 73.

Sed nunc id doleo, quod puræ pura puellæ
Savia comminxit ſpurca ſaliva tua.

Et Lucretius lib. 4. -- *Iunguntque ſalivas*
Oris & inſpirant preſſantes dentibus ora.

Denique ſuavia aromatis ſuaviora reddebant: de quo multa apud Martialem: ut lib. 2. ep. 12.

Eſſe quid hoc dicam, quod olent tua baſia myrrham.
Quodque tibi eſt nunquam non alienus odor?
Hoc mihi ſuſpectum eſt, quod oles bene Poſtume ſemper
Poſtume non bene olet, qui bene ſemper olet.
Quid ſpirat tenera malum mordente puella,
Quod de Corycio quæ venit aura croco:
Vinea quod primis floret cum caua racemis:
Gramina quod redolent, quæ modo carpſit ovis
Quod Myrtus, quod meſſor Arabs, quod ſuccina trita
Pallidus Eoo ture quod ignis olet:
Gleba quod æſtivo leviter cum ſpargitur imbre:
Quod madidas nardo ſpaſa corona comas:
Hoc tua ſave puer Diadumene baſia fragrant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Quid ſi tota dares illa ſine invidia?
Fragravit ore quod roſarium Pæſti:
Quod Atticarum prima mella cerarum:
Quod ſuccinorum rapta de manu glebæ.

Ante verò, quàm receptui canam, non poſſum, quin epimetri loco annectam inſanum Ageſilai, laudatiſſimi cetera Spartanorum Regis amorem, de quo ita Hiſtoricus in ejus vita p. 349. Ageſilaus inſano Megabatis Spithridatis filii amore correptus, cum ſalutandi & oſculandi cauſa accedentem declinaverat, cumque is verecundia motus deinceps eminus ipſum ſalutaret, pœnitentia non admiſſi oſculi dactus, mirari ſimulavit, ecquid ſe Megabates non ore etiam admoto ſalutaret Tu in cauſſa es, dicebant familiares, qui oſculum pulcri pueri formidaſti atque fugiſti: nam adhuc facilè ei perſuadebitur, ut ſi te id non metuere certò ſciat, ad oſculum veniat. Sub hæc verba Ageſilaus cum aliquandiu cogitabundus tacuiſſet, Nihil opus eſſe reſpondit id ei perſuaderi: ſe non libentius iterum cum oſculo certaturum, quam omnia, quæ conſpexiſſet, aurea habiturum. Talem quidem ſe præſente adhuc Megabate geſſit, abſente autem eo ita arſit, ut dictu difficile ſit, an ſi ille rediiſſet, temperaturus ſibi ab oſculo fuerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

καὶ ταῦτα δὴ περὶ τούτων Neque n. à ſtudiis coſuetis diutius mihi abeſſe conceditur, tum exiſtimatio mea me calamum ponere jubet, ne ut laudibus arguitur vini vinoſus Homerus: ita ego accuratiori ſuaviorum deſcriptione pro ſectatore puellarum habear. Te amice Lector

Paulum ſepoſita ſeveritate
Parcas luſibus & jocis rogamus:
Nec caſtrare velis meos libellos.

Sin cui Theonino dente noſtra carpere ſedeat, in ipſum non injuria dicterium Edvardi III. Angliæ Regis, quod cum faſciam amaſiæ ſuæ ſaltantis pede delapſam ſuſtuliſſet, protulit, poſteaque Ordini Equitum Garteriorum, ſive D. Gorgii, ab ipſo Anno 1350. inſtituto, Symboli loco tribuit vibramus:

HONNI SOIT QUI MALY PENES.

THESES INAVGVRALES

De

VIRGINIBUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

I.

DIVINVS ille ſenex Hippocrates *l.* 1. *aph.* 13. ætatum quatuor ponit differentias, quarum primam *Infantiam*, alteram *Iuventutem*, tertiam *Conſtantem*, quartam denique *Senectutem vocat.*

2. His in ætatibus conſtitutis varia quoque tribuuntur nomina; in fœminino quidem ſexu poſt infantes, Virgines ſequuntur, quæ conſtanti deinde ætate matronæ, ſeu matres familias, in ultima vetulæ appellantur.

3. Cæteris omiſſis, hac diſputatione res nobis erit cum virginibus, in quarum natura & proprietatibus rimandis ſtylus nobis potiſſimum occupatus erit.

4. Dicitur autem juxta Antoninum Florentinenſem *in Summa ſua tit.* 2. *c.* 1. §. *Virgo* quaſi *virum agens*, hoc eſt repellens, ut non permittat ſe cognoſci carnaliter ab eo. Ille nec eſt modus naturalis, quo amittitur virginitas. Vel à Virore, ſecundum *Thomam*, quæ non eſt experta aduſtionem, hoc eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

hoc eſt actum venereum delectationis ſicut arbor dicitur viridis, quæ à calore non deſiccatur in foliis, vel, ut dicit Fulgentius ad Probam *in lib. de Virginitate*, *Virgo* quaſi: *virago* & hoc à *viro*. Vir autem à *virtute*, ut ex ipſo ſe nomine ſemper admoneri cogitet.

5. Aliis virgo quaſi vigor, à vigore ætatis, qui circa annos nubiles eſt. Aliis quaſi Vorago, vel quod ea ætate incipiat medios poſſe vorare viros. Vel quod habeat fundum, nec poſſit impleri: **Es muß Fleiſch da ſeyn / das Ding friſſet kein Hew.** Secundum Berſmannum:

Non herbis hoc fit rigidus quas educat hortus,
Carne opus eſt, illas ſi ſaturare velis.

Germanis **ein Jungfraw** / quaſi **Vnfraw**/ quod nondum ſit mulier. Aliis quaſi **Gumpfraw** / à **Gumpen**; Vnde **Gimpel.** Verior illorum Etymologia, qui quaſi **Jungefraw** dictam affirmant. Porro variis rebus Virginis vocabulum attribuitur. Inanimatis ut ſexto Zodiaci ſigno: Fonti Romæ, teſte Marliano *in Topograph. orb. Rom. lib. 6. c. 15. & l. 7. c. 16.* Triremibus à mari nondum tactis apud Ariſtoph. *in Equit act. 4. ſc. 1.* Imò cuilibet rei incorruptæ, ut Philoſophiæ apud *Cic. in Orat.* Eloquentiæ *de Clar. Orat.* Chartæ apud *Martial.* Terræ apud *Plinium.*

8. Ani-

8. Animatis, ut Roſis apud Catull. *in pervig. Vener.* Equæ apud *Plin.* quin etiam ipſis Virginum partibus, ut papillis apud *Catull. d. l.*

9. Magis propriè homini: vel ſexus virilis, videl. pueris in veſtibus, qui bona ſua nemini dum vendiderunt, vel fœminini, utpote fœminæ eique vel corruptæ apud Terent. *Adelph. act. 4. ſc. 5. & 7.* & Virg. *Eclog. 6.* vel incorruptæ.

10. Huicque rurſus aut nondum ad juſtam ætatem provectæ, ut ſunt puellæ Virgunculæ dictæ **Halbgewachſene Friſchling/ Backfiſchlein**: Aut exoletæ, quæ jam nubilem ætatem transgreſſæ in Virginitate ſenium contraxit. *Ariſtoteli* παρθένος ὑπερήμερος τοῦ γάμου, Proverbialiter γραῦς στέλφος, **Die nunmehr vnter das alt Eiſſen gerechnet wird: oder/ als man im ſprichwort ſagt/ Federwiſch vor der Hell feyl hat.** Fruit ſurannè Gallis, **vberzeitigte Jungfrawen mit alten Geſichtern.** Vbi notandum, *Apharantes* olim has virginum optimas putaſſe, quæ plurimum temporis manſerint Virgines. *Stobæ. ſer. 42.*

11. Propriiſſimè autem virginis nomen competit puellæ in pubertatis annis conſiſtenti, verum tamen nondum expertæ. Græcis κορειζομβρύη, ICtis Viripotens, *l. 12. ff. de V. S. l. 101. ff. de cond. & dem.* **Ein**

ſtandene Mannbare Vnbefülte Jungfraw.

12. Pubertatis autem annum *Medici* à menſium profluvio & pilorum circa pudendum proventu definiunt, quod in diverſis diverſo ætatis tempore contingit. Cum verò inſpectio habitudinis corporis impudica viſa ſit, *ICti* antiquitatis normam in fœminis benè poſitam in ſuo ordine relinquentes, communiter poſt duodecim annos completos pro puberibus habendas ſtatuerunt, *in pr. Inſt. quib. mod. tut. fini. l. ult. C. quando tut. eſſe deſin. Nov.* 100. *c.* 2.

13. Iura vero Canonum, quæ magis ad noſtra tempora ſe accommodant, etiam puberes eas vocant, in quibus malitia ſupplet ætatem, *c. puberes. Ext. de deſp impub.* quas Galli appellant, une fille tempremuere, Frühzeitig.

14. Cauſæ virginis eædem ſunt, quæ fœminæ in genere, excepta formali, quæ ipſa eſt Virginitas, quam Ambroſius definit expertem contagionis integritatem.

15. Virginitas autem ea eſt duplex, una mentis, altera carnis; ſic docendi cauſa ab invicem ſeparatæ. Hinc Ambroſ. ait, Tolerabilius eſt mentem virginem quàm carnem habere: & Auguſtin. *in Pſalm* 29. Quid prodeſt integra caro, mẽte corrupta?

16. De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

16. De priore ait *gl. in c. cauſam in fi. verb. privilegium. De probat.* eam eſſe principium omnium Virtutum: definitur. que vulgo propoſitum perpetuo abſtinendi à Venereâ delectatione nec dum expertâ.

17. De hac eſt, quod ſcribit ſuprâ cit. Anton. *d. l.* §. 3. quantum ad ejus initium & ſeminarium, hoc eſt inclinationem ſive diſpoſitionem naturalem, ineſſe illam à naturâ, ſicut & omnis virtus, & quantum ad cauſam remotam, quæ eſt integritas carnis, & materiam propinquam, quæ eſt experientia Venerea voluptatis, ineſſe eam à natura & nativitate, quia omnes naſcuntur virgines, & inexpertes voluptatis, ſecund. Pet. de Pal. *in 4. diſt.* 33. Sed quantum ad complementum actuale vel habituale, & ſic non eſſe à nativitate vel à natura plus quam aliæ virtutes, nam puer naſcens non habet actum nec habitum virginitatis plusquam liberalitatis, ſed eſt ſicut aliæ morales per acquiſitionem & infuſionem. Non enim quicunque habet integritatem carnis, cum venerit ad annos pubertatis, ſi eligat in carne incorruptibiliter vivere, ſtatim per hoc habet habitum virginitatis, ſed quando cum hoc habituali propoſito frequenter domaverit motus carnis, aggeneratur in eo habitus.

18. Effecta Virginum pleraque quoque com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

communia ſunt cum fœminis cæteris: exceptis paucis his, quæ peculiariter ab autoribus recenſentur. *Ælian. l. 11. c. 18.* retentam in equo urinam laxari ait, & ſtatim copioſe reddi, ſedarique dolorem, ſi virgo Zona, qua cingitur, ſoluta, faciem ejus feriat, ſtrumas ab iisdem jejunis ſæpius contrectatas ſanari aſſerunt alii. Nonnulli inter mamillas ova Gallinarum & bombycum excludere eas poſſe affirmant. Addunt alii, ſi primitias arboris decerpant, fructus illius fiſſura notari. Bonifacius quidam Carnalis Romanus ſcribit, fontes nimio æſtu exſiccatos virginum cantu ad ſcaturiginem horum præſertim cum ſuavi Muſica confidentium, revocari poſſe.

19. Accidentia Virginis vel animum concernunt, vel corpus, vel mores.

20. Inter animi accidentia primum & præcipuum eſt pietas & ſanctimonia: teſte D. Paulo 1. *Cor.* 7.

21. Hanc ut virgines melius excolere poſſent, cœnobia olim conſecrata ſunt, in quibus à muudanis delitiis ſequeſtratæ Deo ſerviendi liberiorem haberent facultatem: qui tamen finis apud noſtras Moniales nimis quam exolevit, de quibus rectè vulgus:

Geiſtlich umb den Kopff/ weltlich (rauch) umb den
Bauch/
Iſt itzunder der Nonnen Brauch.

22. Secun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

22. Secundum accidens eſt *Caſtitas*, quæ eſt abſtinentia tam corporis, quam animi, & idem ferè cum virginitate mentali, de qua ſupra. Hæc cum ſola poſſibilis ſit, hominum animas eo præſentare; *Auth. de Leno.* §. *ſancimus,* & §. 2. *collat.* 3. adeoque ſecundum mores hominum major etjam in fœminis requiratur: *gl. in l.* 43. § *quæ in adulterio deprehenſa. lit. Q. ff. de ritu nupt.* non videtur adeo feciſſe malè, quamvis iracundè nimis Virginius Romanus caſtitatem filiæ vitæ quoque ejus præferendam exiſtimans, & illam interficiens, ut morte virginis contumeliam ſtupri arceret, *l.* 2. §. 24. *ff. de Off. Iud.*

23. Huic cognatus eſt *Pudor* ac *Verecundia*, non tam illa, quæ poſt commiſſum aliquod dedecus ſequitur, & ab Ariſtot. 2. *Reth.* dolor ac perturbatio in malis præſentibus aut futuris, quæ infamiam inferunt, proveniens, definitur, quam quæ dedecus præcedit, & cuſtos omnium virtutum Cic. *in part. Or.* dicitur. Hæc velut regina eſt in Virtutibus virginitatis, & individuus ejus comes: moderatrix Cupiditatum & arx pulchritudinis: qua de cauſa Pythias filia Ariſtotelis roganti, quis color pulcherrimus eſſet, reſpondit, is, quem in ingenuis pudor gignit.

24. Ac-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

24. Accidentia corporis ſunt vel naturalia, vel præternaturalia: utraqne rurſus vel cum mulieribus communia, vel ſolis virginibus propria.

25. Communia ſunt forma, & fluxus menſium.

26. Forma virgines decet honeſta, ſive quam ſtatam, id eſt, mediocrem vocant. **Sie ſollen nicht gar ſeyn / wie das Bild von Riebelheim / welches die Mücken alſo beſchiſſen/ daß es die Bawern nicht mehr anbeten wolten:** Si verò pulchræ quoque ſunt, eò redduntur amabiliores.

27. Pulchritndo autem abſolvitur potiſſimum coloris ſuavitate, & apta partium proportione, qualem deſcribit Franciſcus Corniger his verſibus:

Triginta hæc habeat quæ vult formoſa videri
Fæmina, ſic Helenam fama fuiſſe refert.
Alba tria, & totidem nigra, & tria rubra, puella
Tres habeat longas res, totidemque breves,
Tres craſſas, totidem graciles, tria ſtricta, tot ampla,
Sint itidem huic formæ, ſint quoque parva tria.
Alba cutis, nivei dentes, albique capilli,
Nigri oculi, cunnus, nigra ſupercilia.
Labra, genæ, atque ungues rubri, ſit corpore longo,
Et longi crines, ſit quoque longa manus:
Sintque breves dentes, auris, pes: pectora lata,
Et clunes, diſtent ipſa ſupercilia.
Cunnus & os strictum, ſtringunt ubi cingula ſtricta,
Sint coxæ & culus, vulvaque turgidula.
Subtiles digiti, crines, & labra puellis,
Parvus ſit naſus, parva mamilla, caput.

28 Ger-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

28. Germanicis rithmis à diverſis regionibus deſcribitur pulchra:

Der Kopff von Prag/ die Füß vom Rhein/
Die Bruſt auß Oeſterreich ſolln ſeyn:
Auß Franckreich der gewelbter Bauch/
Auß Beyerlandt das Büſchlein rauch/
Der Rück auß Brabant/ die Hand von Cölln/
Den Arß auß Schwaben/ Kuſt ihr Geſelln.

29. Fluxus menſtruus nil aliud eſt, quam purgatio quædam à natura ob ſanguinem in fœminis, quantitate, interdum etiam qualitate peccantem, ſtatis temporum periodis ſuſcepta.

30. Incipit hic fluxus anno plerumque 14. circa quem increſcente jam & vegetiore facto calore nativo, pubes erumpit, ubera tumeſcunt, corpus libidine titillatur, exuberans ſanguis, calore velut attenuatus diffunditur, vixque ſuis receptaculis coërcitus viam ſibi parat, qua dimanet. Da hebt ſie an das Zahnfleiſch jücken/ werden Bräutgail/ vnd vberauß begirig zum Kützel.

31. Ideoque hoc tempore maximè illas cuſtodiri præcipiunt, Ariſtot. *lib. 7. anim. hiſt. cap.* 1. & Levinus Lemnius *in occultis ſuis*, quæ quilibet leget, quod videlicet vernis paſſeribus tunc ſalaciores ea unguiculis perpruriſcant, & ſummoporè avere incipiant, thyrſum illum, quô ſe caſabun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

dæ ſuſtinere plerumque conſueverunt, ſecundum vulgares rythmos:

Cum ux rubeſcit, juvenis cum virgo pubeſcit,
Tunc nux vult frangi, tunc virgo ſtipite tangi.

32. Præter naturam cum mulieribus communia accidentia ſunt varii, quibus obnoxiæ ſunt, affectus, ut eſt fluxus dicti, diminutio, aut nimia abundantia. Fluor muliebris, ſive albus, quem Fernelius in puella octenni vidiſſe ſe teſtatur *lib. 6. patholog. cap. 16.* Vteri ſuffocationes tunc præſertim, quando jam ad majorem ætatem devenerunt, in qua propter Veneris impatientiam & cruciatum voluptatis conceptæ, ſemen diſtentum, niſi quocunque modo emittatur, talia ſymptomata excitare ſolet, de quibus vide Galen. *lib. 6. de loc. aff.*

33 Accidens Virginibus propriũ & naturale eſt mammarum durities, ac membri genitalis integritas & anguſtia, unde Latinis *inguen*, quaſi **inwendig eng.**

34. Integritas illa, in quibus conſiſtat, diſputant Anatomici. Quidam membranam inveniri ſcribunt, in ductu cervicis uteri tranſverſim poſitam, uno aut pluribus foraminibus, urinæ ac menſibus perviam, eamque Hymena vocant, qua diſrupta, Virginitas pereat.

35. Alii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

35. Alii volunt, cervicis latera Venerem nondum expertis, quaſi conglutinata connivere, quæ primus concubitus divellat.

36. Verius Severinus Pinæus *lib. 1. opuſc. Phyſiol. & anatom. cap. 4.* eam ſitam ſtatuit, in quatuor caruncularum in uteri cervice ſitarum, apta per membranulas colligatione, quam productionem ſinus pudoris, hymena, columnam & clauſtrum virginale vocat, ac ſeq. cap. 5. Roſæ nondum planè explicatæ, & garyophyllo eleganter comparat.

37. Hanc integritatem ipſius Virginitatis, quam ſupra carnis, diximus, nomine inſigniunt authores, ejuſque ſigna τὰ παρθένια vocant.

38 Eorum autem diverſa à diverſis proponuntur, quorum alia ab ipſis corporis partibus, & excrementis, alia à rebus extraneis, iisque vel intra corpus aſſumtis, vel exterius admotis, vel tantum circumſtantibus ſumuntur.

39 à Corporis pars, ſignũ virginitatis deſumitur præcipuum, eſt ipſum pudendum, hoc enim inſpectum, vel tactum, ſi integrum, ut paulò ante deſcriptum, inveniatur, certiſſimum virginitatis ſignum eſt, quanquam Cujacius *lib. 17. obſervat. 27.* olim facultatem inſpiciendi, an aliqua Virgo ſit, quoniam in difficili eſt, non

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

conſuetam fuiſſe dicat, licet Carolo V. *in conſtit. crim. art.* 35. *& ſeq.* aliud placuerit.

40. Quamvis idem Pinæus *cap.* 5. exemplis duobus oſtendat, relaxari poſſe ſponte illas carunculas, vel per affluxum menſium, vel, ut *cap* 6. docet, per clamorem nimium, excretionem alvi, & urinæ difficiliorem, labores in elevatione graviorum ponderum, & porro concedat uno vel altero coitu tempore menſium facto diſtendi quidem, ſed non diſrumpi clauſtrum, & poſt deſinentem fluxum reſiccari: Quin etiam alio tempore factam diſruptionem per intermiſſionem rei Venereæ coaleſcere rurſus poſſe admittat.

41 Huc pertinet ſignum illud Iſraelitarum, qui ſuppoſito panno, promanantem ex primo concubitu ſanguinem in ſignum caſtitatis exceptum reſervabant. Quod etiam de Nolenſibus prodit Afflictus *deciſ.* 236.

42. Porro ſororiantes quoque & duriuſculæ mamillæ, quas horridulas *Plautus* nominat, ſignum eſſe poſſunt virginitatis, quarum papillæ fragorum inſtar rubent, & circulus has ambiens pallet, ſecus, quàm in mulieribus, Item maxillarum efflореſcentia, ut & oculorum ac vocis claritas, atque conſtantia: contrario enim ſi ſe
habeant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

[h]abeant modo, corruptionis ſuſpicionem [h]aud levem movent, juxta verſiculos:

[Q]uæ vaga, quæ pallet, bene quæ mammata puella eſt,
Vix ſunt intactæ virginitatis opes.

[I]tem: *Si folles molles, gena pallet, gyrat ocellus.*
Signa tibi ruptæ Virginitatis erunt.

Similiter Virginitatis ſignum erunt, ſi [f]ilum ab extremo Naſo per mediam fron[t]em ad ſuturæ ſagittalis finem ductum, collum ejus puellæ in ſe comprehendere [p]oſſit.

44. Excrementum eſt urina, quæ Virginibus ſanis ſubcitrina & ſerena eſt, Ægid. *in tract. de jud. Vrinar.* Ea etiam. ſi ſuperfuſa malvæ, aut urticæ mortuæ virides per noctem herbas conſervat, à Virgine ſe prodiiſſe monſtrat.

45. Intra corpus, ſi ſumat oculum corvi pulveriſatum, armoniacum aqua temperatum, fel leporinum, pulverem de partibus croces in liliis albis, aut gagatis lapidis, vel ſuccini, urinamque retineat, Virgo adhuc eſt. *Mizald. Cent.* 7. *aph.* 12. Idem facere ſuffitum gagatis, teſtatur Plinius *lib.* 36. *cap.* 19.

46. Exterius admota ſunt vel medicaméta vel ornamenta. Medicamenta, radix lupuli combuſta, inque pulverem redacta, lodicibuſque ſubjecta: Pulvis matricariæ combuſtæ, radices petroſelini contritæ, fructus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

lactucæ, omnia naribus adhibita: Aconitum capiti impoſitum, fumus ſeminis portulacæ, vel foliorum perſonatæ, quam Bardanam vocant, per infundibulum genitalibus immiſſus. Hæc, ſi cui urinam non cieant, incorrupta cenſebitur. Mizald. *d. cent. aph.*64.

47. Ornamenta, quibus dignoſcimus virgines, ſunt coronæ, ex variis floſculis compoſitæ, quas quibuſdam in locis capitis futuræ, coronali inde dictæ, in aliis vero lateri dextro imponunt: Veſtimenta item cuique genti & urbi ſingularia; Quibus quippe bene olim diſtinctas apud Romanos, Spartanos, Athenienſes, alioſque populos ab ſe invicem Matronas, Virgines, Ancillas, ac Meretrices fuiſſe legimus apud Horat. *l.*1.*ſerm ſacyr.*3. Tertul.*de virg. veland.* & *lib. de cult. fæm.* Clement.4.*pædagog.*& prolixe apud Lipſium *ad lib.*1. & 3.*annal. Taciti.* Annulis quoque duobus Virgines uti poterant, iiſque à ſponſo acceptis: Horum qui Thynius dicebatur, purus erat; Samothracius, aureus quidem, ſed capite ferreo, 19 *Iſidor.*32.

48. Externa ſigna corporis circumſtantia licet apud nos nulla reperiantur, proditum tamen legitur apud Achil. Tatium *lib.*8.*de amor. Clitoph.* & *Leucipp.* antrum quoddam prope Epheſum in luco Dianæ

fuiſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

fuiſſe, Panis dictum; in quo fiſtula pendens ingredientem virginem dulciſſimo cantu, defloratam econtra miſerabili ejulatu, vel potius etiam alto ſilentio exceperit. Vti quoque fontem Stygis, cujus aqua, ſi virgo juramentum ſuum, inſcriptum cartæ, in ejus crepidinem deponebat, limpida & quieta manſerit, at ſi corrupta idem tentabat, turbata, ad extremum uſque fontis labrum intumuerit.

49. Pariter refert Boiſſardus *in topograph. Romæ, die* 1. in delubro pudicitiæ imaginem marmoream apertis labiis, buccam veritatis dictam, cujus in os jurata, manum impoſuerit, ac ſi ψευδοπαρθένος erat, contracto ore manum ei imago amputaverit.

50. Scribunt etiam Syneſius, Iohannes Tzetzes, Ælianus, & Oppianus, avem eſſe porphyrionem dictam, quæ ad conſpectum ſcorti moriatur. Hæc usque certiſſimum virginitatis documentum præbere poſſet. Cur autem ejus tanta ſit raritas, non Delphis petendum, adeo fœcunda Virginum hæc tempora, ſterilia caſtarum.

51. Atque hæc de ſignis virginitatis dicta ſufficiant, ubi tamen notandum, unum vel alterum ſignum ſolum vix eſſe ſufficiens, ut certum quid adſtruere poſſimns: Sed quod prudentes Iuriſconſulti & Medici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

in ambiguis caſibus faciunt, vel omnia vel quam plurima, eaque præcipua conjungenda, & ex illarum concurſu, quod videbitur pronunciandum.

52. Reſtat ex accidentibus corpori proprium virginibus præter naturam, quod dicitur morbus virgineus, alias amatorius, ſeu febris alba. Eſt autem nil aliud, quam obſtructio venarum circa matricem: cujus ratione ſanguis ſuperfluus ad venas majores regurgitans, epatis operationes interturbat, unde crudus generatur humor, & in corpus diſtributus, colorem rubicundum deformat in pallidum totum refrigerat, parvam ac crebram reſpirationem, cordis palpitationem, laſſitudinem, cibi faſtidium, & capitis gravitatem, atque dolorem infert.

53. Hic ut curetur, requirit medicamenta, quæ frigidos & viſcidos humores incidunt, attenuant, crudelitates concoquunt, obſtructiones aperiunt, & materias adhærentes abſtergunt, de quibus vide Mercat. *de morb. mul. l. 2. c. 6.*

54 Quod ſi his adhibitis non ceſſet, & accedat abundantis & titillantis ſeminis cohibitio, conuenientius remedium, quam hoc, nullum eſſe poteſt:

R *Mentæ parvæ palmum unum,*
Orchidis manip. 2.

Fac rem in re, carnem in carne, fiat infuſio

fuſio in ſtrato lecto, idque mane & ſero nocte concubia, & in omni tempore repetatur. Probatum eſt.

55. Fuerunt hactenus accidentia corporis, morum ſequuntur, quæ ut pauci contrahamus, conſiſtunt in eo, ut Virgines non ſint garrulæ, nec nugigerulæ, aut verboſæ, ſed, ut loquitur *Auguſtinus*, prudentes in oratione non tam eloquentia, quam pudore pretioſa, nec ſe efferant ſuperbia, ſed modeſte cuncta peragant, cum ſecundum eundem *Auguſtinum*, alias melius eſſet, humile conjugium quam ſuperba virginitas.

56. Laboribus ſibi convenientibus ſedulo incumbant, eaque ratione ſe à Cupidineis flammis defendant, juxta Ovidium enim:

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus.

Hinc Athenienſium Virginibus, ne otioſæ eſſent, ſolenne fuerat, peplum contexere, & Palladi dicare, in quo præclara Heroum fortium facta exprimebantur.

57. Adhæc ſuſpectarum & laſcivarum commercia cane pejus & angue fugiant, quando quidem Iuvenalis ſententia:

——— ſicut grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci,
Vvaque conſpecta, livorem ducit ab uva.

ſic cum his talibus converſantes, iis quoque ſimiles ſenſim inſciæ evadunt.

58. A curioſitate & frequenti excurſatione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

nocturna præſertim , hodiè nimis quàm familiari, omninò ſibi interdicant, cum non neſciant vulgare proverbium : **Fůrwitz macht Jungfrawen thewer.** Quo à vitio, ut virginibus ſuis caverent, Hebræi moti inprimis exemplo Dinæ Iacobi filiæ *Geneſ.* 34. incluſas eas & inviſas à publico continebant. Ethnici quoque, ut cuſtodirent filias, thalamum, locum in extrema parte ædium, conſtituerunt, in quem, ne temerè ante nuptiarum tempus conſpicerentur, hæ cum matribus ſeſe ſubducedant.

59. Qua de re partes illas ad ſeſſionem deſtinatas (**die dickköpffichte Aerß**) ſi quis penitius introſpiciat, latiores in fœminis, quàm in viris ab ipſa natura factas ſentiet, quem tamen uſum nemo adhuc inter Anatomicos animadvertit.

60. Præter hactenus enarrata accidentia Virgines quoque ſingularis quædam amabilitas conſequitur, quam τὴν χάριν, ſive gratiam vocatam *Homerus* huic ætati tribuere videtur, cum quo conſentiens *Plutarchus* ἐν ἐρωτικῷ prodit, gratiam ab antiquis appellatam eſſe fœminæ conceſſionem, qua ſe ſubmittit, & commodat viro. Hinc puellam nondum viripotentem ἄχαριν Sapho vocat.

61. Tanta autem hæc in virginibus gratia eſt, ut antiqui tabernis ſuis eas præpo-

nere

nere conſueverint, quo provocarent contrahentes, ut patet ex *l.* 8. *ff. de Inſt. action.* *& l. quæ adulterium C. de adult.* per hanc enim non ſolum homines, præſertim juvenes ætate adhuc calentes, verum etiam ipſas beſtias facilè ſibi conciliant: Nam, teſte Geſnero, Pſittacus ad conſpectum virginis exhilaratur, & geſtibus ſeſe erga illam oſtendit admodum applicabilem.

62. Adſtruente etiam Æliano, Elephantes ſummoperè has amat, adeo ut dona ipſis, prætereundo tuliſſe, promuſcidem intra veſtium ſinus inſeruiſſe, faciemque ad amoris declarationem terſiſſe ferantur.

63. De Monocerote ſimilia refert Iſidorus *lib.*12. *Etymol. cap.* 2. & Natalis Comes *lib.* 4. *Vexat.*

Virginis amplexum cupiit fera bellua (nam ſic
Fama refert) ſomnumque, placidamque quietem
Virginis in gremio optatæ, ſomnoque ſoluta
Funibus invenit ſeſe, vincliſque ligatam,
Seu natura dedit ſecreti ſemina amoris
Virginis, atque feræ eſt atrox inanata cupido.

Quin etiam Plurarchus ſcriptum reliquit, ſerpentem AEtolæ cujuſdam virginis amore captum, nocte eam adire conſueviſſe: & Plinius, Aquilam tanto Virginem amore proſecutam tradit, ut cum mortuam efferri conſpicaretur, gemebunda quaſi ſubſiſtens, poſtremoque in accen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſum ſeſe rogum immittens, ſimul cum Amaſia conflagrarit,

65. De juvenibus ſiquidem ſecundum naturam ſeſe habentibus, non eſt, quod multum probemus, ein jeder ziehe ſich ſelbſt bey der Naſen. Si qui vero præter naturam ſtolidæ frigiditatis Catoniaſtri inveniantur, in eos merito vates invehitur:

Dii pereat quisquis lepidam ſpectare puellam
Ferreus hanc ullo tactus amore poteſt,
Turgiduloſque oculos leviterque natantes
Nec poterit blandum poſcere baſiolum.

Et alioquin utplurimum in his talibus videmus, quod olim Tibullus ait:

Vidi ego, qui juvenum miſeros luſiſſet amores
Poſt Veneris vinclis, ſubdere colla ſenem.

66. Dotatæ vero ſunt virgines hac gratia ab ipſa natura ob ſpecie propagationem:

Nam lepidum, nam dulce aliquid, blandumque videri
Oppoſuit natura viris, quo ducimur omnes,
Sed ſine vi, ſed ſponte tamen, centrumque puella eſt,
Hanc circumrotat orbis & alti machina mundi.

67. Ipſa quoque nativa ſimplicitas & integritas Virginitatis, quem non in Amoris ſui naſſam pertrahat? unde eleganter Catullus:

Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contuſus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat ſol, educat imber.
Multi illum pueri, multæ optavere puellæ,
Idem cum tenui carptus defloruit ungue,
Nulli illum pueri, nullæ optavere pullæ
Sic virgo dum intacta manet, tum chara ſuis, ſed

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Cum caſtum amiſit, polluto corpere florem,
Nec pueris jucunda manet, nec chara puellis.

68. Accedit huic pulchritudo virginitatis comes, quæ vel hoſtes exarmatos ad amplexum allicit, eam Publ. Syrus mutam commendationem, Theophraſtus fraudem tacitũ, Plato naturæ privilegium indigetat.

69. Et hæc quoque gratia earum tantum apud Iuriſconſultos & Imperatores valuit, ut ipſis jura & privilegia, quam, quorum mentio fit *cap.* 14. *ext. de probat.* ſubinde conceſſerint, quæ poſt alia, pudicitiam etiam earum defendant *gl. Æmil. l.* 78. *ff. de minoribus.*

70. Sunt autem illa jura ſive privilegia, vel virginitatis propria, vel cum reliquo fœminino ſexu communia.

71. Cum enim generali mulieris appellatione, virgo etiam viri potens contineatur *l.* 1. 3. *ff. d. V. S.* & ideoque mulieris Legato Virgo etiam comprehendatur. *l.* 81. §. 1. *ff. de legat.* 3. *& ibi gl. Virgines.* Videtur ea in genere iiſdem juribus frui, quibus mulieres, niſi ſubjectum vel circumſtantiæ qualitatis aliud ſuadeant. *l. argumento.* §. *muliebri. ff. de auro & arg. legat.*

72. Iiſque privilegiis omnibus fruitur etiam illa, quæ unius viri morientis, inviolatum thorum ſervat, quam miratur pariter ac laudat, & non procul à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

virginitate ponit Imperator *in Nov. 2. c. 3.*

73. Communia itaque ſunt, quod impunè jus ſuum ignorant, *l. 2. in fin. ff. de jure fiſci l. 13. C. de juris & fact. ignor.*

74. Quod corporalia munera non cogantur obire, *lib. 3, de mun. & bon.*

75. Quod non poſſint carcerari, aut à viris cuſtodiri, *Nov*, 134. *c.* 9.

76. Quod non poſſint in publicum protrahi *lib. 1. C. de off. diverſ. jud.* nec in jus vocari *lib. 2. ff. de in jus voc. l. 22. ff. eodem.* Quod citatio realis, tanquam ſeverior non habeat in iis locum, *Gail. obſ.* 48. *num.* 14.

77. Quod non præſumantur donare, gl. ex contrario *in li.* 34. *ff. de neg. geſt.*

78. Quod cum ipſis in genere defenſio pudicitiæ permittatur per *l. 3. ff. de juſt. & jur. l. 8. ff. quod metus cauſa:* tum vero inprimis virgini pro conſervatione virginitatis ſuæ, quam nec Deus ipſe ſuſcitare poſt ruinam poteſt, ſecundum Hieron. & *l. un. C. de rapt. virgin.* acriorem pudicitiæ ſuæ tentatorem occidere permiſſum eſt, ita, ut ordinaria legis Corneliæ pœna affici non debeat, *l. 1. §. 4. ff. ad leg. Corn. de ſicar.* pro qua ratio magna Pual. 5. *ſent. tit.* 23. *verſ. qui latronem,* & ibi Cujacius Vaſus *in controv. illuſtr.* 11. *num.* 10.

79. Huc accedit, quod Dio *l.* 56. de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Auguſto ſcribit, illum nempe eis, quæ virginitatem ſervarent, eadem, quæ matribus præmia largitum fuiſſe, & quod virgo omnino nubere nolens, privilegiis nihilominus nuptiarum gaudeat, *l. Imperialis C. de nupt.* & ibi Baldus. Item, quod vim paſſa illæſæ ſit exiſtimationis *l. 20. C. ad l. Iul. de adulteriis.*

80. Propria ſequuntur, inter quæ notabile maximè eſt, quod Tacitus *l. 5. annal.* ſcribit, tradere authoris temporis ſui inauditum habitum fuiſſe, virginem triumvirali ſupplicio affectam.

81. Iovinianus Imperator capitis puniri voluit, qui ſacram virginem impudico aſpectu fuiſſet intuitus, *hiſt. Eccleſ. fac. l. ſi quis C. de Epiſc. & Cler. & d. l. un. C. de rapt. virgin.* ſiquidem ipſa principia abſcidenda & per ipſum aſpectum inſita animabus, delinitio, & ex hoc lapſus prohibendus, *Novell. 133. c. 3.*

82. Quo referri poteſt etiam illa prærogatiua: Si factum legatum, Monaſterio fuerit in dubio de Monaſterio Virginum, intelligitur Bart. *in l. multis ff. de ſtatu hominum*, Cynus *in l. eum multæ. C. de don. ante nupt. in quæſt. ult.* ubi de hoc idem ſequuntur *Bald. & Ang.*

83. Si virgo dederit aliquid, vel dare promiſerit coacturo, ne ſtuprũ ab eo patiatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

locum habere edictum de reſtituendo in integrum *l.8. quod Si ff. quod metus cauſa.*

84. Inter reliqua hoc quoque ſingulare eſt, quod peculiari miſerabilium perſonarum inter quas eas refert Menochius *de arbit. jud. caſ. 66. num. 1. & 3.* ſecuritate gaudeant, quæ poſt Dei protectionem legib. & imperio præcipue curæ eſſe debent, *l. un. Cod. quando Imp. inter pupill. vel vidu.*

85. Et illud peculiare, quod ſi ex circumſtantiis qualitatem ſexus indicantibus conſtiterit, quod quis virginem animo injuriandi mulierem appellavit, actioni injuriarum locum eſſe dicant, *l. 15. § ſi quis ubi* Bart. & gl. *ff. de injuriis.*

86: Item, quod is, qui frequenter virginem appellat, & aſſectatur, coram illa utitur turpibus verbis, vel abducit comitem, vel proponit, aut cantat aliquid, quod ejus pudorem lædat, tenetur edicto injuriarum *l. 15. § .18. 16. 17. 25. ff. de injur. §. injur. de injur.* Franc. de platea *in tract. reſtit. num. 4.*

87. Plagii quoque crimen cum ſua pœna ad eos traduci poteſt, qui dolo puellas, virgines, corrumpendi, proſtituendique cauſa ſeducunt, ut lenones & vetulæ nonnullæ ſuam operam iis locantes, qui jura negant ſibi nata, & quodlibet licere putant, *VVeſenbec. in inſtit. de jud. publ. §. ult.*

88. In-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

88. Invitæ virgini, oſculum rapiens, capitaliter puniendus cenſetur â Baldo *in l. ſi fugitiui C. de ſer. fugit* allegante *l. ſiquis non legem C. de Epiſc & Cler.* ſecundum gl. vero *in lege* 1. *pr. de extraordin. crim.* pœna arbitraria permittitur, cui ſubſcribit Cynus *in d. l. ſiquis, in 6. oppoſ.* & Salicet. *in l. is qui cum telo, codice, de ſicariis.* dum allegat *d. l.1. de extra. crim.* vide item Afflictum *deciſ.* 276. & Clarum *l.* 5. *ſentent.* § *vlt. quæſt.*83.*verſ.oſcul.infer.*

89. Virginum raptores peſſima criminum peccantes, aliosque auxilium his præbentes, capitis ſupplicio plectendos Imperator decrevit *in d.l. un. C.de rapt. Virg.* §. 8. *Inſtit. de publ. jud. d.l. ſiquis C. de Epiſc. & Cler.* nec his etiam vis aſylorum quicquam proficere debere voluit *Novell.*17.*c.*7. quo pertinet, quod ſervus raptorem Virginis indicans, ipſo jure liber fit, l. 3. *C. pro quib.cauſ.ſerv. pro præm. lib.accij.*

90. Virginem impuberem corrumpens injuriæ accuſari poteſt, *l. ſi creditor ff. de injur.* Cæterum quomodo puniatur talis, vide *l.*38.§. *qui nondum ff. de pœnis l. ſi ſtuprum ff. de incend. l. adigere* §. *quamvis ff. de jure patronatus.*

91. Cæteroquin per vim ſtuprans Virginem capitaliter punitur, §. *ſin autem per vim inſt. de publ. jud. l. mariti* §. *fin. ff. ad l. Iul. de adult.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

adult. in dubio etiam per vim ſtupratam præſumi dicit Maſcardus *de probat. vel.* 3. *concluſ.* 1253. *num.*31.

92. Stupratam autem dotare & in matrimonium aſſumere cogebatur ſtuprator apud Iudæos *Deut.* 23. Quod & olim apud Athenienſes lege cautum fuit, vide Clarum *l.*5. *ſentent.*5. *ſtuprum nu.*3. Hodie à copulativa iſta ob rationes allatas à vveſenbecio *in paratit. ad l. Iul. de adult. n.* 21. reſoluta eſt in alternativam, ita ut vel duci in uxorem, vel ea, quam pater dediſſet, dote inſtrui jubeatur, Canones autem uolunt, ut aut ducat, aut excommunicetur, *c.*1. & 2. *de adult.*

93. Porro filiæ favore pudicitiæ in noxam dari non poſſunt, §.7. *Inſt. de nox. act.*

94. Magna quoque quæſtio eſt, an legatum ea conditione virgini relictum, ne nubat, valeat, reſpondet *gl. in authen. cui relictum C. de indict. viduit. verb. contract. nupt.* veterem legem ſervari, ut poſſit nubere, & habere legatum, *l. cum tale* §. *Maviæ ff. de condit. & demonſtr.*

95 Patris eſt filiam nubilem nuptui dare *l.*3. *de privileg. credit.* Item dotare *l. fin.* §. *utramque C. de dotis promiſſ.* quod ſi hoc diſtulerit pater, uſque ad 25. annum filiæ, & forſan ex hoc contigerit, eam in ſuum corpus peccare, aut ſine conſenſu parentum ſe-

ſe ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſe marito, libero tamen, jungere, ob id exhæredari nequit, *Nov.115.c.3.§.11.auht.ſed ſi poſt.C.de ineff.teſt.*

96. Cæterum licentia diſſentiendi à patre filiæ conceditur, ſi pater indignum moribus, vel turpem ſponſum ei eligat, *l.12.ff. de ſponſal.* vel religionis diverſæ *l.5.C.eod.*

97. Pupillam ſuo arbitrio nubere poſſe, videtur, *arg.l.20.ff.de ritu nupt.* cui conſequens eſt, virginem ſui juris, ſi cultu verecundiæ noluerit propriam voluntatem declarare coram propinquis, ſi inter honeſtos competitores motrimonii oriatur certamen, judici deliberare permiſſum, cui melius ſocietur, *l. 20. C. de nuptiis.* ſi vero in conventionis delectu, competitores illi pares ſunt genere ac moribus, is potior exiſtimari debet, quem ſibi conſulens approbaverit, *l. 10. C. eod.*

98. Huc quoque referri poteſt, quod ait Clarus 4. *ſentent. §. donatio q. 9.* ſenem puellæ uxori in compenſationem ſenectutis donare poſſe.

99. Præ virili ſexu quoque ſingulariter hoc ipſis indultum eſt, quod citius matrimonium contrahant, quam maſculi, *in pr. Inſt. de nupt.* quia prius efficiuntur puberes, *in pr. Inſt. quib. mod. tut. fin.* Item, quod citius veniam ætatis impetrent, anno videlicet 18. maſculi duntaxat 20, *l. 2. C. de*

bis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

his qui ven. ætat. impet.§.fæminas quoque.

100. Denique in Hiſpania, ut refert Papo 24. *art* 10, *art.* 54. virgo damnatum ad mortem liberare ab illa poteſt, ſi in maritũ petat. Quod Germanis etiam puellis olim per funis, quo reus colligatus ducebatur, abſciſſionem uſitatum: ſicut apud Romanos Veſtalium virginum fortuitus ſolummodo occurſus damnatum à pœna mortis eximebat. *Alex,ab Alex, lib.5. Genial.dier. c.12.*

101. Explicata hactenus virginum natura per cauſas, effecta, accidentia, conſequentia, reſtat, ut de earum oppoſitis quoque aliquid agamus. Opponuntur autem virginibus in virili ſexu juvenes: muliebri vero delibatæ.

102. Hæ ſunt tales vel legitimo modo per conjugium vel illegitimo: quæ rurſus duplices: aliæ n. ſe tales profitentur, aliæ id omnibus modis diſſimulantes, virginibuſque reliquis ſimiles ſe gerentes, ab ipſis ſuperficiariis ſignis dignoſci minime queunt. Haud perperam tamen iſtiuſmodi nocturna mulier, diurna virgo, ad differentiam, Virgo Fuit, appellari poteſt. German. **mit züchten zu reden / ein Jungfraw jhres zeichens / die jhr /** obiter in tranſitu, **die wurmſtichtige Fleiſchkammer viſitiren laſſen / oder aber ſonſten vff**

der

der Reyſe nach dem Venusberg jhren muthwilligen Rößlein ein Ciſſen abgerent. Euripides in Ione παρθένους ἀπαρθένους vocat, German. Vn Jungfern.

103. Hæ quia non ignorant ſecundum notam Iuris Reg. Idem operari fictionem in caſu ficto, quod veritas in vero, in id unicum incumbunt, ut quia caſte non vivunt, caute tamen illud palliare queant. Vnde omnia, quæ virgines facere decet, anxie imitantur, adeo ut recte illarum ſimiæ, Nachgnäffte Jungffern dici poſſint.

104. Pietatis ſtudium ut effingant, magna ſc. cum devotione ædes ſanctas adeunt, non tamen ut verbum retineant, ſed ut à conventoribus ſuis ſpectentur, quos limis ac laſcive morſicantibus oculis intuentur (quorum muſculum amatorium, à medicis dictum, egregie exercere norunt) nec non ipſis etiam geſticulatione manuum ex compacto animi cogitata oſtendunt. Interdum etiam ſicca & inani tuſſicula ſibi invicem reſpondent. Sacram vero concionem domum reverſæ tam neſciunt, quam neſcire curaverunt. Cæteroquin in lecto (Geiſtlicher weiß davon zu reden) Pontificiæ ferme videntur, utpote pluris opera quam fidem æſtimantes.

105. Caſtitatem ut præ ſe ferant, coram hominibus neſcio quam ruſticam moroſitatem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

obtrudunt, nemini verbulum reſpondere aut porrigere manus auſæ, licet clam vel utrumque mallent, **Sehen ſo züchtig vnd Maulhengkoliſch vnder ſich / wie das Beyeriſche Frawenzimmer / das man mit Kleyen måſtet.**

106. Quamvis etiam nil magis cupiant, quam ceptum ſemel amoris ſpatiũ ſtrenuè decurrere: attamen ſi quis vel honeſtum ab illis oſculum ſumere velit, manibuspedibuſque non verentur repugnare, ne nimirum quod ſunt videantur, de quibus rectè Ovidius:

Pugnabit primo fortaſſis, & improbè dicet,
Pugnando vinci ſe tamen illa volet,
Vim licet appellent, grata eſt vis illa puellis,
Quod juvat, invitæ ſæpè dediſſe volunt.
Quod rogat illa timet, quod non rogat, optat ut inſtet.
Verſagen iſt der Jungfrawen Sitt/
Doch habens gern daß man ſie bitt.

107. Pulcritudinem (quam mirè in his depopulatur Veneris Agoniæ exercitium *Lemn. l. 3. de occult. c. 2.* **darumb ſie mehrntheils mit den Kindern Iſrael durch die Wůſte gegangen ſcheinen**) ut ſibi aliquam comparent, & pro muſtelino ac coriaceo colore purpureum genis inducant, variis & hic non recenſendis fucis utuntur.

108. Mammas maritas, ubi caſtra ſua Cupido locavit, uſurpatione nimia flaccidas

das & pendulas redditas, ita ut lac paulatim generare aſſueverint, ſimiliter decoctis aliiſque adſtringentibus rigidulas reddere, & in priſtinam formam erigere conantur.

109. Quin alternis ineundo & exeundo pudendum portâ patentius factum, ſeu campos, ubi Troja fuit, imò forſan decennale bellum, ad redimendam virginitatis ſpeciem balneis aluminoſis & ſuccis conſtringentibus coanguſtare laborant.

110. Minus ſubtili haud ſpernenda tamen fallacia ſponſa quædam ruſtica, quæ jam in ſinu diviFutini virginitatis ſuæ prætextam depoſuerat, uſa eſt: Nam cum ſponſus benè potus tenſis venis (velis inquam) in Holandiam nocturna navigatione ferretur: ipſa folium braſſicæ inguini coarctando inſtar ſubtegminis applicuit. Hoc itaque tandem diſrupto, cum bonus ille Cornutus iter ſuum confeciſſet, ex languore in altum ſomnum datus eſt. Cui mane expergefacto, folio adhuc clavo inhærente ſponſa inclamavit: Hem, Iane mi, ubi tam ſummo mane olera legiſti? **Hola/ wo biſtu ſo früh im Kappes geweſen.**

111. Denique etiam veſtimenta & ornamenta virginibus convenientia ſumunt, coronaſque & zonas diſtinctæ hæ geſtare audent, ut magis virgines imperitis & ſim-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſimplicibus pennalibus appareant. Sed ſi inſpicerentur, ubi gallinas aperimus, longè aliud manifeſtaretur. Graviter autem hac in re peccare dicuntur, *in gl. 32. qu. 5. in pr. & in c. ſi Paulus & in c. illud ea cauſa, qu. 2. gl. in c. cauſa matrim. in verb. privil. & ibid. Panorm. in 2. col. de probat.*

112. Licet verò in his & aliis rebus, ut dictum, virgines ſedulò hæ imitentur, ex moribus tamen tanquam ex virgine Leo à caſtis diſcriminari queunt.

113. Humilitatem enim à ſe ablegantes, ſuperbos ſumunt ſpiritus, & ne nemini placeant, ſibiipſis placere incipiunt, comas criſtarum inſtar erigunt, faciem medicaminibus attritam tam ſpeculis quàm cultorum ſuorum oculis continuo objiciunt, **Spiegeln ſich vff gut Janiſch hinden vnd vorn.**

114. Veſtimentis quoque, in quibus ſæpè plus quàm in ipſa dote habent, corpus impura libidine contaminatum ſplendidè contegunt. Gradus arte & ſecundum tabulaturam componunt, ut ne minimum quidem veſtigia extra menſuram aberrent, ſicque inceſſus ipſa teſtudine tardiores vultus illarum huc illuc laſcivienti & ementita modeſtia differant, lenteque ab obviorum juvenum oculis abſtrahant.

115. Porro quemadmodum has pro

con-

continentia & humilitate libido & ſuperbia invaſit, ita etiam pro labore dulces ſibi faciunt ferias (nam luces amant otioſas, noctes verò negotioſas) manibus, quod ajunt, compreſſis, & digitis pectinatim inter ſe connexis, ſuperque genua convexis, ſedentes, atque an fortè per plateam proterva juventus inceſſura ſit, expectantes. De cæteris **laſſen ſie die Hunde ſorgen/ die bedörffen 4. Schuhe.** Quod ſi tamen σὺν θεοῖς à matribus ad labores adigantur, leni eos brachio aggreſſæ, ita frigidè tractant, ut nolle illas facilè animadvertatur.

116. Sunt tamen quædam, quæ ne omninò otioſæ apparent, ut Athenienſes peplum Minervæ ita amatoribus ſuis collaria, ſtrophiola, ſerta, & hujuſmodi ineptias conficiunt, quibus eos opere noctu faciendo defatigatos non nihil recreare, demulcere, & ad fortiter inpoſterum officio perfungendum ſibi demereri ſolent.

117. Inſuper confabulationibus, ſalacibus & otioſis Lectionibus Ovidii de arte amandi, Amadiſii, Bocatii, Euriali & Lucretiæ, clariſſ. Dn. Eulenſpigelii, in formulas precum redacti, Gartenſocietatis in ſpirituali ſignificatione editæ, Rollvvagii, & ſimilium libellorum lectu non injucundorũ operam dare vulgarẽ, haud deprehendentur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

dentur, ut ita Theoriæ fundamentis feliciter jactis felicius exercere praxin poſſiut.

118. Vnde conſpecto fortè liberalioris ſtaturæ naſi, formæque Iuvenale (amant n. valdè ſempet Dominos Longolios & Naſianzenos, modò ſi cætera ſint paria: contra verò Minutii & Curtii in tempore tantum neceſſitatis & Leipandriæ cavernam inequitant) Hujus ac talis, inquam, amorem ut ſibi venentur, nullum non lapidem movent, nullas non aſtutias excogitant. Quos non occurſus ei donant? queis nutibus, nictibus exſertationibus, ſibilationibus, ſcalpturitionibus pedum, qua furtiva oculorum luxuriantium mollitie, mutis quodammodo verbis, prætereunti non loquuntur? quas non venaticas canes emittunt? quas non literulas variis modis occultas (de quibus & aliis vide thematicum diſcurſum de cochleatione, præcipuè *th.* 17. & 18.) quas non peremptorias citationes, quibus inverſo planè lesbiandi procandive ordine, circa horam indidem conſtitutam conveniendi ſui copiam ultrò lagiuntur, ipſi inſinuant?

119. Et ſanè ſi quando remotis arbitris (licet ſuo intellectu *Magnis teſtib. iſta res agatur*) contingat ipſas aureola ſua præda frui, aſcieva hædera ambitioſiores effuſiſſimo illam amplexu occupant, eoque ſæpius

pius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

pius ex nimio affectu procedunt imbecillitatis, ut, cum ſuapte natura curto inſiſtant calci, in morbum caducum prolabantur, ab eoque ſine ſcipione aliquo illibenter reſurgant. **Da ſparet man beyderſeits ehre / vnd behilffe ſich alleweil mit ſchanden.**

120. Quod ſi fortè in ædibus propriis commodum non videtur, quamlibet excurrendi occaſionem, quidlibet prætexentes, inquirunt, ut ad loca condicta maturè ſe conferant, ubi à Domino Feudi magno cum gaudio expectantur, & majore cum Lacedæmonio excipiuntut, ubi actio poſtea de communi dividundo intenditur, per quam corporaliter rerum fit diviſio. *l. 2. ff. h. t.* cui adhæret actio de in rem verſo.

121. Hinc eſt, quod choreis tantoperè, nocturnis præſertim delectentur, ubi liberiuſculè omnia peradi queant, & ſi forſan aliquid urgeat vel turgeat, ad marginem pauliſper ſecedere, ſibique ſatisfacere minori cum periculo poſſunt. **Da gibt es dan blinde Brautgriff** / & dum Cythericæ illæ columbulæ, **oder Luſt töchterlein** omni ſe nervorum conatu ac contentione repellere libidinem ſimulant, manibus demum eam excipiunt ambabus.

122. Deficiente verò fidicine, ad lætitiæ datorem Bacchum amaroriæ militiæ pro-

viſorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

viſorem confugiunt, Laeten om Trunckgens op de Rågn omgaen: Ex bon charitate, in fraternitatem & ſororitatem. Zwey zugleich auß eim Glaß/ ſo ſchmackets jhn deſto baß. Vff vier vnd zwantzig/ da man zwantzig in geſchrenckten armen/ drey im Mündgen/ vnd eins im Glaß hat: vff ein freundlichs anſehen/ handtgeben/ Küſſen/ ꝛc.

123. Donec tandem Dominus à Rauſchenberg appropinquet: da hüpffen ſie auch wol nach einer roſtigen Trumpel/ Hackmeſſer/ Becken/ oder dergleichen: Oder fangen ſonſt allerley Criſtliche Spiel an/ als da ſind : die Blinde Mäuß/ Sackmutter/ Fickmühl/ Auß vnd ein/ Vbereck ins Bein/ das Allefentzel/ Greiff ans Schwäntzel/ des Venus Tempels/ des Fuchs/ des Vogelküſſens/ des letzten Stichs/ der jhn ſo wol thut/ Loch zu loch/ In die Würſt fahren/ Der liebe Predigt/ Bauch wider Bauch/ des Stichgrübels/ Es müth mich: Quid eſt, ein jeder Vogel in ſein Neſt.

Et in ſumma, ut etiam publicæ, literariæ inprimis rei proſint, adeò ſunt applicabiles, tractabiles, kuſſibiles, & ſubjectibiles, ut Theologiæ ſtudioſis pro cathedra, quam conſcendant, Iuriſtis pro pulpito, cui

corpus

orpus imponunt, (**die Junckfraw zu Wittenberg vngemeint**) & medicis pro ivæ anatomiæ ſubjecto, ac denique nemi-i non inſerviant.

125. Monitos autem voluimus harum ectatores, ne ſemper amabiles ſperent ne-cii auræ fallacis, & ne nimium ipſis fidant, **dan ſie auch keinem glauben / ſie haben denn den Glauben in der Handt /** incon-ſtantes quippe, & cothurno mutabiliore, maximeque in amoribus deſultoriæ, adeo delectat eas varietas.

126. Atque hæc de titulotenus virgini-bus: quas, quod præter inſtitutum delinea-vimus prolixiuſcule, factum, ideo quod has quam illas, majori cũ difficultate dignoſci, licet minori cognoſci poſſe animadvertim.

127. Superſunt eæ, quæ virginitatem corruptam non diffitentur, & in genere meretrices, ſeu ſcorta dicuntur: quarum aliæ uni tantum viro obſequuntur, pellices vel concubinæ dictæ: Aliæ multorum libi-dini patent, & vocantur Philocomaſia, **Gelochſchweſtern/ die mit vnden vnd oben liegen.** Charitoniæ puellæ, id eſt, venalem gratiam habentes, quæ ex Platonis diſci-plina vivunt, nemini negant, ſi modo ar-gentum det, **die ſich mit der Fauſt erneh-ren / darauff ſie ſitzen.** Vnde quæſtuariæ, ſeu practicæ Vlpiano dicuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Ex his poſtremis rurſus quædam habitant in lupanarib.ſeu æde publica Divæ virgæ placæ, proſtibula dicta. **Zatzenſtiffts Pfründtnerinn/oder Schuch/oder Jungfrewliche Leibs Guardy/** quædam circa mœnia urbium vagantur, inde Summœnianæ appellatæ: quædam denique in ſylvis,pratis,aut campis, **Schleyr/ Wiltpre**t velut Gallis ſonat, **Geſchleyerte Wachtelen/** alias nominatæ Nymphæ nemorales & campeſtres,pecora campi, **die das Graß mit dem Hindern abmehen/** Diobolares, **Halbbatzen Mågdlein.**

129. Hæc itaque narrative, & ὡς ἐν παρόδῳ de meretricibus dicta ſufficiant,qui ulteriorem earum cognitionem petit, libellum de fide meretricum, aut ipſis adire, & ex praxi quotidiana, quæ interpres eſt legum,plura addiſcere poteſt.

COROL-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

COROLLARIA.

I.

Num oſculo illato illibata cenſeatur virginitas?

Diſtinguimus inter oſculorum genera ſine diſcrepantia. Aliud enim eſt pudicorum affectuum, quod pro charitatis ſymbolo, honoris & ſalutationis ergò obviantibus, diſcedentibus peregrè redeuntibus diſpenſamus, & proprie Baſium vel Oſculum purum, & ſororum vocant, quod olim apud Romanos, etiam Perſas & pleroſque orientales populos, inter Chriſtianos denique veteres obtinuit: ſicuti hodie quoque apud Gallos, Belgas, & in quibuſdam Germaniæ locis, &c. Aliud rurſus eſt, quo Kurtzvveilitatis gratia per ludũm & jocum labella tantum labellis comparantur, de quo Germani, **Küſſen iſt nur ein abwiſſchen.** Tertium, quod Venus quinta parte ſui nectaris imbuit, eſt libidinum, cũm labra laſcivis morſiunculis ſtringuntur, ac linguæ commiſtis ſalivis ori utrinque inferuntur, quod hinc Græci καταγλώττισμα Latini ſuavium ſive columbarium, aut armatum oſculum vocant, cum nempe armis illis, quæ geſtare ſola per leg. Cornel. licet, opus aggreditur miles Dionæus. Hoc adulterii prooemium Hotomannus, Angelus libi-

dinis antecœnium, antecurſorem Iul. Cæſ. Scaliger, Tacitus prænuncias flagitii blanditias appellat: Quod ſi qua delectata exercet, vix eſt, ut non dicam, ſincera oſcula, ſed virginitatem integram ad maritum perferre cenſeri debeat. Ex hujuſmodi n. præparantis ſe nequitiæ velitationibus arguitur, & infertur ſtuprum, juxta gradus à gloſſ. *in l.23.ff.ad l.Iul.de adult* enumeratos, *Viſus, colloquium, convictus, oſcula, factum.* Cagnol. *in rubr. C. de edend. num.* 28. & ibi Bellon. *n.*59. Covarr. *in tract. de matrim* 2. *part. c,*7.§.6. Bald. *in l, adverſ. C. de furtis.*

I I.

An virgo lac habere poßit?

Cum, teſte Lemnio *l.*3.*de.temper.c.*3. Infantibus maſculis recens in lucem editis ex papillarum conis vel ſponte leviter compreſſis profluere lac poſſit, & viri tantum generare valeant lactis, ut etiam infantem fere alere poſſint, qualem ſe vidiſſe teſtatur Cardanus *de ſubtil.* & Horſtius *exercit. de hom. l.*1. *ep.*7.*q.*8. cur id denegatum eſſet virginibus? ex quib. tamen aliquando lactantes fieri debent vaccæ? Vnde etiam natura iis, præſertim grandioribus ſanguinis copiam in venis thoracis elargita eſt, quæ, ſi in mammas derivetur, & ab earum robore vincatur, utique lactis rudimenta hæ proferent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

rent. Licet non ſit laudabile & exquiſite co-
ctum, & vix generetur, niſi menſtrua ipſis
deficiant, teſte Hippocrate *l. 5. aphor. 39.*
Alias ſi lac perfectum in ſana virgine repe-
riatur, id profecto tantarum eſt virtutum,
ut unica tantum ejus gutta, plus quam om-
nes quintæ, ſextæ, vel decimæ Chymico-
rum eſſentiæ, atque adeo tantum valeat, ut
quicunque illam duntaxat videat, non poſſit
eſſe cæcus. Imo multo etiam efficacior eſt,
quam vel ipſum argentum & aurum pota-
bile, præſertim ſi cum ſimilibus miſceatur,
verbi gratia:

Reſp. Lactis virginis,
Lactis muli, ana menſuram quartam,
Adipis muſcarum,
Sanguinis apum,
Linguarum pulicum,
Dentium pediculorum,
Oßium Cicadæ,
Oßium de corde corvi

Contundenda cauda vulpina contundas in
mortario vitreo, ex iisque mixtis ſecundum
artem, Balſamum conficias, eo quo diutius
uteris, hoc diutius vives.

III.

Quando virgo elocanda?

Incipit virgo ſecundum adducta per Ti-
raquellum *l. 6. connub. n. 52.* decimo octavo
ætatis anno, plenis nubilis annis eſſe, Tunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

igitur incipiunt ſibi dulcedinem operum Aphrodiſiorum intimis cogitationibus ſuis prægustu ſane non ſuperficiario imaginari. Quo de ſic prognoſticantur Germani:

Welche viel Weiß in Augen haben/
Vnd lauffen gern mit jungen Knaben/
Wincken mit Augen/ſcherren mit Füſſen/
Werden vnder Frawen Orden müſſen.

De his loquitur Syrach c. 26. **Wie ein Fußgenger / der dürſtig iſt / lechtzet ſie/ und trinckt das nechſte Waſſer / das ſie krieget / vnd ſetzt ſich wo ſie einen Stock findet/vnd nimbt an / was jhr werden kan.** Ideoque domi paternæ diutius retinendæ non cenſentur.

I V.

An major ſit tentatio luxuriæ quam gulæ?

Aff. Quia natura magis intendit conſervationem ſpeciei, quam individui, cui individuo providetur ſatisfaciendo gulæ, & aliis vitiis. Nec obſtat, quod natura prius retinet neceſſaria ad nutritivam & augmentativam, quam tranſmittat ad generativam quaſi magis ſollicita ſit de individuo, quam de ſpecie propaganda. Quia reſponſio eſt, imo è converſo, ſcil. quod non aliter ageret individuum, ad conſervandam ſpeciem, niſi ipſum individuum conſiſteret: Ratio autem, quare magis virtuoſi ſtudent caſtitati, eſt, quod caſtitas non amittitur ſine mortali; poſſunt autem deficere à ſobrietate per veniale, quod *illa* conſiſtit in medio, quod eſt latum, iſta

ſcil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſcil. caſtitas eſt in extremo, quod eſt indiviſibile.

V.

Vtrum in continendo majorem pugnam ſuſtineant virgines quam viduæ? Affirm.

Illis n. concupiſcentiam inflammat & experiundi deſiderium, naturalis quædam neceſſitas, cui reluctari difficile eſt, nec enim poſſibile contra fervorem naturæ reſiſtere, *Novell.* 2. *c.* 3. vel quadam quaſi curioſitatis impotentia, qua etiam fit, ut homo libentius videat, quæ nuquam vidit, & etiam in illis concupiſcentiam auget, exiſtimatio majoris delectationis, quam fit ſecundum veritatem, & inconſideratio eorum incommodorum, quæ delectationi hujuſmodi adjunguntur. Quamquam etiam dici poſſit, viduas majorem ſuſtinere pugnam, propter delectationis memoriam: ſed reſpondetur, in diverſis unum alteri prævidicare, ſecundum hominum diverſas diſpoſitiones & varia accidentia, quia quidam magis moventur hoc, quidam magis alio.

VI.

Num vidua potius quam virgo ducenda?

Ferunt, quendam veniſſe ad Regem Davidem, & conſuluiſſe eum, quid commodiſſimum ei videretur, an duceret virginem, an viduam, aut quæ duobus viris ante nupta fuiſſet? Hunc David ad filium Salomonem miſit, qui tunc cum pueris aliis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

equitabat in arundine longa, & reſpondit: Ein Virgo, wie du wilt/ ein Vidua, wie ſie wil/ de zwen Männer gehabt/ hüte dich/ mein Pferdt ſchlegt dich. Huc facit diſtichon illud:

Quæſitus juvenis, viduam cur ducere nollet?
In qua quis periit, non bibo, dixit, aquam.

Et enim vero, quis fæces ab alio relictas ſciens bibat? quis veterem libens foſſam tergat? vel duplicem laborem ſuſcipiat, alterius viri mores dedocendi addocendique ſuo? Quis denique antiquitatibus iſtis delectetur? Hinc fuit deriſus Bulgarus à ſuis ſcholaribus, um in nocte duxiſſe uxorem viduam, & mane incipere ptofiteri, *l. rem non novam aggredimur* 14. *C.de Iudiciis.*ut habetur *in gl. in d. l.* Et ſane utplurimum hæc conjugia vergunt in conjurgia, dum quotidie exprobrare vidua ſolet, & allegare prioris mariti bonitatem, dicendo: Ja mein Hans hats viel anders gemacht/ O hette ich meinen frommen Nickel noch. Et ſæpius ad Magiſtratum deferre maritum non erubeſcir, ut illa, quæ inter cæteras querelas ſic quoque ad prætorem ait: Ja Heer Schultheiß / mein Mann iſt ein ſolcher loſer Mann / nichts kan ich jhm recht thun / wen ich jhm Morgends ein Suppe bring/ſagt er/er ſchieſſe mir drien/ klaubt ihr nur das beſt herauß / Herr

Schul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Schultheiſ. Ecce, quis hæc talia devorare æquo animo queat ? Relinquendos itaque hos libros veteres cum novis titulis, atque adeo virginem ducendam putamus, ut amabiles eorum mores facilius docefacere poſſimus, **die laſſen ſich fein biegen/wie Weydenruthen**: cum econtrario veteranas iſtas difficilimum ſit reformare, & ad ſuos mores formare, *l.37.ff.de ædilit.edict.*

VII.

Num juvenis ab alio compreſſam retinere debeat? Neg.

Quia deceptis potius, quam decipientib. ſubveniendum, *l. & primo §.ſed ita demum ff.ad SCtum Vellejan.* Quis enim æs pro auro emat? Quis clavem recentem in ſera ab alio jam fracta perdere velit? Expedit ſane Reipublicæ, ne quis re ſua male utatur §.2. *Inſt.de his, qui ſui vel al.jur. ſunt.* Cavendum tamen hic, ne ſtatim ſuſpectam faciamus illam, cum qua quis fuit, vel colludendi, vel honeſte officii faciendi gratia *l.15.§.23.ff.de injur.* Neve cum imperito vulgo ſtatim compreſſam dicamus, quæ liberiuſcule forte cum aliquo caput collimavit, ſiquidem Iuriſconſultus non attendit de eo, quod bis terve fit, ſed quod plerunque, *l.5. & 6.ff.de.leg.l.43.§.2.ff.de ritu nupt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

VIII. *An ſit ducenda pulchra?*

Negantes hoc potiſſimum utuntur argumento, quod, *Lis ſit cum forma magna pudicitiæ*: Ideoque ſi pulchram quis ducat, ignoret an pudica ſit, & an talis ſit manſura? Reſp. eſſe illud accidens, quod non tollat rei eſſentiam. Deinde ſuademus, ut quis illam ducat, pro non virgine, quam ſi virginem poſtea invenerit, hoc omne lucro apponet. Ne autem poſtea communis fiat, recipe de capillis ejus, & pulverem ex illis tibi ſuper veretrum melle inunctum ſparge, & ſic cum ea congredere, tunc non cum alio coire nequibit, teſte Alberto Magno. Aliter objiciunt, pulchritudinem non eſſe de pane lucrando, nec de ea edi poſſe, Reſp. **Ob man ſchon nicht von den Schönen iſſet/ ſo reibt man ſich doch gern dran**, quod fit magna cum vvolluſtate. Pulchras itaque ducendas eſſe concludimus. Hæ enim aſſerente Cicerone, ſenectutem alunt, adoleſcentiam oblectant, ſecundas res ornant, in adverſis ſolatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, &c.

IX. *Num ſenex decrepitus juvenculam ducere debeat?* Neg.

Quia incommoda eſt ei, nec gubernaculo, inſtar navis, regi, aut anchoris detineri poteſt, ſed abruptis ſæpè funibus de

nocte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

nocte alium portum, in quo navim ſuam ſubſtituat, quærit. Licet etiam quandoque bonus ille vir faciat, quaſi vellet, tamen hoc ſufficit, multo minus contenta erit illo cujuſdam ſenecionis facto, de quo Poëta:

Vxoris cubito cubitum conjungit Alanus,
Et ſolet hanc dulcem dicere concubitum,
Namque ſatis fieri re cupit illa ſibi.

His vacantibus mulieribus, ut vocantur, *l.5. ff. ad l. Iul. de vi publ.* Lacedæmonii peculiari lege conſulebant, qua emortuus ille Achilles, delectum aliquem juvenem (qui exinde à juvando nonnullis dictus videtur) ſalvis adhuc vaſis inſtructum, pleniſque probatæ monetæ loculis peculiatum Reip. propagandæ, ac ſuſcipiendæ prolis ergo admittere cogebatur. Nec n. intereſt, quis debita ſolvat, utrum ipſe, qui debet, an alius pro eo, *in pr. Inſt. quib. mod. tollit. obligat.*

X. *Cur bis quinque viri non ſufficiant mulieri, cum totidem Gallus gallinis ſufficit unus?* Reſp.

Diſtinguendo inter cunnum rationalem & irrationalem, hic enim naturali tantum appetitu ducitur, qui neceſſariis acquieſcit, & ſemel concepto ſemine maſculino ſatiatus eſt, donec illud de ſe reddiderit. Ille vero delitiarum memor, non una vice recepto ſemine contentus eſt, ſed defectum ſuum intelligens, reſarcire quoti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

die cupit. Ad quod eo melius ſuſtinendum præ beſtiis aliam vaſorum ſperma ejaculantium conformationem adeptus eſt, ut ſcilicet bifurcata, una parte ad fundum, altera ad uteri cervicem in gravidis profundere ſemen poſſet, quod etiam ſcivit Populia Marci Rom. filia, quæ miranti cuidam, quapropter Beſtiæ nunquam marem deſiderarent, niſi tum, cum prægnantes fieri vellent? Dixit: Beſtiæ enim ſunt: **Sie verſtehen das kitzeliche Recht der** ſuperfœtation **nicht / als wie das mit Verſtand degabte Weibliche Geſchlecht.**

XI.

Quæritur, ſi quis imprudens balneas virginum fuerit ingreſſus, an pro mulcta ipſi exemplo Actæonis bina imponi cornua debeant?

Reſp. Quia juſta erroris excuſatione delictum involuntarium deprecari reus ſufficere debet Dianis illis, ſi unum miſero huic cornu erigatur, ſaltem ut poſtmodum Kautzius ſit. *l. re conjunctis* §. *niſi ſuſpecta colluſio. ff. de ventre inſpiciendo.*

XII. Admodum obſervatu dignæ hæ tres regulæ, quæ habentur in practicali Grammatica, hanc noſtram Diſputationem concludent, quarum prima eſt:

I. Omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

I. Omnia matrimonia, vel eſſe fatalia, vel fatualia.

II. Continet conditiones fœminei ſexus, quam propter juniores Germanicè ponemus.

Lang vnd friſch/ klein vnd plárriſch/
Fett vnd frólich/ blaich vnd herriſch/
Braun vnd ſtoltz/ ſchón vnd nárriſch/
Mager vnd trawrig/ roth vnd múrriſch.

III. Sic habet : *Nomina in IX plerunque eſſe generis communis*; ut *Meretrix, bellatrix, lotrix, netrix, nutrix, obſtetrix, famulatrix, coctrix, ornatrix, ſarcinacrix, textrix, balneatrix, portatrix, piſtrix, ſaltatrix, divinatrix, coniectrix, comtrix, debitrix, creditrix, donatrix, fucatrix, ambulatrix, mercatrix, adſectrix, aſſectatrix, palpatrix, præceptrix, potatrix.* Excipe meam ELSVLAM, quæ ſemper & principium mihi, & jam

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

DISPUTATIO
DE
IVRE ET NATVRA
PENNALIVM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

THESIS. I.

PRo delcaratione rubricellæ facio vobis notum, quod duplici modo conducat hæc doctrinalis materia. Vno modo ſtudioſo, ad quod faciendum obligetur, quia turpe eſt homini ſtudioſo jus & naturam pennalium ignorare cum quibus verſatur. Altero modo pennali ad quod patiendum teneatur. Quia etiamſi illud neſciat, hoc tamen ſibi non eſſet proficuum. Nam reſpondetur ei, quod hæc eſt ignorantia juris quæ neminem excuſat; & quod paria ſunt, ſcire & ſcire debere; huc allegans propriam turpitudinem in tali caſu non eſſet audiendus.

2. Ideo decrevi in præſentiâ quaſi in præviculo comprehendere, omnes intrinſecas, & extrinſecas qualitates & aſtutias pennalium, & ad quid ſtudioſis obligentur: Item actiones inde competentes tàm directas quàm contrarias, tàm civiles quam pœnales, quas poſſitis ſequi in fiduciâ in practicando. Quia magnus

gnus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

gnus eſt error circa hos modernorum tam quoad exceſſum, quam defectum.

3. Et quia in omni materia ſcibili debet in principio declarari quidditas entitativa ejus rei, quæ venit in ſcriptionem; Ideo ponam vobis ob oculos formalem definitionem pennalis ſecundum longitudinem, latitudinem & profunditatem.

4. Definitur autem quod ſit *animal brutum, habens neque modum, neque menſuram ruſticitatum ſuarum.*

5. Et dicitur pennalis ab adjuncto proprio, quia aſſuetus eſt geſtare pennas in theca ſub cingulo ſuo ad excipiendum omne verbum, quod cadit ex ore præceptoris ſui.

6. Et notate, quod nomen hoc fuit valde bonum & honorabile; quia eſt idem cum Scholari, & nemo dicitur erubeſcere ob id quod eſt ſui officii; quod eſt adeo neceſſarium, ut quod militi eſt in bello haſta, hoc eſt clerico in ſchola penna. Sed hodie propter quoſdam magnos Monſeuros; qui non ſunt multum ſtudentes, ſed tantum ſunt ambulantes baſilice in ſtratis cum gladio tanquam ad guerram, & ideo deſpiciuut ſcholares qui non ſunt ſibi ſimiles; Vnde factum eſt id nomen odioſum, nimirum in tantum ut pæne habeatur

beatur pro infami. Verum plus obtinere dicitur in rei veritate quam quod eſt in opinione.

7. Humaniſtæ juvenalem vocant, vocabulo leniori triſtitiam rei mitigantes, & hoc dupliciter; Vno modo univoce, quia recens venit ab ubere matris ſuæ, & non eſt diu, quod depoſitor dedolavit eum, & labra ſua ſunt glabra, nimirum ut appareat Quaſimodogenitus, vulgo Neoviſtus, Ein Rabſchnabel Germanicè.

8. Altero modo Æquivoce; quia eſt Iuvenis quoad vitam Academicam; licet non quoad vitam ſcholaſticam, quia diu ſedit in primo ſcamno primæ claſſis, & ſolitus eſt proxime ire ante præceptorem, quando deduxerunt funus; Et quia eſt Veteranus gerens barbam tres ulnas longam ſicut caper.

9. Sed pro majori intelligentia deducam vobis aliquot pulcra conlectaria & apoſtillas definitionis præmiſſæ: quia utile eſt hoc, & facit ad multa ſingularia.

10. Et primo advertite, quod dico in definitione animal brutum; quia ſcriptum eſt: pennalis indomitus eſt veluti laſcivus vitulus. Non enim poſſunt ſe accommodare ad mores burſaticos, quia de iſtis ſubtilitatibus non quilibet guſtabit aſinus. Et animalis homo non percipit ea quæ ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſunt ſtudioſorum, Et eſt ei ſtultitia, & non poteſt id in groſſo ſuo cerebro concoquere.

11. Et licet aliqui quoad hoc teneant contrarium dicentes ſecundum viam Thomiſticam & Scholaſticam, quod animal in quantum animal poſſit eſſe tàm bene fundamentatum in ſcientiis, neque tam experimentatum in poëticâ, neque tâm zeloſum in concionando, ſicut eſt Pennalis; tamen eo non obſtante dicite, quod hoc non eſt abſurdum in terminis logiſticis, quia fictione juris habetur pro bruto, quoad inſulſitatem ſuam.

12. Quâ occaſioue quæro; An Pennalis poſſit ire ad virginem, & reſpondetur, quod multa permittuntur quæ ignorantur, quæ tamen non conceduntur ſi eſſent obvia.

13. Igitur quæro; ſi de facto Pennalis ſedeat apud Virginem, an teneatur ſurgere, & eam ſtudioſo cedere? Videtur quod non, qui prior eſt tempore potior eſt jure. Sed vos contrarium determinate; Quia Pennalis non habet legitimam perſonam ſtandi in conſpectu ſtudioſorum, & hoc eſt tutius propter periculum tumultus.

14. Sed ſi pennalis peritior eſt cochleando, ita ut virgines malint apud ipſum ſedere, quàm apud ſtudioſum? Licet præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſumtio ſtat pro Pennali quod ex diuturnâ actione contraxit habitum, tamen nolite hoc virginibus indulgere propter lubricum conſilii: Quia præſumuntur laborare contra propria commoda: Tum quia eſt res mali exempli.

15, Vlterius quæro: An Pennalis poſſit geſtare aureos annulos in digitis ſuis, aut plumas in vertice, aut gladium ad latus? Reſpondetur quod non: Quia Pennalis eſt incapax omnium dignitatum ſtudenticarum, & non habet jus aureorum annulorum, ſed debet pro plumis geſtare pennas, & pro gladio virgas, ut cuique ſuum tribuatur, & omnia fiant decentur, in ordine & republicâ.

16. Et licet id de facto quidam facere præſumat; tamen hoc non dicitur vobis præbere ſcandalum; quia tempus degradationis ſuæ nondum venit. Nam ad extremum cadit omne malum ſuper proprium caput ſuum, & tunc coguntur deflere ornamenta ſua in ſacco & cinere.

17. Ideo dabo vobis bonum conſilium, qui eſtis adhuc in ſtatu innocentiæ, ne præſumatis affectare, quod vobis non debetur, aut videri quod non eſtis. Quia mendaces ſunt filii Diaboli: & melius eſt alienum nomen non aſſumere quam aſſumtum cum infamiâ deponere.

18. Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

18. Et pro hoc ſuggeram vobis ſententiam definitinam, quæ fuit lata in cauſa magni ejuſdam ſtutzeri, qui gerebat ſe publice pro ſtudioſo & ibat per plateas plumatus & gladiatus, & habebat magnum adſpicere, & virgines urbis pendebant ab ore ejus: quia poſtea innotuit, quod adhuc eſſet *Bacchans*, paſſus eſt ſtatus quæſtionum, & degradatus eſt, & fuit ruina ejus ingens valde; & traditus eſt in manus depoſitoris, donec perſolveret extremum quadrantem. Quod tenete menti quia poſſit adhuc de facto contingere.

19. Sed revertendo ad definitionem, dico ulterius: *Habens neque modum neque menſuram ruſticitatum ſuarum*, ut diſtinguatur à bacchante. Quia hic cogitur habere ſuas ſcurrilitates in freno propter ferulam; quia delictum ſuam habet paratam executionem ſine ulla appellatione.

20. In ſimili debetis anuotare, quod dicit quidam antiquus gloſſator, quod Pennalis eſt fex ſtudioſorum, videns ſibi multum, pectus gerens ſtultum, caput ſine fronte, mucro ſine acie, multos adhuc in crinibus gerens ramos de cornubus. Et hoc bene perpendite, quia eſt profundum nimis & habet in ſe multa doctrinalia.

21. Vl-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

21. Vltimo volo vos advertere, quod Pennalis quoque dicitur monſtrum, quia natura quando voluit eum facere ſtudioſum aberravit,& fecit eum pennalem;& ideo dicitur ſtudioſus occaſionatus. Sed ob hoc nolite triſtari vos juniores, quia natura, nihilominus poſſunt ad finem ſuum pervenire, remoto obſtaculo; Quia eodem modo diſſolvitur, quo quid colligatum eſt.

22. Nunc ex prædicta lectura volo vos obſervare quaſdam notas phyſicas, quibus poſſitis pennales à ſtudioſis diſernere. Quia Reipul. intereſt publice tales homines à quolibet agnoſci, & hoc non erit vobis admodum difficile, ſi adferatis attentationem. Quia aures Midæ poſſet quidem regi ad tempus, ſed non in totum abſcondi in cappa.

23. Pro primo notabitis, quod Pennalis eſt natura tenax & avarus, in tantum ut citius digitos ſuos è manu ſua amittat, quam unum nummum è burſa. Quia didicit ex ſua Grammatica quod eſt magnum vectigal perſimonia. Et tenete menti: quia eſt unum neceſſarium requiſitum & proprium in quarto modo.

24. Et pro hoc referam vobis unum pulcrum exemplum de quodam Eremita, cui cum privataret popularis ſuus ſuper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

veniens partem farciminis abſcidit, ipſe ivit ad Rectorem plorabundus poſtulans ut hoc per triduum jejunaret in carcere.

25. Ideo rationabile eſt ſtatutum quo talis depoſitori juramentum præſtare, quod non velit pecuniam ex Academiis ſecum domum ferre: quia ſi hoc non eſſet ipſe fieret unus mercans, aut Iudæus fænoraretur ſuper pecunia ſua, & congereret grandes divitias, & ita in totum non intraret in regnum cœlorum.

25. Sed ego audivi quendam fundamentaliter contra arguere, quod hoc argumentum non eſt ſervandum; Quia vi & metu eſſet extortum, & eſſet contra bonos mores, & inuitaret juvenes ad profuſionem: quod remitto ad Theologos, quia eſt res ſpiritualis, quæ concernit animæ ſalutem.

27. Pro ſecundo notabitis, quod Pennalis eſt valde attentus ad rem, advertens graviter quæ non ſentias: Et ideo abſcondit argentum ſub ſtramine culcitræ ſuæ, & unus obulus eſt ei totus mundus. Et in ſympoſio numerat omnes hauſtus canthari, & nemo poſſunt ſibi ad curtam facere; quia filii ſcholæ ſunt prudentiores filiis Academiæ.

28. Et circa hoc volo vos admonitos, ne cum illis eatis in cauponam, aut vobis imputetis, ſi quid metunt, ubi non ſeminarunt,

runt, & bibunt quod non ſolvunt. Nam tolerabilior eſt ejus prudentia & crumena, quàm impudentia in cute. Nec enim quicquam faciunt propter naturam ſuam, quia Pennalis turpiter facit, quia eſt Pennalis: non verò turpiter ſe gerit, quia eſt Pennalis.

29. Pro Tertio notabitis, quod Pennalis amat occupare primas ſeſſiones in menſâ, & non vult videri ultimus: quia eſt adſuetus diſputare propter primum locum ex regulis Syntaxeos, vel ſyllogismis Dialecticæ, ubi dedecus eſt & plagabile eſſe ultimum. Et talis conſuetudo eſt ſibi altera natura, nec poſſunt facilè ab eâ recedere, quia omnis ſubita mutatio eſt periculoſa, ut dicunt Medici.

30. Ideo vidi quendam, qui poſtulabat à Magnifico certum ſibi locum in Collegiô & apud menſam aſſignari; quia dicebat, omne bonum conſiſtit in ordine, & quod eſt magna confuſio, ita doctos inter indoctos ſedere ſine aliquâ prærogativâ.

31. Pro quarto notabitis, quod in conviviis ſolet carpere lautiſſimos bolos è patinis, & eſt valdè diſcretivus in eligendo cibo, & renes cum adipe ſunt ei delitiæ ſuæ, quia eſt adhuc delicatus puer, & non eſt diu quod venit à mammillis matris ſuæ, & mater ſic docuit eum; & renes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

dant ſibi vires apud Cortiſanas ſuas?

32. Pro quinto notabitis, quod ſemper vult haberi primus apud virgines, & puellæ diligunt eum; nec alius quiſquam audet eas comitari ad ſecretum, & anitergia præbere, & matulam effundere præ illo, in tantum, ut Heroes ſuos eligant ſolos Pennales, quia poſſunt decenter cochleari, & profunde baſiare, & viriliter anum movere, & pulchras galiardas ſaltare, & ſibi facere bonas curraſias, cum citharis cantilenis ſuis.

33. Et declarabo hoc per exemplum, quod meo tempore contigit in Virgine, quæ multos & veteranos ſtudioſos habuerat pro amaſiis, & poſtea tamen elegit Pennalem in maritum, quia iſte erat vir ſecundum voluntatem ſuam, & ſpiritus ſingularis erat in eo, & poterat fortia prælia præliari, & ſtudioſus à multis annis non erat ei ſimilis in gratia & virtute.

34. Pro ſexto notabitis, quod Pennalis eſt audaculus & rixoſus valde, & provocat ad cambionem unumquemque, & vult ſe cum omnibus palliſtare, putat quod nemo eſt fortior ſe. Eſt enim bene experimentatus in ſcola ſuper ſcamno, quia poterat virgam præceptoris ſui comprehendere, & caligas è manibus calefactoris ſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ubtrahere, aſſerendo ſe in libertatem, & nemo audebat dicere; Quid facis?

35. Pro ſeptimo, notabitis, quod Pennalis eſt meticuloſum animalculum quoad ſtatum ſuum. Quia putat quod quilibet ſcriptas habet in fronte omnes iniquitates ſuas, unde Poëta ait.

Pennales animos timor arguit.

Et ideo ſi fiat mentio ſtatus ſui, ſedet tacitus, & non audet attollere oculos ſuos, quia eſt peccator magnus; ſed percutit pugno pectus ſuum, dicens: O Domine, ſine hunc annum abire in pace & feſtinatione!

36. Pro octavo notabitis, quod eſt bonus latiniſator, valde doctus & ſapiens, & eruditio pendet ei ex naribus & ore ſicut vermes, quia per multos annos fuit primanus, & dudum contrivit Grammaticam totam ſub calceis ſuis, & omnes poteſt Metaphyſicos terminos recitare ad unguem, tanquam Pater noſter, & ſcribere commentaria ſuper Euclidem, diſputare pro & contra in ſumma Philoſophantium corona, & multa paradoxa ſtatuere contra B. Priſcianum & Ælium Donatum, Et nemo eſt qui poſſit ſpiritui ſuo reſiſtere, & ideo poſſunt Magiſtrum ſumere quando libet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

37. Nono notabitis quod Pennalis eſt valdè ſuperbus & inſolens, & nemo poteſt ſibi comparari quoad autoritatem ſuam; Quia ſcientia parit criſtas & producit grandes Spiritus; ideo comparate eum pavoni, quia turgeſcit quando doctrinam ſuam adſpicit, triſtatur cum ſtatum ſuum recognoſcit; Quia res ferox & res ſubmiſſa eſt pennalis.

38. Decimo notabitis, quod Pennalis eſt valdè diſputax, & in converſando vult ad omnia reſpondere, interrogatus & non interrogatus, & unumquemque confundere in ſermone ſuo, & nemini cedere, ne quidem Diabolo. Quia pulcrum eſt digitis monſtrari & dicier hic eſt. Et ſcientiæ non viſæ ut theſauri abſconditi nulla eſt utilitas. Ideo ſcriptum eſt: Luceat ars veſtra coram ſtudioſis, ut videant bonum intellectum & manifeſtatur gloria veſtra & nomen veſtrum.

39. Vltimo notabitis finaliter, quod Pennalis eſt homo loquax, dicax, mordax, vorax, bibax, rapax, tenax, ſcapax in tantum, ut omnia in ax ſint generis Pennalis; qui in ſcholâ cum tax, tax, ſonaret in tergô ſuô inde impreſſa ſunt ſibi monſtroſa vocabula.

40. Et hoc tenete fideliter menti, quia unum ex his eſt vobis ſufficiens commonſtrare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſtrare quem queritis, & tunc ſignate vos ſanctâ cruce & dicite: A tali Pennali libera nos Domine.

41. Pro cautione tamen volo vos ſcire, quod Pennales quidam ſunt multò aſtuti circa hoc ut nævos ſuos occultent. Quia quilibet præſumitur honori ſuo conſultum velle: Ideò ex circumſtantiis multa áctori relinquo, ſunt enim hoc facti, quæ cum infinita ſunt, non poſſet in unam regulam generalem includi.

42. Sed quia inter pennales & ingenia eorum varia eſt differentia, ideo debetis meminiſſe quod ſecundum Magiſtralem diſtinctionem gl. vulgaris, Pennalis eſt vel animorum, vel morum, vel temporum & morum ſimul. Ex quibus poſteriores, omnium deterioris ſunt conditionis, quia ex illorum ſtatu nulla eſt redemptio, in tantum ut ad extremum in eô poſſint promovere in porcum. Quia ſenex Pennalis bis Pennalis: Et veterana mancipia non facile eſt reformare ad meliores mores.

43. Pro his eſt bonum remedium quod dicit Scriptura: Indica fratri tuo errores ſuos, & reduc eum ac Sanitatem ut deſinat à malo, & faciat bonum. Et ſi tu hoc ſolus non poſſes facere, aſſume alios ad TE, qui ſunt fortiores te. Qui ſi nihilominus noluerit vos audire, tunc fuſtigate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

eum: Quia ſua intereſt, ne moriatur in delictis ſuis.

44. Et tunc cum eo nulla eſt compaſſio habenda: Quia præſumitur potius ex conſuetudine peccare, quam ex imbecillitate labi, immo ipſe vobis habebit aliquando multam gratiam; & dicet: Bonum eſt quod humiliaſtis me, quia poſtquam vexatus ſum, egi pœnitentiam.

45. Nec enim dicitur propter id iraſci: quia amicus ex mente debet perpendere voluntatem amici, & nemo præſumitur eum vexare ex odio, ſed ex bono affectu, ex quo diligit amicum ſuum, reprehendit eum.

46. Immo ne cui officium ſuum ſit damnoſum, tenetur ei quandoque vocationem dare, & facere ſibi amicos cum Mammone injuſto, ut ſe recipiant aliquando in ordinem ſuum.

47. Et hoc faciunt cum bona gratia: Quia hilarem datorem diligit Deus. Et ſcriptum eſt, Pennales eſtote ſubditi ſtudioſis, & nolite murmurare contra eos, quia modici temporis afflictio transfert vos in diuturnam requiem. Et tunc quod quisque juris in ſe aliis conceſſit, idem ab aliis viciſſim poſtulabit.

48. Sed quæro; Si Pennalis nolit hoc pati, an tunc poſſit ſe actori opponere? & conclu-

concludite quod non: Quia injuſta eſt defenſio, ubi juſta eſt offenſio. Eſt enim Pennalis in prædicamento paſſionis, ideo patibilis qualitas debet eſſe in eo, & de ea prædicari multiformiter.

49. Quod ſi Pennalis eſt duræ cervicis, & incraſſatum eſt cor ejus, & frons exuit omnem pudorem, ut non intelligat ſubtiles terminos? Tunc quia nemo tenetur divinare alterius ſermonem, debet ſibi dici per directum, quod per indirectum non poteſt capere.

50. Sed quid ſi multa quidem meſſis ſed pauci operarii? & dicendum quod nemo debet ſe ad hoc excuſare, quia qui patitur pennaliſare pennaliſantem, is vires adminiſtrat audaciæ, & talis cenſetur pennaliſare cum eo.

51. Immo qui hoc facit, habebit aliquando mercedem ſuam, quia qui reducit errantem in viam, facit opus miſericordiæ & charitatis.

52. Sed quæro: Si ſtudioſus fuit olim ſuus optimus frater, & iverunt ſimul ad unum amicum, & fuerunt Collegæ in una claſſi; an tunc poſſit illum transjuvare ne vexetur? Quod negate in totum, quia hoc publicam cauſſam continet, & Reipublicæ intereſt, ne delicta maneant incorrecta. Immo talis fieret prævaricator,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

& incideret in pœnam ICti Turpiliani.

53. Circa hoc tamen ſuggeram vobis utile conſilii, ne acerbè nimis eam poteſtatem exerceatis, quia modica tantum correctio vobis conceſſa eſt, & nimia ſævitia culpæ annumeratur.

54. Nam quandoque miſeris venit in præcordia virtus, & tunc habet pugnos & malleos, & bajulant ut ruſtici, neque poſſunt dare plagas ad menſuram, quia ſunt agreſtes nimis; & hoc vult vos annotare, ne cum detrimento ex poſt factoſapiatis, ſicuti id ſæpè in foro noſtro vidi practicatum cum dolore.

55. Prædicta obſervate etiam quoad ſecundum genus, quia iſti debent ejus naturæ æſtimari, quæ magis in eis prævalet.

56. Quoad temporales verò, major occurrit dubietas, an debeant immunes eſſe ab omnibus vexaticis. Quod videtur, quia tempus non eſt modus inducendi delictum, ideo non dicitur graviorem eſſe pœnam, quàm fuit culpa.

57. Sed vos contrarium determinate, quia præſcriptionis tempora præcisè ſervanda ſunt, nec ſufficit unum adimpletum ubi duo conjunctim requiruntur.

58. Vnde pro declaratione prædictorum reſolvam vobis aliquot pulchra notabilia, & quæro primum: An quoad hoc vexatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

tio ſit juſta? Videtur quod non. Quia eſt injuria verbalis, quæ ejus exiſtimationem apud bonos viros & pulcras puellas gravat. At nemo debet alterius pacto prægravari.

59. Contrarium tamen ſequimini: Quia eſt utilis & dat intellectum, ut habet vulgaris Theoria, & eſt quaſi purgatorium mundanum per quod abſterguntur omnes maculæ pennalitatis, donec completo tempore perveniat ad ſtudioſitatem.

60. Præmiſſa concluſio ampliatur, & extenditur, ut etiam procedat in eo, qui eſt ultra vulgarem modum doctus, in tantum, ut poſſit poſt unam ſeptimanam magiſtrare, & poſt duos menſes doctorare: quia doctrina non mutat ſtatum.

61. Immo licet præſumatur talis, habere omnes regulas Ramiſticas in ſcrinio pectoris ſui, adeo ut de ejus eruditione dubitare ſit inſtar ſacrilegii: non tamen præſumitur ſcire notiones primas & ſecundas, quia iſta ſunt arcana Academiarum, quæ non cadunt in Scholares.

62. Secundo ampliatur & concludit in eo, qui eſt Nobiliſta vel Cortiſanus, licet enim talis habeat aliquam præeminentiam quoad jus civile, non tamen etiam quoad naturale: quia natura omnes æquales fecit, & communi vitio commune eſt remedium: immo Nobiliſta, qui peccat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

duplici pœna puniri debet propter exemplum.

63. Tertio ampliatur, ut etiam valeat in eo, qui eſt admodum civilis, & poſſunt facere virginibus pulcras credentias & ſubtiles baſimanus, & nudat caput ſuum pro omnibus: quia licet ſciat ea quæ ſunt communis civilitatis ex geſtu ſuo, non tamen etiam ea quæ ſunt conſuetudinariæ localis: quia quilibet præſumitur ignorare ſtylum alieni fori.

64. Sed quid ſi etiam æmulari affectet? dicite quod jura conſtituantur ex eo, quod utplurimum accidit: non ex eo quod raro; & quod ſemel aut bis accidit non attendunt actores.

65. Quarto ampliatur & deciditur in eo, qui ſolet dare vocationes, & vult videri magnificus, & oſtendit ſe præter naturam liberalem: quia nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtit, & talis ſe potius quam alium reſpicit: ideo dolus dolo vindicandus eſt.

66. Sed quid? ſi fuit Baſſiſta, aut Tenoriſta, & potuit graviter infimas voces murmurare, velut unus frater cappatus in choro, vel leniter diſcantum fiſtulare, ut virgo 10. annorum: vel ſi in totum fuit præfectus in cantoria, vel carenda? Ad hoc idem dicite, quia tales præſumuntut imperioſi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

rioſi, eo quod multos habuerunt ſub baculo, & quando dixerunt uni, cane, cecinit: & alteri Solmiza, zolmizavit.

67. Sed ſi ſit magnus Signior apud Damaſcellas, ut periculum ſit, quod taliter vexatus cadat per corbem, & perdat omnem amabilitatem ſuam. Tunc mitiorem ſententiam amplectimini; & quia talis præſumitur multa ſibi ab iis acquiſiviſſe clenodia, non debet multum torqueri quoad vexationes, ſed magis viſitari quoad vocationes.

68. Supradicta concluſio limitatur & reſtringitur, ut melius procedatur cum eo, qui pœnè tempora ſua adimplevit. Quia cingendus habetur pro cincto, & deſinit eſſe miles vitiorũ, quia factus eſt miles virtutum.

69. Adhuc limitatur, ut non procedat quoad extraneos; quia quoad hos pennalis cenſetur legitimus, ideo contra hos debet honorem ſuum defendere, usque ad cutem & ſanguinem, quia vita & fama pari paſſu ambulant.

70. Vnde incidenter quæro: An Pennalis ſit honoratior Schmutzone? Omnino dicite quod ſit: Quia quod ſtudioſus eſt inter pennales, hoc eſt, pennalis inter pices & amplius.

71. Facit quod pices illi ſunt infames quibus non patent portæ dignitatum; quia

quia in malitiâ ſuâ devorant ſanguinem ſtudioſorum, unde dictum eſt: O quò vadit anima picis! Sed quæſtio hæc eſt minus dubitabilis, ideo ſuperſedeo eam latius declarare.

72. Nunc revertendo ad priores terminos: an Pennalis pro tali vexatione poſſit ſtudioſorum ad guerram vocare? Quod videtur, quia crudelis eſt, qui famam ſuam negligit. Sed hoc nolite ſequi; quia pennalis præſumitur inhabilis ad pugnandum, & virgas magis quàm arma tractare poſſe.

72. Et licet videatur habilis de f[illegible], propter robuſtitatem, & tamen eſt i[illegible]abilis, de jure debet gladio privari & virgis onerari: Quia qui gladium ſumit, peribit cum eo. Et hoc obſervat totus mundus.

74. Quæro ulterius: an poſſit agere de injuria verbali, puta quando ſibi dictum eſt pennalis: Dicite quod non, tum quia eſt animal, quod nec jus nec injuria cadit, tum quia veritas convitii ſatis excuſat convicíantem.

75. Sed quid ſi ſibi facta eſt injuria realis, puta, quod eſt fuſtigatus in foro, aut bajulatus in plateis, inundatus in aquâ? Et videtur negativa amplectenda: Quia pennalis eſt ſervus, & ideo capite

pite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

pite non minuitur, qui nullum caput habuit.

76. Sed vos amplectimini diſtinctionem lugalem, quia ſi id fiat in eo loco, in quo ei nullum jus fuit verſandi, aut ambulandi, maxime ſi alter proclamavit, ut abiret, neque jlle abivit, ſed reclamavit: Tunc damnum quod ipſe accerſivit, ipſe muſſitabit, & ſibi imputabit.

77. Quod ſi id fiat in ſua domo, ubi dedit Vocationem? aliud dicendum eſt, quia ſua cuique domus tutiſſimum refugium eſt. Et nemo dicitur duplici damno onerari: niſi forte ibi fuit valde importunus & inutilis, & voluit habere magna verba ſolus, nec dari Cæſari, quæ ſunt Cæſaris.

78. Quæro iterum: An poſſit ſe pennalis vexatione liberare à vexatione; Licet de ſubtilitate juris rigoroſi id non videatur concedendum: tamen vos utilitatem æquitatis ſequimini: quia ignoſcendum eſt ei, qui ſanguinem ſuum taliter qualiter redemtum voluit.

79. Sed quid ſi ſit valde obæratus, & non habeat multos obulos in burſa? Tunc adhibere cautelam, ne vos decipiant: quia ſunt aſtuti valde, in occultando theſauro ſuo, ideo non debet talis excuſatio facile admitti, niſi præſtito juramento pauper-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

paupertatis, quia nemo præſumitur vacuus ad peregrinas regiones migrare; maxime ſi ſit charus filius, vel cecinit in cantoria.

80. Si tamen hoc de facto contingat: tunc quod non habet in ære, luat in corpore; & ſic vexetur bene, quia non perſolvit plene. Quia licet prædictus puniatur mitius quoad pœnam pecuniariam, quam alius bene nummatus: debet tamen puniri gravius quoad pœnam corporalem, & ita ſervatur in praxi.

81. Pro cautione tamen notate, quod tales interdum habeant privilegia miſerabilium perſonarum, ſi ſunt valde lamentabiles: quia tunc ſatis ipſa paupertate premuntur. Et afflicto non eſt addenda afflictio.

82. Sed quid ſi ſit valde ſimplex, ut non poſſit unum puerum offendere, & habeat magnam devotionem, & eat precabundus per civitatem? A talibus cavete vobis, quia veniunt ad vos in veſtitu ovium, ſed intus ſunt lupi rapaces, & habent Diabolum ſub cappa ſicut frater aliquis pœnitentiarius.

83. Sed quid ſi Pennalis lateat, & non faciat ſui copiam? Tunc ſi non poteſt haberi de die, ſolet viſitari de nocte, & interdum cum Muſica inſtrumentali cantari ſibi unum bonum carmen, ut exeat ſonus in univerſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

verſum Muſeum: Reſonet in laudibus, cum jucundis plauſibus.

Vitrum noſtrum glorioſum
Per omnia kling klang klangorum.

Et hoc de conſuetudine loci, licet jure deſtituamur.

84. Circa tamen hoc eſtote providi, ut faciatis id cum moderamine, & in occulto, ne habeatis mercedem veſtram in propatulo, quia poſſet hic allegari pacis publicæ turbatio, cujus pæna eſt Bannum, quod parit multos & miſerabiles Cornelios in cerebello.

85. Nunc ad extremum tradam vobis modos, per quos diſſolvitur pennaliſmus, quorum primus eſt: Præſcriptio, quia de jure Saxonico, ſi pennalis vivat in ſtudio Academico per annum & menſem utilem, talis præſumitur didiciſſe mores civiles & burſaticos, & ideo habetur pro ſtudioſo, niſi mores forte contrarium ſuadeant.

86. Dico utilem, ut ſupputetis tempora climactericè, ex quo ſtetit in Academia animo ſtudendi, non vero commorandi tantum, ne alioquin is fiat ſtudioſus, qui per naturam ſtudioſus eſſe non poteſt.

89. Item ut intelligatis id tantum valere in præſentes. Quia quoad abſentes non valet præſcriptio, etiam ſi tempus interveniat cujus initii non extat memoria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

88. Circa hoc quæro: An pennalis diſcedens ante completum ſpacium ex Academia, poſtea reverſus nihilominus habendus ſit pro ſtudioſo? Et decidite diſtincte: Quia ſi in continenti redeat, tunc habet jus poſtliminii, & dicitur tempus quod abfuit, ſuppleri alio tempore in duplum, ut ita procedat præſcriptio.

89. Si vero ex intervallo, tunc quia cenſetur interrupta præſcriptio, debet tempus ſuum de novo inchoare, & ita ad ſtudioſitatem pervenire, quia res devenit in eum caſum, à quo incipere non poterat.

90. Quod ſi in totum domi remaneat, & fiat tibi Megiſtellus, aut Baprizans, vel Vxoratus; tum per fictionem Leg. Cornelii cenſetur nunquam in Vniverſitate fuiſſe, & ita in ſtatu ſuo mortuus.

91. Iterum quæro: An pennalis poſſit deponere pennaliſmum in Patria? Sed hanc quæſtionem ſuperſedeo determinare, quia eſt Salebroſa nimis.

92. Secundus modus eſt Emancipatio, puta, ſi Penalis ſit valde acceptabilis apud Virgines, & ſciat gravitatem Academicam tenere, poteſt talis Vocationem dare aliis ſtudioſis, ut abſolvatur à peccatis ſuis, & emancipetur à pennaliſimo.

93. Et ad hanc requiruntur certæ ſolemnitates: quia debet Virgo aliqua primaria quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ria quæ ejus rei ſcientiam habet, in judicem eligi, & debet præter alia cognitio cauſæ intervenire, an perſona ſupplicans ſit habilis ad hanc dignitatem. Quo examinato debet pennalis ante virginem ſuper genua procumbere præſtando ipſi juramentum, quod velit pennalem exuere, & induere ſtudioſum. Sed hic modus eſt valde periculoſus; quia una ſolemnitatum omiſſa totus actus annullatur.

93. Quæro tamen, an talis Bullatus ſtudioſus cenſeatur quoque legitimus, quoad alios qui non fuerunt in Vocatione & Abſolutione? & dicite quod non, quia privatorum pactis jus publicum inverti non poteſt.

95. Tertius modus eſt Legitimatio per ſubſequens Magiſterium, puta ſi pennalis intra annum fiat promotus Magiſter aut Baccalaureus, tunc enim habetur pro ſtudioſo. Quia cum infamibus portæ dignitatum non patent, cenſetur per iſtum honorem abolita omnis macula pennalitatis, & per Magiſterium purgata omnia antecedentia.

96. Sed tamen quia talis fecit contra juramentum ſuum, quod dedit Depoſitori, ideo debet ſuper eo gratiam facere dando ei vocationem, ut anceps periculum perjurii evitetur.

97. Vltimus modus eſt legitimatio per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

per Reſcriptum principis, puta, ſi princeps aut alius, qui famæ habet reſtitutionem, det alicui hoc privilegium, quod non debeat eſſe pennalis, & hoc publico diplomate teſtatum faciat, debet hæc voluntas principis pro lege ſervari; quia videtur reſpexiſſe ad doctrinam & merita perſonæ. Et ideo qui vocat eum pennalem, committit crimen læſæ majeſtatis.

98. Sed quia tale privilegium non præſumitur, niſi monſtratur, ideo debet Bulla ſibi data præſenter inſpici, an expreſſe ſcriptum ſit, quod talis non debeat vexari; & tunc tenor ejus circa hoc ſervandus eſt. Si vero hoc non ſcriptum ſit, ſed tantum ſimpliciter indultum, quod non debeat eſſe pennalis; Tunc poſſunt nihilominus vexari. Quia cenſetur Princeps ſe conformaſſe ad juris communis diſpoſitionem, & non voluiſſe uti plena poteſtate.

99 Pro additamento debetis ſcire, quod hodie per Nov. Conſtit. omne jus vetus circa pennalem abrogatum eſt, per quas omnes Beani naturalibus reſtituuntur, ita ut ſtatim à primis depoſitionis incunabilis una atque ſimplex ſtudioſitas illis competat, id eſt, eadem quam habent ſtuſtioſi â multis annis.

100. Dura quidem Lex eſt, verum ita ſcriptum eſt, non tamen credo, quod pra-
ctica-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſticatur ab omnibus quia ſtylus curiæ in viridi obſervantia poſitus, ipſa lege quandoque potentior eſt, unde fit ut Novella Leonis hodie in foro non attendatur. Circa prædicta haberem quidem aliquot adhuc pulcra notabilia, ſed quia odioſa ſunt reſtringenda, ideo remitto vos ad praxin, ut iſta omnia aptius ex ipſis rerum documentis in uſu quotidiano cognoſcatis.

Ad Mandatum Regium cum
Privilegio

Pro Cancellarius manu prop.

Explicit, explicuit, cætera praxis habet.

F I N I S,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

DE
MVLTISCIIS STVDIOSIS
&
MAGISTRIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

PROPOSITIO.

I.

QVando noſtro ſeculo omnia vel planiſsima quæque ſub projectam & effrænatam judicij, rationis, calumniæque trutinam, idque quandoque indigniſsime, revocantur; non mirum eſt, ſi quod ſtudijs ſæpe contingit ſtudioſi etiam experiantur. Et ne quis à nomine ſtudioſi ſe ſuosque abſtrahat, brevi diſceptatiuncula ſtudioſorum naturam circumſtantiasque concludemus.

2. *Studioſi vocabulum* πολλαχῶς λέγεται *id eſt, vox eſt homonyma, enodanda igitur.*

3. *Studioſus primum laxa ſignificatione nonnunquam capitur: Studioſus enim alius militiæ; &c. & Veneris qui caſtra ſequuntur.*

4. *Sed hic* κατ᾽ ἐξοχὴν, *per Synecdochen ſpeciei pro genere ſecundum Ramum, Philoſophum quotquot vixerunt, emunctiſsimum, ſumimus pro LIBERALIVM ARTIVM AMATORE. Poetæ vocant qui ex fonte Pegaſeo labra irrigavit.*

5. *Seda-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

5. *Sedata hac turba deſcendendum ex lege Methodi quam me Ramus utinam vero omnes, lib. 2. ſuæ logicæ, cap. 18. edocuit.*

6. *Epictetus definit : Scholaſticus, inquit, eſt miſerrimum animal.*

7. *Huic concinit pater Lyricorum Horatius, inquiens :*

Qui cupit optatam curſu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer, ſudavit & alſit,
Abſtinuit Venere & Bacho, &c.

8. *Verum has improbo definitiones. Sic Ramus logici Magiſterij Magiſter auſpicatiſſimus, log ſuæ li. 1. c. 25. Definitio cum definito ultro citroque commeet, contendit & Philippus : Definitio non debet eſſe auguſtior definito. Aliјque logici ex fundamentis demonſtrant, ſecus ſi fiat, committi deſinitionis elenchum, id quod philoſopho ſumma eſt religio.*

9. *Iam v. datæ definitiones in adductam amuſſim videntur impugnare.*

10. *Ac qui ſic? ais Annon ex ſtudijs ingens oritur tædium, annon plures ſtudiorum quam aliorum opificiorum deſertores videmus? Annon plurimos impendunt ſumptus maximis & ſuis & parentum curis?*

11. *Inſulſa hac eſt illatio : Eſto res difficilis ſumptuoſa; quid tum poſtea! an ideo congruit extremæ miſeriæ?*

12. *Multi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

12. *Multi qui aut ſtudijs adhæreſcunt aut ex ſtudijs victitant non ſunt miſeri; Anne, dic quæſo, crebro veſci gallinis, inſeribus, aviculis, eſt res miſerrima? Bibere & quidem pronè vinum generoſum, bimum & hornum, numero multa frequentare ſympoſita, uti poculis ſpumantibus undantibusque*, das iſt/ daß einem die Wellen in den groſſen Gefåſſen an die Naſen ſchlagen. *Hæc ſi eſt res miſera, calamitoſiſſimum me mallem. Sed forſitan & alij itidem boni lurcones.*

13. *Quid? quod illæ definitiones de tyronibus, id eſt, incipientibus ſtudioſis loquuntur, non vero de abſolutis, id eſt, qui gradum aliquem ex ſtudijs reportarunt, aut qui varijs incidentibus præcluſi non potuerunt.*

14. *Quid igitur? ſtudioſus eſt ſapientiæ amator, vel: eſt rerum humanarum divinarumque & quibus hæ continentur, cauſarum inveſtigator.*

15. *Vnde rurſus contra ſuperiores concludo. Suum cuique ſtudium arridet: quod arridet, placet: quod placet, gratum eſt: quod gratum eſt, facit hilarem. Nullus autem hilaris extreme miſer. Studioſi igitur non ſunt miſerrimi.*

16. *His definitionibus ut per ſe manifeſtis non longius immoramur. Si qui tamen*

ſint

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſint minus exercitati, ut tyrones, ignari, magiſtellive, qui (ut nonnulli temerè cavillantur) pecuniâ potiùs quàm arte gradum ſibi pararunt, à naſutulis ſuis judicibus, modò & hi ſciant, diſcent.

17. *Sequitur nunc diſtributio. Sed hic dichotomiam neſcimus, quadripartitam accipimus. Accuſentur autem potius Medici, quorum hic ductum ſumus ſecuti.*

18. *Hippocrates, Galenus, Ariſtoteles, Fuchſius, Fernelius, Albertus, M. Levinus Lemnius, aliique quatuor faciunt temperamenta.* 1. *Sanguineum.* 2. *Cholericum.* 3. *Phlegmaticum.* 4. *Melancholicum.*

19. *Sunt hæc temperamenta hominum. Studioſi ſunt homines. E. etiam Studioſorum. Et ſecundum illos humores mirum Studioſorum genus audies. Deinde etiam ſecundum proverbium:* Es ſind zahme Endten: Es ſind wilde Endten: Es ſind Lockendten. Aber Studenten das ſind ſeltzame Endten. Denn ſie haben / etc.

20. *Primum quibus dominatur humor Sanguineus, ii ſunt rubicundi, craßiores, ridiculi & ridibundi, venerei, delitiisque dediti: Et hi rarò propter hæc impedimenta veniunt ad ſolidam eruditionem. Dum enim domi eis deſidendum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

& ſtudendum erat, ipſi interea rationes ineunt, quomodo ludi delitiæque heſternis diebus inchoatæ nec dum finitæ, de novo redintegrentur, vel ubivis quid ludicri ſympoſiive, cui generaliter indulgerent, chorearumve, exoriatur, explorant.

21. *Cholerici habent humorem calidum & acrem. Ideo etiam ſunt ingenii capacioris plerunque, niſi alius etiam humor adſit. Brevis ſunt ſtaturæ, pallidi, callidi, & ad iram propenſiores, præſertim ubi vino incaluerunt, convivatorum ineptias non poſſunt ferre.*

22. *Phlegmatici habent humorem pigrum & frigidum. Mucoſa hic ſunt fere omnia. Itaque quando ſpes eſt, illos invigilaturos literis, invigilant chartis pictis.*

23. *Melancholici etiam habent bilem ſed atram, terræque reſpondentem. Ideo hujuſmodi ſunt moroſi, ſedentarij, eruditi. Hi neque ſobrij neque ebrij ineptientes ferunt.*

24. *Ex his patet, phlegmaticos non eſſe frugi ſtudioſos, cholericos & Melancholicos optimos, niſi tamen cholerici ab igneis quos habent ſpiritibus, ſæpiſſime ſuum inſtitutum mutare, de nocte & de die exire tumultuarique cogantur.*

25. *Pro mixtura tamen & craſi tempera-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

peramentorum plurimum inter ſe variant. Ita ut ſæpe dubites ad quodnam ſint referendi, cum ex ſingulis plus minuſve ſæpe participent.

26 Quales ſunt hiſtriones qui ſummum & munctiſsimum gradum inter ſtudioſos obtinent, ut exempli gratia: Si quis tanquam teſtudinem ferat, anſerem interea cheliiotheca incluſum portat. Vel ſi arietem, quem furtim (ſi furtim dicendum) rapuerunt in agro, neque qua commode via in urbem induci queat, norunt, ne prodantur, deliteſcunt interea foris uſque ad veſperam, ubi demum ſole occidente, nocteque ingruente, oblongo arietem pallio induunt, pileoque capiti ſuper impoſito erectum, pedibus anterioribus ſublatis, ut erectus & bipes incedat ab utroque latere duo, pedes anteriores quaſi ebrij cujuſdam brachia pallio involutos tenent, atque ita quaſi, ebrium per medias excubias, per mediam urbem ſolemniter trahunt. Et ſi bonus vervex inſoliti hujus inceſſus inſuetus quandoque tumultuosè exilit, ipſi ne quid fraudis ſubeſſe ſentiatur, bonis & amicis verbis ipſum tanquam ebrium ad modeſtiam hortantur, commonefacientes quanto in periculo verſentur. Ah quæſo Domine, aiunt, ne ita tumultueris, ſequere modo, nos deducemus te cubitū &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

O quanta dominatio, ſed quæ brevi deinde morte eſt redimenda, vel quando oblectationis gratia, in proximum pagum exſpatiantur (vel etiam urbem) ibique ex ſuo ipſorum numero unum eligunt, quem comitem vel principem vocant, quem cæteri omnes ſequuntur, deſignatis unicuique ſuis muniis, ita ut alter ſit cancellarius, alius Magiſter aulæ, alius concionator aulicus, alius ſecretarius, alius calefactor & omnia tria. & ita deinceps, ubi etiam omnes compoſita ad gravitatem facie comitem ſuum obſequioſe obſervant; miro gaudio perfunduntur, wen ſie die Bauren Gnad Herr heiſſen / *unde tamen id fiat ab ipſis aperto capite & demiſſè, ſecus verò* wann ſie die Miſtgabelinum oder Flegelinum zu der Hand nemen / vnd dem newen Grafen den Wein verehren/ daß jhm das Fewr auß den Augen ſpringt. *Tum enim ſi viribus ruſticis ſunt impares,* denn wen einer einen Bawren ſchlegt/ iſt es eben alß wenn einer ein Schwein in einem Wald ſchlegt / wen daſſelbig greinet / ſo lauffen die andere alſo herzu) *ſatius eſt hoſtem fugere, quam furori ruſticorum incaſſum reſiſtere. Ibi verò pares cum paribus congrediuntur, de victoria ſua etiam ante certamen ſunt certi, præſertim ii qui antea ſimilibus conflictibus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ctibus interfuerunt. Differunt tamen ſecundum gradus comparationum, Poſitivi, Comparativi & ſuperlativi.

27. Sunt qui omnes ſuos conatus & ſtudia eò intendunt ut terrarum orbem peragrent, in eamque rem mille aut amplius aureos impendunt ut quanti qualeſve ſint, noſcantur, quibus tamen ſatius eſſet, ſi duo millia expenderent, eoque dent operam, ut non cognoſcerentur.

28. Sunt qui ad exhauriendum aquam Heliconii admodum ſitibundi proficiſcuntur, ubi tantum aqua illius ingurgitant, ut poſtea omnes fermè literas capitis dolore evomant.

29. Vidi aliquando ejusmodi Apollinem ſuper aſello impoſitum. Et cum neque ſedere præ ſopore, neque ſe erigere ob membrorum ſtuporem valeret, reclinato, tanquam morbo debiles ſolent ſuper hærentis cujusdam humerum, languido capite, brachiis membrisque demiſſis, oculis clauſis, ore aperto, vini fœtore exhalante. Ubi tamen multi hominem gravi morbo correptum putarunt, donec vomitione ægritudo illa patefacta eſt.

30. Alius quidam cum aliquando per totam noctem genio indulſiſſet ſummo diluculo, è taberna vinaria ſe proripuit, ut in ſuo ipſius hoſpitio crapulam per ſomnum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

per ſomnum excuteret, nam in taberna non dabatur tantundem ſpatij. Sed neſcio quonam per humos & vapidos, cerebrum ipſius conturbantes diſtractus in angulum quendam mellis bis cocti devenit, & quamvis fœtor ipſum ab hoc aditu revocare debuerat, viam tamen quam inierat palpitare non abſtitit. Accidit autem ut quidem è domo illa ſurgens, alvearia (ſeu alvum) excrearet bonaque portio illius in pectus delaberetur, quo ubi ſenſit continuo dixit: Hem quid agis vates? vix autem hæc effatus fuerat, ecce pyrum vatidicum totam ipſius faciem obtexit. Alter qui in ſuperiori parte ædium erat, hujus rei ignarus cum tamen mirabundrium hoc videret, cachinnans reſpondit: Tu mihi lambe nates. Qui tamen fuerit, adhuc ſub judice lis eſt. Porro cum hoc ſyrupo defuſtato ſponte crapulam excuteret, ac repente ad conclave ſuum pergeret, ſciſcitantibus ex ipſo contubernalibus unde tam ſero vel mane, actam bene inunctus à vertice usque ad plantam? Reſpondit, Hem.

> *Difficiles lectu mihi Mars facit improbus herbas,*
> *Is cui hydra hæc, comedat qui ſpernit fercula ſana*
> *Apponatque ſuum, ſi non vult credere, naſum*
> *Lectu difficile eſt quia ſtat juxta atria cuſtos, &c.*

Inuſitatem in fundendis verſibus peritiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

mirabantur ipſius contubernales, tam expeditam, alioqui quicquid enim voluit dicere, verſus erat. Et dubitabant, num forſitan eſſet mel ſocraticum, præſertim quia ex ſuperiori loco deciderat; ſed tamen ipſi nolebant deguſtare, quia nimium ſtercoriſabat, & ipſe vates novus nil niſi ſtercoralia lectu difficilia eructabat.

31. *Fuit etiam aliquando novitius Profeſſor, qui aquæ iſtius ante hæc plurimum guſtaverat, in tantumque affectus, ut nec in ipſo munere in quo erat conſtitutus, ſibi ab ejus nimioſitate temperaret, cum vero horæ matutinæ ad profitendum ipſi eſſent deſtinatæ, perſæpe, ubi à ſuis tanquam à lethargo detentus, magnis vocibus excitatus fuit, repente è lecto proſiliens, ſeminudus ſemivivus oſcitans, ſtupidus, demens, caput phrenecticum, ſomno grave vino repletum, oculis vix apertis vino ſubinde ex heſterna crapula eructante, pauliſper enixis cubitis ſeſe elevavit, lingua balbutienti, neſcio quid latinis græcisque verbis ebulliens, tum ad cachinnum diſcipulos movit, ipſe quoque ore obtorto, ridenti ſimilis caput demiſit, ut reliquum vini obdormiſceret.*

32. *Sunt quicquid habent adeo prodigaliter inſumunt, ut ſi centum aureos*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

habeant, omnes uno die profunderent.

33. *Et hi ubi nihil inſumendum reſtat, æreque alieno paßim ſunt obſtricti, ad extremum, nates pro pecunia creditoribus oſtentant, clam iter quo, quo fortuna fert, ineunt, confecti fame, macie debilitati, barba ex ſqualore promiſſa tanquam alter Diogenes nihil præter ventrem nudum & eſurientem & pediculos multos loco miniſtrorum comites itineris ſecum portant. Calcei antè, retro, dextrorſum, ſiniſtrorſum ita perforati ſunt, ut vix novem feles unicum murem, quin effugiat, tenere poſſint. Capilli per pileum multis foraminibus perforatum enaſcuntur, ulnæ & genua quaſi oculi proſpectant. Enſis à rubigine adeò corroſus eſt, ut vagina eaque lacera, quæque vix dimidium tegit, vix dignoſcatur, quem ubi è vaginæ eximere volunt, utroque pede manubio inſiſtunt, utraque manu quantis poſſunt viribus oreque tortuoſo vix extrahunt. Hic audias ſtridores tantos, ut dentes ſua ſtridioſitate graviter lædant. Inde omnia oppida, omnes urbes percurrunt, nummos poſtulantes propter communia ſtudia, manibus perambulantium togas apprehendunt, nunc calceos, nunc aliud quippiam petentes, interrogati ſubmiße & humiliter capite in dextram demiſſo, dextrumque pedem continuè*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

tinuè ad ſe trahentes, & quicquid ad flectendum facere opinantur, reſpondent. Imò infimæ cujus libet ſortis hominibus Dominicales honores exhibent exempli gratia: Herr Bettelvogt / ach ich bitt jhr wollet nicht mit mir ſo ſtreng verfahren. Mox Bettelvogt / raro iſto & inuſitato honore plurimum gaudens, utraque manu utrique lateri innixa magnificaliter reſpondet: daß iſt doch recht / daß man die Oberkeit in ehren halte.

34. Sunt præterea qui ſolitariam viam affectant, quique à cæterorum conſortio ſeſe ſubtrahunt.

35. Iique ſunt aut humiles aut inflati.

36. Humiles ſive ſimplices quorumvis vexationibus ſunt expoſiti, quibus etiam nihil non perſuaſerit. Et quæcunque ipſi in medium proferunt, ſeria ipſis & magni momenti videntur, cæteris v. perquam ridicula. Exempli gratia: voluit aliquando quidam ſententiam quandam confingere ita, ut literæ initiales, ſui nominis literas initiales referrent, & poſt multas lucubrationes ad nomen ſuum I.C.A. invenit hanc: Ieſus Chriſtus Amen. Veruntamen non ita frequenti numero inveniuntur.

37. Inflati ſunt, qui peculiares geſtus Philoſophicos ſcil. ut ipſis videntur ſtudioſè affectant. Quos ſanè incedentes aſpicere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

res viſu ſatis eſt digna. Incedunt nempe plerunque ſordidis & laceris veſtibus flavide induti, dextra palli ala ad dextrum calcem uſque propendet, ſiniſtra v. vix ſiniſtrum femur tegit. Protracta cervice, turbido vultu, aſpectu torvo, oculis ſtupidis, ita ut ſæpius pedem offendant grandiori paſſu.

38. *Ex his obiter elicitur, ſuperbiam verſari, tam circa ornatum, quam deornatum corporis, at proinde tam circa ſplendidas quam circa ſordidas & laceras veſtes.*

39. *Et quamvis ejuſmodi ſtoici Diogenici jure humanitatis miſeratione potius quam irriſione digni cenſeantur: Tamen neſcio quo pacto ad riſum potius quam ad miſericordiam nos moveant.*

40. *Præterquam enim quod ita faſtidioſe paßim ſe oſtentent, in tali habitu mirifice ſibi placent, atque inprimis virginum inire gratiam hoc modo ſatagunt, ac ſibi etiam perſuadent, in quibus tamen egregie ſæpe faſcinantur. Exempla tametſi ſunt odioſa, unum tamen annectam.*

41. *Quidam cum aliquantiſper à virgine nobili blandis verbis ineſcaretur, ipſeque hac converſatione confiſus, virgini moleſtior eſſet, quam illius pudor*

poſtu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

poſtulabat. Illa converſationis illius pertæſa diſsimulare tamen, noctu aliquando venire popoſcit. Vir militaris lætus hoc reſponſo, ad horam præfinitam præſto ad virginis ædes fuit, ubi honorifice ab adoleſcentulæ ſervis exceptus fuit: Nam dorſo unius impoſitum, elevatis à poſteriori parte veſtibus craſsioribus loris quæ ſtaphilia appellant, ita nates afflixerunt, ut menſe integro ſedere nequiverit; quo tamen tempore, ad tantam turpitudinem occultandam, domi dentium dolorem ſimulavit.

42. Et quis poſsit omnes omnium mores deſcribere? cum in ſingulis fert Academiis peculiares ſint ſtudentium mores.

43. Sed oportet nos fortfahren / quia non habemus multum der zeit.

44. Studioſi igitur alij ſunt impromoti, alij v. permoti.

45. Impromotorum variæ ſunt cauſæ, quidam enim poſſunt promovere, ſed nolunt: hos laudo. Quidam volunt ſed non poſſunt, vel propter æris inopiam, & hi laudandi, vel propter eruditionis tenuitatem, & hi ridendi; & præſertim quidem ij, qui gradum aliquem, cujus antea præ ignorantia miri fuerunt irriſores, appetunt, Korbiſſant, ſit enim non parum, daß einen der Eſel heßlich ſchlegt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Aut in patria ſua habent functionum, quæ ſi vacat, ne præripiatur, aſini patriam occupant, ubi tamen à vulgo mox magiſtri vocantur. Exemplo ſit Calomuſar quidam, qui cum ad gradum Baccalaureatus aſpiraret, veruntamen uti indignus reÿceretur, parum moratus hanc repulſam reſpondit: Ich wil wieder auff mein *function* ziehen/ da werde ich doch von den Bawren allzeit *Magiſter* genent. *Aut habent amaſiam, cujus aſpectu qua ſemper frui volunt, ad gradum appetendum omnino redduntur inhabiles & indigni. Nihilominus quando in conviviis ſedent, aut cum aliis imperitis potiſſimum, converſantur, magnifice de ſe gloriantur, nihil ibi niſi inſolens verborum faſtus, & loquendi vana ampulloſitas, ut ſi tantum corpore intumeſcerent, quantum animo inflantur, monſtra deterrima viderentur, & in ultimas terras deportanda. Interim alios ſtrenue exagitant & annihilant, cum tamen ipſi ſint grandes ſuper grandes aſini, quorum nates culinatius forſitan aliquis libello Donati obiter petivit.*

46. *Veruntamen hoc antiquum eſt artificium, quo furibundi iſti latratores delectantur, ut carpant eos malignis verbis, quos ſe viderint virtute & fama ſuperiores, quorum tamen in ſummam vergunt* lau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

laudem indoctorum obtrectationes; cum turpem eorum dicacitatem, ſcurriles jocationes, obſcænas detrectationes, mordaces conviciationes, linguæ procacitatem, ſermones in peiorem partem ſemper proclives, turpemque vitam facile perſpiciat; Et vero hæc non errore opinionis, ſtultorum inſcitia metienda, ſed ratione & ſapientia judicanda ſunt.

47. *Porro ſi quando cum viris eruditis verſari ipſos contingit, ô quam humiliter, quam ſubmiſſe, quam molliter tum loquuntur. Neque citius proſiliunt niſi poti, (quando nimirum humi & vapidi aſcendunt in ipſorum cerebrum, ſcientes fæcundos calices reddere homines diſertiores, ubi etiam innocens Priſcianus continuis plagis adeo debilitatur, ut poſtero die prodire in publicum neutiquam audeat.*

48. *Recitabantur aliquando literæ de homine non ſatis Reipublicæ accepto. Cum vero nomen illius ſæpius in literis referri neceſſe eſſet, accidit ut nomini illi adderetur. Præfatum (ut dicam Paulum) tunc unus ex aſtantibus naſutulus, opinioneque eruditionis crepiturus, exiſtimans verbum illud honorificum eſſe, & magnam aliquam laudem in præfati nomine contineri, ac ſi ſapientiſſimum aut prudentiſſimum ſcripſiſſet, ſtatim vociferare cæpit rem indignam*

eſſe, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

eſſe, ut homo improbus, hoſtis patriæ, præfatus appelletur.

49. *Ejuſdem tenoris eſt hoc: cum primum ederetur libellus Philip. Mel. de anima, ac quidam naſutulus præteriret tabernam librariam, legeretque titulum dicti libelli, qui ſic erat: Libellus de anima Philippi Melancht. ſtatim quæſivit ex circumſtantibus, num Philippus eſſe mortuus, putavit enim librum hunc tractare de anima ipſius Philippi Melancht. Sed dignum quæſito accepit reſponſum, omnium ſibilis exploſus fuit.*

50. *Sed lubet hic cribratas quasdam & viſceroſas eorum loquendi formulas in medium adducere. Videor autem mihi jam videre in convivio ſedentem ejusmodi turgidum & obeſum, qui propinanti copioſe è pulmone in guttur exurgente ſpiritu, pleniſque faucibus gravitaliter cyathum benedicit: Dominus det vobis tot ſalutes, quot ſunt Alleluja inter Paſcha & Pentecoſten. Poſtea ubi paululum vino exæſtuat, ſpirituſque ex ſtomacho quaſi denſæ nubes per os evaporant, in hunc modum ſuam oſtentat loquacitatem: Quoniam quando quandoquidem delectabiliſſima ſocietas, homines ſemper volunt ſcire aliquas novitates, ergo*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ideo igitur dicatis tamen nobis aliquid, ſi vos aliquid ſcitis novi: Ego libenter vellem aliquas dicere, ſed ego credo quod vos bene ſcitis. Sed tamen oportet me dicere ſuper quo ego valde iraſcor, quod ſæpe jam tam parva cochlearia ora, quando poſſunt modicum LatiniZare, mox volunt Magiſter fieri, & ſunt ita ſuperbi, quando vadunt per plateas, ſunt ita infullati ut buffones, & aſpiciunt ſe de utroque latere, & faciunt ſæpe magnas guerras & diſturbia, & tamen neſciunt aliquid fundamentaliter. Ego ponerem caput meum, vel vellem habere tot pediculos, quot Carnifices poſt paſcha occidunt vitulos: Si iſti poſſent declinare Muſa. In bona veritate, ſi ego haberem ſuper iſtos poteſtatem, ego vellem eos ſuper ſcamnum ponere, & cum virgis vapulare (ego vero nates tuas cum ſis ætate me provectior, lato aſſere pro merito diverberarem) in conſcientia ego credo, quod ſi vos adhuc multum vivatis, quod vos videbitis multa nova. Modo antequam unus puer poteſt emungere ſuum naſum, vult magis ſcire quam nos. Hei quam malus eſt tamen jam mundus. Per meam fidem facit mihi valde væ, quando ego audeo de illis loqui, quod debent eſſe tam

docti;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

docti; & ſcio quod omnia melius irent, quam nunc faciunt. Si homines illos non ita laudarent, faciunt & novos libros de modo latini Zandi tam groſſe, quod ego, qui tamen ſum vetus, & multa ſtudui, non poſſum intelligere, & etiam nos non indigemus eorum latinitate, quia ponunt tam groſſa & non intelligibilia verba, omnia vetera tamen ſunt bona, & hortor etiam omnes, ut apud vetera maneatis, & iſtos novos truſſatores non ſequatis. Ego ero cadaver, ego vellem duas menſuras vini ad optimum dare, ſi Domini eos venarent extra civitatem, nam faciunt multas guerras. Sed audite tamen, quomodo ego eos carminice tam pudibunde exfaciam, nam ego in meis juvenibus diebus tam bonus poeta fui, quod nemo ſuper me erat. Auſcultate Ehem.

A nobis procul cedite
Nec rurſus ad nos redite,
Nam ſi rurſus venibitis
Non multũ tunc gaudebitis
Nos volumus vos cedere
Vt debeatis pedere
In caligas, ha ha ha he
Vt dicatis, væ, væ, væ, væ,
Valebit unum thalerum
Pro quo nos ememus merũ,
Si vos ita ex tempore,
Loquetis bene. In ore
Ac ſi pultem haberetis
Nam valde loquere timetis
Pfui pudeat cuniculi
Vos linctores naſutuli
Nos ſumus imperterriti
Et loquimus impavidi,
Nos vocem ſicut aſini
Habemus, vos ut pulluli
Pipitis, pi pi pi pi pi
Sed nos loquela pergrandi.
Nam qui poteſt illi venit,
Sicut quidam Sartor dixit.
Et hæc volebam dicere
Sed quando vultis bibere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Nam valde bibiturio
In hoc meo gurgulio.
Hic E. tibi valeat,
Vt nihil intra maneat.
Vel ſi vis habere aliter,
Propino tibi taliter.

Heus, hem, hoc totum propino tibi poculum.
Semper eris mecum, ſi mihi facis æquum
Infundabo tibi diligenter, ebibe totum
Hem recte feciſti, Sit tibi bene potum.

51. *Hiſce & conſimilibus loquendi formulis utuntur, quibus etiam mire ſibi placent. Verum enim vero agreſtes vetulæ idiotæque ruſtici, ſi quid olim de latinitate deguſtaſſent, comptius multo loquerentur, & purius quam iſti palliotenus docti. Et ſatius atque è re ipſorum foret, ſi omnino tacerent, tum enim multi opinionem alicujus eruditionis de ipſis concepiſſent, veruntamen quia ex cantu cognoſcitur avis, ipſi etiam ex ſuo dignoſcuntur, dum non Philomelæ cantum, ſed rugitum aſelli repræſentant. Totque effutiunt importunas loquacitates, ut ipſi etiam Heraclito riſum excitarent.*

52. *Cur autem hi alios plus contemnunt quam verè eruditi? ignorantia facit tumidum: Tumidus eſt ſuperbus. Omnis ſuperbus eſt ſtultus, dicitur enim omnis ſtultus eſt* ſtoltz *& reciproce, omnis* ſtoltz *eſt ſtultus. E. tales præ ignorantia, præ ſuperbia, præ ſtultitia, in quem ſatis debacchari debeant, non inveniunt. Omnis autem*

autem vere doctus eſt humilis. Omnis autem humilis cum moderato utatur & tempeſtivo judicio antequam aliquem naſo ſuſpendat adunco, prius cum eo converſatur confert, diſſerit, & ex propoſitionibus & reſponſis ſumit judicium.

53. *Sequitur nunc de promotis. Hi pro conſuetudine Academica & magis frequenti, aut ſum Baccalurei, aut Magiſtri, aut Doctores. Quanquam etiam ipſi Magiſtri Philo. in quibuſdam Academiis, Doctoris nomine publice proclamentur, præſertim Tubingæ, & aliis in locis, ubi noſtra dignitas nondum militavit, his aut ſimilibus verbis Renunciamus & Proclamamus vos omnes & ſingulos in Doctores Philoſoph. conferentes vobis hac proclamatione publicam licentiam, philoſophiam publice profitendi, &c.* Nec *immerito, eſt enim hic ſummus in philoſophia gradus. Hujus E. ſummitatis ratione ſummus etiam titulus, in ſummo gradu promotis competit. Quod enim valet in uno (ut in Theologia, Iurisprudentia, Medicina) valet & in altero, nempe in philoſophia, cum ſit eadem & par ratio. Imo ipſa philoſophia omnibus aliis in facultatibus commodo eſt; Nec ulla abſque hac perfecta ſatis eſſe poteſt, ipſa vero per ſe abſque aliis in ſua perfectione ſemper floret.*

94. Bac-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

54. *Baccalaurei primum & infimum artis poſuerunt fundamentum, ideoque & infimum tenent gradum, vulgo* Backfiſch / Lariſſen / Plateiſſen / Speckerbes / Stautzenfreſſer. *Horum nomen ullibi, præterquam in univerſitatibus notum eſt, adeoque minus contemnitur ab ignaris. Proinde illorum nominum, qui gradum hunc aſſecuti ſunt, non præponitur B. Sicut Magiſtro M. cum multa ſint quæ per literam B. lectorem poßint fallere, ut ſuſpicetur B. denotare. Beanus* Beugel / Büffet / &c.

55. *Magiſter eſt qui ſupremam philoſophiæ laurum obtinuit, i. e. tantum in artibus fecit progreſſum, ut quæ adhuc ignorat (quis enim undiquaque perfectus) per ſe poſſet intelligere, maximam v. cyclopediæ partem ipſe calleat, aliisque explicare ſcit. Hoc qui præſtat, vere verus eſt Magiſter. Horum corona reſpondet Romanorum triumpho, quemadmodum Baccalaureatus ovationi.*

56. *Sed audio mihi objicientem, Prætorem & Magiſtrum cito creatum: Pecunia gratiaque pluresꝫ quam arte fieri Magiſtros.*

57. *Quis vero calumniatoribus reſiſtat? Horum enim eſt ſtultorum plena ſunt omnia; neque Iupiter ſive nubilus ſive ſerenus omnibus placet.* Vnnd man

müſte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

müſte viel Dreck haben / wann man ſolchen die Meuler alle ſtopffen wolte.

58. *Magiſter citò fit, inquiunt. At ego E. etiam cito perit. Vnde vero talis corruptio? Fit hæc, inquam, ab exteriore prædominante & naturæ contrario; ut & corruptio nativi coloris aut σβέσει aut φθέσει inducitur.*

59. *Hæ actiones utpote externæ internis fortius agant neceſſum eſt. Cui hoc externum competit? literatis ais.*

60. *Ecquid audio. Vtinam verè eſſent literati. Sed literæ plerisque deſidiæ & ſummæ aſinitatis operculum ſunt.* Nam de Philoſophia cujus Magiſtri noſtri Magiſtri ſunt, ne Gry *quidem interrogati reſpondent, Ita in dicendo ſunt periti, ut nihil ſit abſurdius ipſorum inani verboſitate: Ita Dialecticam callent, ut prius & tutius lupum auribus tenere, quàm aptè diſſerere poſſent. Ita in aſtronomia verſati, ut Lunam à Sole minimè diſcernant. In Geometria ita periti, ut neque domum ullam, nequi prædium metiri queant. Ita omnium rerum naturam norunt, ut ſuam omnino obliviſcantur; & ut dicam quod res eſt, ita docti ut nemo omnino indoctior.*

61. *Beanes Mopſosque illos, qui antequam profectum Magiſtri alicujus tenent, in illum immunda crepant, ignomi-*

ominioſaque dicta, ut ait Horatius, judico.

62. Dianæ meæ duplex eſt tertium. Quemadmodum Areopagitis Minoi, Æaco, aliisque æquis judicibus grande nefas & morte piandum eſſet, ſi re incognita rerum condemdarent. Sic etiam aſinimũ præcipitium in temerario ejusmodi judicio deſiteſcit.

63. Alterum: Dicant obſecro, unde hanc argumentandi rationem mutuentur; Magiſtri quidam inepti ſunt, Magiſtri quidam inaurati & auriti ſunt, id eſt: Man nimbt Gelt / vnd macht etwan einen Magiſter. E. hic iſte ille. Ja machts bey euch jhr lieben Herren / ſo könt jhr es gelangen. Neque habent ex Ariſtotele, neque ex Philippo, neque ex Ramo, quorum aliquem vix vidiſſe multis contingit

64. Corvi vos ô judices exedant, quod contra naturam, ſenſum, experientiam ullamque exemplorum inductionem ita argumentemini. Quis enim (malum) à particulari ad particulare concludere vos docuit?

65. Sed accidit loquaculis bombyliſque hiſce veſpis, quod pueriliis ſæpè ratiocinantibus inſcitè tamen.

66. Vſque adeò ad conviciandam ſunt proclives, ut vitium hoc in ipſorum naturam

ram videatur tranſiiſſe, quorum tamen ſermo aſelli cujusdam crepitum potius refert, digni quorum temporibus corna laurea imprimatur; unde cornuti, hirci fætulenti, fœtidi cornigeri, quippe qui in craſſo aere nati, nihil niſi cornu petere, vel potius pedere didicerunt. Minime digni qui vel hedera coronentur.

67. Sed manent tamen ipſos doctrinæ ſuæ brabæa & inſignia, id quod ſequenti exemplo manifeſtum faciam.

58. Evenit aliquando ut hujusmodi momus in publico deambularet, ac capite, manibus, pedibus, totoque corpore philoſopharetur; ex compoſito, an ex improviſo, neſcio humani ſtercoris urinæque plenum vas in Eliconium ac muſis ſacrum caput effunderetur. Ipſum autem vas galeæ loco reliquit. ô lauream meritam conſpicuamque dignam certe, quæ omnium hujusmodi morum caput ac comas ornaret. O ſpectaculum egregium virtutisque teſtimonium ingens, ô ſpectanda eloquentiæ præmia, quæ oratorum iſtorum os faciemque tam egregiis ungventis ornarent vel honeſtarent, ô fimbrias aureas quæ adeo exornarent cultoris Muſarum veſtes. Hæc ſunt doctrinæ præmia, hi tituli poſteris demandandi. Hic ſic nomen eorum inter ſtercora & fætorem deliteſcens fit notum, in publicum omnibusque

uſque innoteſcit. Si hoc mel illud fuit uod apes Socrati, Platoni adhuc infantulo ormienti ori indiderunt, quodque tantope-e ab omnibus deprædicatur, ego nunquam, uantivis ab omnibus prædicetur, guſtave-im.

69. *Qui igitur nihilo eſtis doctiores non lebetis aliorum famam corrodere. Cor-uptio enim eſt à fortiori. Sed nec eſtis ortiores nec pares. Vellicat vos ideo Ho-rat.*

Sumite materiam veſtri qui carpitis æquum
 viribus

70. *Sed quo abeo? ad propoſitum rever-tor: Studioſi Magiſtri materia circa quam, vel, ut Ramus loquitur, ſubjectum occu-pans eſt Cyclopædia; quæ aut eſt organica, & in ſe complectitur Grammaticam, Rhe-toricam & Logicam. Aut inorganica, quæ agit de rebus.*

71. *Res aut ſunt Entium primorum; & hæc docet Metaphyſica, vocatur etiam Theologia Philoſophica, quia habet doctri-nam de ſpiritibus, aut ſunt entium, aut attribuuntur homini ad finem.*

72. *Finis alius eſt ſupremus, agitque de ſummo bono, ut Ethica, Oeconomica, Politica. Alius vero inferior v: Hic ver-ſatur in cognitione naturæ; quæ duplex eſt,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

aut enim eſt conventa, de qua Phyſica, aut obſtructa, & dicitur Μάθεσις. Hujus ſunt Arithmetica, Geometria, Aſtronomia.

73. Omnes has artes ſcire magiſtrum oportet. Sunt tamen qui in Geometriæ & Aſtronomiæ ſtudio non usque adeò ſudant, cum nullum habeat uſum, niſi earum ſcientia ſit undiquaque perfecta, quam tamen in longam ſenectutem vix aſſequi cuiquam licet.

74. Ergò, objicis, non ſunt ex numero κακοτεχνῶν? Audi vero dicam in aurem. Non carent ea ſuo fine qui ſemper bonus eſt. Quoniam vero multum temporis ſibi vendicant, & niſi quis ex profeſſo eas in ſcholis profiteatur, utilitatem parvam afferunt, vulgo negliguntur.

75. Porro ex ſubjecto etiam diſtinguuntur Magiſtri. Quidam enim ſunt Argentoratenſes, quidam VVitebergenſes, quidam Marpurgenſes, quidam Tubingenſes, quidam Heidelbergenſes, quidam Helmſtadienſes, quidam Moguntienſes, quidam Herbipolenſes, quidam Ingolſtadienſeo, quidam Ienenſes, quidam Roſtochienſes, & ſi qui ſunt alii. Quilibet horum ſuos habet irriſores, ſuosque laudatores.

76. Dicunt enim: Argentoratenſes, hi ſoli ſunt boni Magiſtri. Sed ego puto multos non fuiſſe illic, ut ſcirent, quid reſpondiſſent;

diſſent; aut bonum Magiſtrum judicare ex barba: Sic: ille habet bonam magnam barbam, & eſt Magiſter. E. eſt etiam bonus magnus barbatus Magiſter.

77. *Quidam VVitebergenſes laudant; ed plurimi vituperant. Sunt enim nimis bibuli: & certe EXTRA nimis ſunt ſtudioſi, & cuculant dum bibunt putridum* Guckgauch. *Et ne quid ipſos remoretur, dignitas nempe gradus, epulaturi, pallium, ne ſit remoræ, amovent, his aut ſimilibus verbis: Hoc ego clavicula rigidum ſuſpendo Magiſtrum:*

78. *Quidam ſed pauci, Marpurgenſes vituperant; ſed certe neſciunt quod dicant. Siquidem multos audivi dicentes, Diabolus promoveat apud Marpurgenſes, nimis rigidum enim habent examen.*

79. *Apud Tubingenſes quadraginta in momento horæ creantur, & quidem ſingulis annis bis.*

80. *Sed nimium foret de ſingulis univerſitatibus aliquid recenſere, judicium de iis poteſt fieri ex natura ſtudioſorum & ex adjectis locis, nec dubium quin quælibet ſua habeant phitia.*

81. *Nec diffiteor quin ubique & docti & indocti creentur. Dignus enim & indignus ſimiliter ablativos adſciſcunt; multisque ex gratia potius & largitionibus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

quam meritis gradus iſte confertur: Memini enim ipſe quod alicubi fierent. Stromaſter/ Hewmagiſter/ Fiſchmagiſter/ Haſenmagiſter/ Buttermagiſter/ Flachsmagiſter. *propterea quod talia aliquibus (bona venia) devoverant. Sed iis nimis ſubſellis plerunque gaudent.* Dann die Stang iſt vnten zimlich ſchwer/ ſo muß man ihrer auch dran haben/ die ſie halten können. *Nec ita pridem novus quidam fuit, qui vitium potius per ph. quam philoſophiam (quam ille per f) ſcribebat. Erat autem vir bonus, nihil enim ipſi rei erat cum Magis, quorum numerum ignorabat, quod nunquam audiviſſet, deditus enim erat cochleationibus, ſiquidem propter virginem ſuam Magiſtravit, & quia ſuus mater voluit habere, ut ajunt. Veris tamen Magiſtris, qui gradum ſuum coram quovis tueri & propugnare non reformidant, nihil hiſce derogamus.*

82. *Vnde nonnulli calumniatores, contemtores, ſubſannatores, Magiſtros diſtribuunt in Magiſtros & Magiſtellos. Sed rurſus Aſinus Leonina. Quæ enim ſecundum plus & minus differunt, non differunt ſpecificè.*

83. *Magiſtri & Magiſtelli differunt ſecundum plus & minus. Magiſtri enim doctiores, Magiſtelli indoctiores. E. non eſt realis diſtinctio.*

84. *Cum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

84. *Cum vero nihil ſine cauſa fiat, & felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas, ab Ovidio habeatur; quænam Magiſtellorum cauſa ſit, diſpiciamus. Magiſtri enim boni & veri, quomodo & quales naſcantur vidimus.*

85. *Ea nonnunquam eſt in ipſis ſtudioſis, & plana eſt ex hypotheſi ſuprapoſita quatuor nimirum temperamentis, quando ſua ſponte, vel nolunt, vel non poſſunt. Nonnunquam eſt in parentibus, aliisque.*

86. *Dum enim parentes cito volunt habere magnos Dominos ſtudioſos, ornatiſſimosque Dominos Magiſtros, & tamen multum pecuniæ expendere nolunt, ablegant filios ſuos menſem unum atque alterum, iisque optant ſi poſſibile eſſet, ut in fumo cito citiſſime coquerentur, quod cum & titillat filios, & geſtiunt, ut quivis ſe præſentibus aperiat caput, cito ſupercurrunt primum dialectices caput, diſputant in aliquo collegio de verbo* διαλέγεσθαι. λόγῳ χρῆσθαι. *& quando examen aliquod & aliquid dicendum & diſputandum inſtat, celeriter currunt ad libros & ſuum thema ſtudent. Veruntamen etiam plerunque Leinſtangium reportant.*

87. *Atque hi quidem longe majorem eruditionis opinionem de ſeipſis conci-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

piunt, quam quivis digniſsimus, novamque hac creatione ſibi infundi ſcientiæ gratiam putant, per plateas aut loca publica quando incedunt, gravitatem omni in re ſervare ſtudioſe intendunt, erecto capite, dimiſsis ſuperciliis, utraque manu pallij alas diſtendunt, magiſterij inſignia in digitis, gemmam auro incluſam, quavis ratione oſtendunt, ventre ſuo (quem vocant Hiſpanicum) porrecto, fimbriis pallij, talos concutientibus. Ipſi obviantes non recta linea, ſed obliqua per tranſverſum wie ein Gaus nach ein Grieben) aſpiciunt, ſumma qua laborant φιλαυτίᾳ obſervantes, num obviantes caput aperire velint, quod ubi non fit, valde indignantur, Magiſtralitati ſuæ tam exiguum exhiberi honorem.

88. Sed quid denique parentes ipſorum habent, & quales ſunt in momento cocti illi Magiſtri? Mancipium, Fabula vulgi. Teutonice. Jedermans Spott. Sic percontanti cuidam quanti vellet docere filium: Mille drachmis reſpondit Ariſtippus. Ille vero hem ego mancipium illa pecunia emerem? Ariſtippus rurſus. E. inquit, duo habebis mancipia: & filium, & quem emeris.

89. Verumenimvero non ſine cauſa ſimiliter hic diſputari poteſt, an qui recens Magiſter factus eſt, debeat conſuetis moribus uti.

90. Certe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

90. *Certe ſi famam vulgi ſpectes, iisdem moribus utendum eſt, ne in te dicant Hurrus, Murrus, & obliti nominis Magiſtri, potius dicant, te ſuperbum aſinum factum.*

91. *Sed cum vulgo placere doctis ſit diſplicere, neque in fronte juvenis ſcriptum ſtat ſignum Magiſtri, ideo ſublimiores ſpiritus ſunt ſumendi.*

92. *Sed hic vide illud AEſopicum,* Zwiſchen Thür vnd Angel klembt man ſich gern. *Hic medius ſtat bonus Magiſter inter ruſticos & doctos: quorum & hi dicunt Magiſtrum nuper factum aſſumptis aliis moribus ſuperbum aſinum factum, & rurſus ſi idem antiquum obtineat, continui Facium proclamant, non agère præclarum Magiſtrum.*

93. *Vtut hic fecerit Magiſter, in reprehenſione ſemper eſt. Sed proprius accedamus: Magiſter potentia fuit cochleationis amans, libenter ſaltavit Galliardos,* Paſſamezo, *Anglios* Don/hanſen *Curanten, & aliàs quæritur, an jam Magiſter actu, idem facere debeat?*

94. *Hic ſcabo ungvem, dico tamen quod poßit, perpenſis tamen circumſtantiis, ſed hoc pomum Eridis objicio doctioribus.*

95. *Sequitur nunc de Doctoribus. Hi dicuntur à docendo, vel, ut nonnulli volunt,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

in non multis probatum, quod Doctor ſit quaſi Decoctor, ſcilicet bonorum; Aut ſuorum, ut ille qui in Italia volebat promoveri, nondum ſciens quod Itali eſſent nequam, ſumerent pecuniam & mitterent aſinos in Germaniam: Et tales gravitati nimium ſtudendo, quicquid habent, ſumptuose inſumunt. Et ſi non ipſi in ſumendis pecuniis ſibi videntur ſufficere, aſciſcunt ſibi ſocios, quos vocant Helffer vnd Helffers Helffer/ *qui Doctoribus hujus modi officiose famulentur, usque dum turget crumena, de quibus non inepte dixit ille:*

Doctorum famuli ſunt omni tempore tales,
Sudant quando vorant, frigeſcunt quando laborant.

Aut aliorum, pûta litigantium. Huc pertinet illud Nobilis cujusdam in Marchia dicentis: Qui ſunt iſti nebulones Bartholus & Baldus, quoniam mea mihi auferunt bona, ceciderat enim cauſa non parva.

96. *Sunt etiam qui vocantur Doctores Bullati. Hi aut propter difficultatem itineris ſeu fortaſſis ignorantiam juris, aut impenſas ſumptuum tolerabiliores, aut quibus aliis de cauſis malunt imbullari, quam publice proclamari.*

97. *Proinde multi ideo docti æſtimantur, quod à collegio aliquo pro doctis aut gratia, aut præmio, aut majorum interceſſione*

ceſſione habentur, quibus neſcio ſtultitiæ inſignibus comprobati. Atque hi quidem communi nomine cum veris Doctoribus gaudent, qui tamen ſæpe pro hominibus eſſent improbandi.

98. *Sicut olim cocus ille, cum longo tempore Domino ſuo fidelem operam præſtitiſſet, dignitasque publica interea vacaret, ad quam tamen nemo niſi Doctor promoveri poterat, Dominum acceſſit, fidelisque ſui ipſius navatæ operæ ipſum commonefaciens, petivit ut ſibi Doctoratus inſignia conferret, atque ad dignitatem illam, quæ tum vacabat, promoveret. Dominus coci ſui fidelis petitionem æquam judicans, tametſi perſona non erat qualificata, facile tamen petitioni ipſius dedit locum, atque in momento ex coco fecit Doctorem, nempe ſic: Aſine ſis Doctor. Atque ſic Doctor cocus (vel ſi invertas, ſucoc ſau Kock) dignitatem obtinuit.*

99. *Sunt & Doctores ſyncopati, demptis nimirum ct, ſed horum plena ſunt omnia. Et horum quilibet ſui ipſius eſt promotor (vulgo vocantur* kurtzweilige Rhäte) *ac proinde certus modus creandi illos non poteſt definiri. Vnde ille facete admodum de filio ſuo,* Welcher nicht faſt wol im Hirn verwahret war / *dixit:* Es mangeln meinem Sohn nur noch zween

Buchſtaben (*nempe et*) wenn er dieſelben hette/ ſo were er ein Doctor.

100. *Verus autem Doctor eſt, qui ſummam in facultate aliqua intelligentiam habet. Hi quoniam extra Naſutolorum trivia digreßi ſunt, ab iis minus indicantur.*

101. *Facultates tres ſunt: Theologia, Iuris prudentia, Medicina.*

102. *Theologiam inter omnes facultates doctrinarum principatum tenere extra controverſiam eſt, quippe quæ in rerum divinarum atque animæ ſalutem concernentium comtemplatione conſiſtit. Semperque fidei propugnaculum eſt & fuit.*

103. *Habent tamen & ejus profeſſores ſuos nævos. Vtplurimum enim* φιλαυτίᾳ *punguntur. Altiores quæſtiones de DEO, & de Sacramentis Eccleſiaſticis, oſtentandi ingenij gratia, movet, quibus tamen magnas dehinc dant turbas.*

104. *Quamvis autem Scholaſticæ & quæ in gymnaſiis trutinantur diſceptationes, non omnino ſunt improbandæ (ne male mihi precentur, qui in iis ſummam rei collocant) probatus tamen Theologus in illis proram & puppim non conſtituet.*

105. *Vnde maximopere improbandum ſupercilium eorum, qui nihil neſcire volunt: Et quicquid ab eis fuerit ſciſcitatum,*

in promptu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

in promptu habent, quod garriant, neſcientes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.

106. *Maxime etiam improbandi blacterones illi, qui ex Poetarum fabulis myſteria fidei Chriſtianæ eruere conantur, ſicut ille qui totam Ovidij Metamorphoſin Spiritualiter interpretatus eſt, ſed quam lepide ac ſane quilibet facile poteſt conijcere.*

107. *Qui E. verus Theologus dici cupit, id aget cumprimis, ut nomini vita reſpondeat, atque hoc modo mores & geſta informet diſcentium, neque etiam ſemper verſabitur in ſpeculatione, & myſteriis ananogicis tantum, ſed vitia & peccata hominum ſummo fervore redarguet, quippe cui cura animarum ſalusque hominum eſt commiſſa.*

108. *Porro quod ad Iurisprudentiam & Medicinam attinet. illarum ſtudioſi ſæpius de præeminentia acriter conflictati ſunt. Iurisprudentia tamen huc usque præeminuit, nec quicquam reſiſtentibus Medicis, cavillosque omnis generis in Iurisprudentiæ ſtudioſos jacentibus, quorum ſummatim quoſdam recenſebo, & quomodo viciſſim Iurisprudentes Medicinæ ſtudioſos vellicent, curtatim annectam. Digladientur invicem, usque dum defatigentur, nos interim erimus ſpectatores.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

109. *Ego ſane ſi Medicus eſſem, non auderem in Iuriſconſultos durum aliquem ſermonem proferre, vererer enim ne hoc hominum genus contentioſum litem aliquam mihi intentaret. Verum faciant id ſuo periculo Medici.*

110. *Primum cum varij ſint Iuriſconſultorum ordines, ita quod alij ſunt Syndici, alij Advocati, alij Procuratores, alij Notarij, Pronotarijque, qui Notarios creant, & ſi qui ſunt ſimiles. Medici duo faciunt Procuratorum genera, quoſdam enim veros eſſe dicunt, quoſdam vero quaſi adulterinos, quos per contemptum vocant* Hültzerne *Procuratores. Dicunt etiam eſſe quoſdam, quos vocant* Bauren *Procuratores,* Juden *Procuratores. An etiam hi ad veros, an ad adulterinos referantur, quid ad me? Ego non ſum eorum Procurator, qui ipſorum cauſam velim agere. Ipſi agant. Sed ne* zu viel/ *quod* zerreiſt/ *minus* den Sack/ *vel quaſi.*

111. *Hoc tamen diffiteri nemo poteſt, (ajunt) quin pauciſsimi jam ſint, qui eam facultatem, Iuridicam nempe, ſyncero animo aggrediantur. Et niſi lucri quippiam ſubolerent, non adeo globatim ſe ei ſtudio applicarent. Nulla enim diſciplina eſt, quæ faciat nummatiorem, Et ut eorum verbis utar, eſt de pane lucrando.*

112. Om-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

112. *Omnibusque fere videtur innatum, ut cauſas quæ alioqui facili negotio terminari poſſent, ut ſunt controverſiæ de agrorum limitibus tuendis, arcenda aqua pluvia, tectorum ſtillicidiis & his ſimilibus in multos annos trahant, cum ſumma clientum jactura.*

113. *Quid loquar de illis, in quibus nihil præter ſuſceptæ artis inſcitiam ſtultitiamque redundat, qui aliquando neſciunt latine loqui, qui quæ ubi legum ſit diverſorium ignorant, ut ſunt rudes illi Rabulæ, qui Paulum de Caſtrenſem in l. ſtichum §. aſinum ff. d. ventre in poſſeſſ. mitten. in poſteriori lectu. ſibi mire placentes, & tanquam optime in Iure verſati, ruditer allegant. Et ſi quod verbum inter indoctos, quod undique redundat, proferunt, ne rideantur, id ex lege eſſe ajunt. Hinc Cynum, hinc Bartolum, hinc Baldum, aliosque plures tanquam Phœbi interpretes in aciem adducunt, ſeſquipedalibusque verborum ampullis copiosè citant, quorum commenta vel nunquam viderunt, de quibus etiam plerumque potius lallant quam diſſerunt. Biſdenos ſæpe Canones in ſuam ſententiam trahunt, quorum vix duo ſibi ritè cohærent. Ac proindè ſtudium hoc, quod alioqui ſumme prædicandum, in meras nugas, καὶ τοὺς μύθους, quos vulgus tabulas forenſes vocat, vertunt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Atque ita de induſtria artem ſuam difficilimam reddunt, ne dicam ſuſpectam, tamen eo fine, ut & uberior ſit quæſtus, & gloria major apud imperitos. Manu ſemper quam ingenio promptiores.

114. *Sunt alij, qui ſibi ſapidiores videntur. Ex his quoſdam minime ignoro vendibiles certo precio cauſas prodere adverſariis. Genus hominum peſtiferum atque abhorrendum.*

115. *Quid loquar de his, qui ſua fidentes doctrina, in eadem cauſa loquuntur diverſa, & quod juſtum antea multis rationibus probarunt, poſtmodum diverſa ratione reprobant, ut injuſtum ſemper legum, quas pro ſuo arbitrio torquent, autoritate innixi: Et palmam laudis ſe ferre arbitrantur, quum pro ſuo cliente vel inique fuerit judicatum. Ex eoque majus poſcunt precium, ne gratis animam videntur perdidiſſe. Res profecto nefanda & impudenti latrocinio ſimilis.*

116. *Porro Doctores juris per contemtum vocant, Doctores ientaculi, ita ut multorum jurium Doctor, ſit multorum Sympoſiorum Doctor & aſſecla. Multumque præjudicij ſæpe afferri hominibus, dum hujusmodi doctrinæ inſignia ſecuti tanquam ſignum propoſitum ad tabernam vinariam Doctores ejusmodi adeunt, ubi non judicem*

ſed ju-

ſed judicem ſtultitiæ nanciſcantur, ignorantiam pro doctrina, pro concilio temeritatem, pro indagatione juris incertam ſcientiam ferentes.

117. *Adde quod Iuriſprudentia hominum voluntati ſubeſt, eorumque variatur arbitrio, quippe quæ unico imperatorio edicto tolli poteſt: Vt non incongrue Anacharſis leges comparaverit aranearum telis, quæ imbecilliora quæque detinent, à valentioribus vero franguntur.*

118. *Ac proinde nulla eſt Iuriſprudentiæ ſolidior doctrina, nulla certa ſcientia. Nulla perſpicuitas, ad quam perdiſcendam non ingenij acumen aliquod requiritur, ſed ſcriptarum rerum memoria, & inextricabilis commentariorum lectio, quæ ſibi invicem ita aliquando repugnat in ſuis ſententiis, ut non reſponſa præſentium, ſed ſomniantium voces eſſe videantur.*

119. *Et ut leges in vita humana ſint perquam neceſſariæ, exinde tamen earum eminentiam non licet aſſerere, Quid enim magis neceſſarium ad tuendam vitam corporisque tutelam, quam cibus, quam veſtis. Nemo tamen unquam Architectonicam, aut coquinariam aut textricam artes laude dignas judicarit, quin potius hujusmodi opifices nulla dignitate, nulla autoritate præditi, pro mercenariis habentur.*

120. *Cum-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

120. *Cumque finis utplurimum artifices nobiliter, & vere plerique finem ſtudiorum, ſuorum laborum præmia conſtituant, id quod vere mercenarium redolet, proinde à mercenariis parum videntur differre.*

121. *Hisce & ſimilibus Medici Studioſos juris ſæpe irritant. Veruntamen ipſi parem monetam Medicis rependunt.*

122. *Neque enim ajunt legum aut juris civilis eſt culpa, ſi qui fuerint ingenio hebeti, & tardo, aut ſi quis ſecus, quam ratio præſcribat, illis abutatur. Non omnis terra frugifera eſt, & inter frumentum lolium videmus oriri.*

123. *Et ſi abuſio artem aliquam aut diſciplinam condemnat, omnino extirpanda fuerit ars Medica, cum notum ſit, Medicos & præſertim inexercitatos plures interficere quam ſanare, dum ſæpe miſerorum periculo & damno ſuæ artis experimenta conficiant, juxta proverbium: Novus Medicus, novum cæmiterium.*

124. *Præterea juriſperiti in clientum pecuniis & bonorum damno quandoque errant. At Medici circa vitam aliorum ſuſtinendam ſæpius errant. Iuriſperiti lucrum ferunt tantum: At Medici & perniciem corpori inferunt, & ſuperſtitibus nummos egregium ſcilic. ſuæ operæ præmium auferunt. Reges, principes, Domini,*

Medico-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Medicorum injuria pereunt. Iuriſperitorum incuria legatum quoppiam aut hæreditas in damnum venit. At Medicorum incuria regnorum everſio oritur.

125. *Quid quod omnem hominem, fecem omnem opificum & mercenariorum turbam Medici in ſuis caſtris verſari ſinunt. Ita vel ſæpius ad ſubigendas glebas quam medendi exercitio ſint aptiores; quos utilius foret, non eſſe natos, cum non ad levandos morbos, ſed augendos, atque adeo ad perniciem noſtram orti eſſe videantur. Vt haud abs re fuerint quondam publico decreto omnes Medici ex urbe Roma pulſi.*

126. *Quot paſſim inveniuntur agyrtæ, circumforanej, qui omnes civitates, omnia caſtella diſcurrunt, & Theriacam ſuam Venetianam, in caſæ aliqua Ruſticana ex pyrorum vel ceraſorum ſucco coctam. Radices, Darapti, Felapton, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon, & quid non? integros dies deprædicant? Vbi mirabundria de ſua arte memorant, quomodo, hic, illic, iſthic, alibi, in ulteriori Africa, Aſia, Pamphilia, Phrygia, ac univerſa demum Vtopia multos & perquam multos,* mit der Hülff Gottes/ *à langvoribus ſuis ſanaverint.*

127. *Proferunt etiam quandoq; mira artis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſuæ portenta, ridicula ſane, ſed ita ad gravitatem compoſito vultu, ut quidvis vulgo perſvadeant; prout ejus qui aſſumta medendi arte, aſinum perditum traditis pillulis reperiri fecit : Et alterius, qui ægrotum quendam aſellum comediſſe accuſavit

128. *Porro ecquid eſt in arte medica gloria & admiratione celebre ? Inſpiciunt ægrotorum urinas, ſtercus, ſputa obliquis aliquando oculis, fronte rugoſa, tanquam morbus ille gravis magna egeat cura. Pulſus deinde tangitur, in quo naturæ vires inſpiciunt. Tum adhibito conſilio, multas poſt contentiones ad Pharmaca, ut appellant, deſcendunt; in quibus perſæpe adeo inter ſe diſſentiunt, ita ab ægrotantis ſalute devÿ, ut negare nemo poßit, quin ars hæc levis, incerta, & oratio lubrica ſit. Sicubi potio caſu potius, quam arte profuit, artem ſuam & curam in cælum tollunt, ſi quid nocuit, culpa omnis in ægrum transfertur.*

129. *Qui vero ſunt autores, in quibus legendis tantopere deſudant ? Aphoriſmos nempe Hippocratis addiſcunt : hos qui bene callet, & primum & quartum Avicennæ lectitavit, ſe conſummatißimam medicinæ ſcientiam aſſecutum exiſtimat.*

130. *Sed manum tandem de tabula. Ego componendo ipſorum dißidio imparem me ingenue agnoſco, per me ſiſtet, judicaverim*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

verim ut ſinguli teneant locos vel loca, ad quos vel ad quæ, vel ad qua ſunt deſtinati (vel deſtinata) Nec quisquam alium de ſede, quam jure q. hæreditario obtinet, conetur deturbare. Neque enim termini quos poſuere patres, temere ſunt tollendi aut abrogandi. Verum ſemper illud manet.

Dat Galenus opes magnas, dat Baldus honores:
Bartholus & Baldus faciunt equitare Caballos.
Sed currit Moyſes cum ſacco per civitatem.

131. *Vera E. firma & rata manebit illa præeminentia graduum, quam ſupra poſuimus, nempe ut Thologia primum, juriſprudentia ſecundum, Medicina demum tertium obtineat locum.*

132. *Atque hæc breviter de ſtudioſis graduatis eorumque notis & Ariſtarchis. Cogitet quivis, ne ſutor ultra crepidam. Et illud Catonis:*

Turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſum.

Salvo jure addendi,
Detrahendi, minuendique.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

THESES
DE
COCHLEATIONE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

I.

IN ſuperiori Diſputatione de Haſione ejusque ſpeciebus à nobis propoſita, ſatis ſuperque examinata, inter reliqua de Haſionibus Venereis & Amatoriis, hoc eſt, de Cochleatoribus pauca quædam diximus, ſed cum in genere ſcire, ſecundum Ariſtotelem, confuſam tantum pariat cognitionem, & cochleatores nolint confuſam habere virginum cognitionem, operæ pretium duximus, ſpecialius de unica illa ſpecie hoc tempore agere, ut ſpecialior fiat Haſionum illarum ſpecialium ſpeculatio: Cum pulcrum ſit digito monſtrari & dicier, Hic eſt, ſcilicet non unus tantum magnus haſio, ſed & inſignis cochleator: Et non minus pulcrum ſit monſtrari & dicier, Hæc eſt una magna haſibilis cochleatrix.

II. Bene autem intellingendum eſt, quod nunc cochleatio non amplius ſit ſymptoma Haſibilitatis, ſed quod Haſibilitas ſit vel genus, vel ſymptoma ſaltem cochleationis, quod non eſt mirum, cum medicis notum ſit, diverſo reſpectu idem ſymptoma &

morbum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

morbum principalem eſſe poſſe, non ſecus ſicut aliquis diverſo reſpectu Haſio, Leimſtenglerus, & Cochleator ſimul eſſe poteſt, ut, etiam Puellæ ſimul virgines cochleatrices, meretrices, Leimſtengletrices eſſe poſſunt, ſiquidem nomina omnia in IX ſint generis fœminini, & utrumque ſit Accuſativi caſus.

III. Quid vero vocabulum Cochleationis ſignificat, ex gemma gemmarum virginum, & ex Lexicis & Calepino Ancillarum peti poterit, quæ derivant illud nomen ex cochlearibus, quod nempe ij, qui hac qualitate vel morbo affecti ſint, tam libenter lingant virgines, quam famelicus offam vel cochlearia, unde poſtea hi ægroti cochleatores, Germanice Lefflers *vocantur, quadratque in eos proverbium :* Lecker auß der Küchen.

IV. Alij ſunt in ea ſententia, quod nomen cochleationis ortum ſit ex pompa (viſa mihi digna relatu) nempe, quod tali cuidam ſocio ancilla vel virgo (ancillæ enim virgines non ſunt) cochlear quoddam clanculariè veſtibus appenderit, & pileo affixerit, (eodem modo ut virgini antica pars caligarum adoleſcentis appenſa fuit) unde poſtea hæc fabula omnibus cochleatoribus; nomen hoc à cochlearibus fecerit, ut adhuc hodie ſic vocentur juxta verſum : Semper onos

nomen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

nomenque ſuum Leporesque manebunt.

V. Sed ut ad rem perveniamus. Quid Cochleatio ſit, quæritur amplius, nam licet conſtet ex ſuperiore Haſtonis diſputatione, quod morbus ſit, tamen quia hi cochleatores nolunt credere, ſe morbo laborare, creditur, quod non ſit morbus, ſed contra illos ſciendum eſt, quod licet illi hoc neſciant, nihilominus tamen eſſe : nam ſicut maxima fatuitas eſt, cum quis ſe fatuum ignorat, ita maximus morbus eſt, qui ignoratur.

VI. Eſt ergo Cochleatio non tantum morbus, verum etiam venenum, dulce primum, poſtea amarum, in utroque genere, maſculino & fœminino, in optativo & conjunctivo modo, ſerpens primum ex oculis in oculos, ex ore in os, ex lingua in linguam, ex manibus in collum & brachia, ex carne in ſpiritum, febriliter, ſæpe etiam in abyſſum carnis, peſtilentialiter omnes venas in in toto corpore humano occupat.

VII. Dicimus autem Cochleationem venenum, quod tam contagioſè ſerpat & propagetur, maxime ex converſatione utriusque ſexus, non ſecus ut in peſte contagioſa venenum propagatur, ſæpe tantum ex ipſo viſu, non ſecus ac ſi virgines eſſent baſiliſci, quæ viſu ſuo adoleſcentes inficiant, aut contra etiam ab adoleſcentibus inficiantur, ut mutua hæc cochleatio mere ex converſatione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſatione venenosè propagetur, & in venas nervosque derivetur.

VIII. Sicut autem multæ ſunt in corpore venæ & nervi, ſic quoque ſunt multæ figuræ & modi cochleandi, ſecundum variationem locorum affectorum, ut quivis facile intelligit quarum prima, quæ fit ex oculis, & nervos viſivos occupat, ut adoleſcentes & puellæ in Optativo modo, qui in Spiritu & ex oculis cochleantur, unde fit, ut puellæ per totum diem prope feneſtram ſedeant, ut ſartorum ſervi, & expectent adoleſcentes prætereuntes.

IX. Non autem ex æquo expectant & ſpectant, ſed cum cochleatio ratione termini, non tantum ſit in quinta ſpecie qualitatis, ſed & in Prædicamento Relationis, correlativum ſuum cochleantem, quem Iunckerum, ſi Dijs placet, vocant, maximopere & ſitienter expectant. Qui ſi præterit, non directe in feneſtram faciem vertit, ſed acutos & obliquos facit oculorum angulos, ut & illam ſuam correlativam videat, & alius non animadvertat.

*X. Et hoc non interdiu fit, ſed & noctu, tunc enim illa, domo clauſa, jacet in feneſtra ſuperioris contignationis, janua tali ſigno * notata, hic vero ante fores muſica, alijsque inſtrumentis exhibet ei chorum, & canit illud Orlandi, Surge, propera. Item,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Jch kan ſchleichen / Steh auff vnd laß mich ein/ *Si hæc præ parentibus aperire non audet, flet in illam muſicam, O ſuavis muſica, In fine videbitur cujus toni.*

XI. Sæpe etiam in templo certas ſibi ſtationes deſcribunt, ut alter alteram, aut altera alterum videre poßit, & inde fit, ut nullam negligant concionem, quia non templum frequentent, Non propter Lazarum, ſed propter Martham.

XII. In hac figura videas oculorum nutus frequentißimos, terſiones oris, motiones capitis, & pectoris, quæ gemitum præ ſe ferunt, ſcreatus, tuſſes breves, ehum, ehum, geſticulationes manuum, riſus levicolus, Sic tamen ne ruſticus intelligat, oſtenſiones munuſculorum, corollarum, annulorum, libellorum aureorum, amicularum, ſtrophiolorum, pomorum rubrorum, & id genus alia. Idem factitant in nuptiis & choreis maxime ſi alius cum alia, non propria correlativa conjungatur.

XIII. Ex oculis aliquando, non ſemper tamen deſcendit hoc venenum in alias partes corporis, nimirum ſi ex optativo modo derivetur in conjunctivum, cujus derivationis ratio prius nobis explicanda eſt, quam doceatur, quomodo in alias partes venenum hoc deſcendat.

XIV. Sunt autem derivationis hujus, ut

conjungantur, caſus varij : Quidam enim adoleſcentes cum volunt non tantum oculis & ſpiritu, ſed conjunctim enter & præſenter cochleare, & virginibus conjungi, mittunt aliquando famulos, per quos quærunt, anne vinum & cereviſia ibi ſit venalis : ſi ſit, non opus eſt multis ambagibus, ſi non ſit, quærunt proximam vicinam domum, eo virgines accerſunt, imo quæ non invitæ eo veniunt, ibi quid agant, poſtea docebitur.

XV. Virgines vero ancillas ſuas mittunt, per quas fingunt peregrinas eo veniſſe litteras, quas ipſe auferat, ne decipiatur à tabellario. Haud raro etiam invicem ſibi literas ſcribunt, & extra portas in hortum, aut alias peregrinas domos ſe vocant.

XVI. Tranſlationis Epiſtolarum miri ſunt modi : nam aliquando virgines complicant litteras in modum ſpiræ, & ſuper hanc ſpiram flectunt & ligant flores in modum coronæ, quam poſtea adoleſcentibus mittunt, unde mens illorum mutuo pateſiat : videte quæſo, nonne hac fallacia munitiones & urbes prodi poſſunt? Res hæc vere acta eſt.

XVII. Sæpe folium Chartæ luſoriæ mittunt, numerorum octo, aut novem, quod ſignificat adoleſcentes debere venire veſperi circa horam octavam aut nonam, quod non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

non tantum puellæ, ſed famellæ etiam faciunt, nimirum cum maritus non eſt domi, aut cum feſſus ſocius dormit ſicut piger Epimenides. Ratio eſt, quia, cur etiam non eſt alacris & fortis in bello.

XVIII. Cum ergo jam derivantur in conjunctivum modum, tunc primo venenum illud contagioſum ſe exerit, & linguam occupat, ut nihil aliud audiatur, quam meum corculum, meum ſuavium, mea columba, mea gallina (quia debet excludere ova) imo totum ſenſum guſtus perdit & accendit, unde fit oris ad os combinatio, labiorum lambatio, vel linctura, linguæ cum lingua refrigeratio, & manuum in partes corporis varias inſinuatio.

XIX: Aut ſi hoc nondum licet, nimirum ſi adhuc lupus quidam ſit in fabula, tunc ſaltem fit manuum datio, leviuſcula lateris ad latus compreſſio, titillatio, pedum contactus, genuum ad genua, ſi fieri poteſt, applicatio, oculorum nutus, ariſio.

XX. Videmus etiam quod non raro cum lapillis & putaminibus nucum jaculationes intendant, & petant ſe mutuo pomis, juxta illud: Malo me Galathea petit laſciva puella,

Et fugit ad ſalices, & ſe cupit ante videri.

XXI. Donec tandem lupus, qui adfuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

abſit, & tunc ſequuntur, quæ theſi 18. deſcripſimus, & præterea inſinuat ſe venenum in omnes venas totius corporis: In Cephalicam primum, & caput utrinque ita dementat, ut videntes non videant, & audiant, & cum ament Ranam, ranam putent eſſe Dianam, & cum putent Amorem cadere ſuper folium Roſæ, cadit ſuper folium, quod ex vacca prolapſum eſt. Quæ ſtupefactio ſenſuum inde oritur, quia omnes ſpiritus viſivos & auditorios venenum ſummo ſuo frigore conſtipat, ut fiant tanquam ſtipites: aut ſummo calore exſiccat & abſumit: Vtrumque enim in hoc veneno eſt, calor & frigus, in quarto ſcilicet gradu.

XXII. Sæpe in humerariam, axillarem, & interiorem cubiti venam, quæ Hepatica dicitur, venenum hoc collabitur, & hice homines ab amplexu humerorum & cubitorum non poſſunt iterum divelli: forte quod fiant in venis & nervis contracti, ut tam curva brachia ſemel collis injecta, iterum non poſſint rectificare.

XXIII. Non ſecus ſicut illi, qui in combinatione oris juncti, disjungi iterum nequeunt, cum nimirum cutis labiorum exſiccetur & corrugetur, non ſecus ſicut crumena vetularum; ut labra iterum planari nequeant: imo ut ſæpe cutis ex tot oſculationi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

lationibus abradatur & perfricetur. His poſtea peculiare unguentum pro labris præparandum eſt. Sed de curatione hujus morbi ſuo tempore.

XXIV. *Rariſsime fit, ut hoc venenum in Cardiacam ſeu cordialem venam cadat, quia ſi hoc fit, tunc fit lethale: itaque maxime frequenter manet tantum in ſuperficie Epatis & brachij in exterioribus venis, membranisque oris & linguæ; juxta illud: Amo te quidem, ſed non ut ducam: & verba puellarum foliis leviora caducis.*

XXV. *Fit tamen aliquando, ut in cardiacam cadat, ſed tunc eſt magnum periculum, quia inde derivatur in adoleſcentibus in ramum alicujus venæ fere medianæ, in qua excitat ſpiritus & inflammat, ulcusque excitat purulentum, à quo niſi caveant ſibi correlativæ cochleatrices, ſtatim in magnas cadunt paſsiones, acquiruntque innumeros morbos complicatos, ut tumorem & obſtructionem, quæ poſtea vitæ & mortis periculum inducunt.*

XXVI. *Et hæc ſpecies eſt peſtilentialis, cum nimirum venenum, ut in definitione diximus, ex carne in ſpiritus, ex ſpiritibus in abyſſum carnis prolabitur, quam ut omnes diligenter fugiatis, admonendi eſtis.*

XXVII. *In hanc formam cadunt illæ fæminæ, quæ adoleſcentes domos & hortos*

 ſuos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſuos ſemper frequentare jubent, & ſubjiciunt conſilia, quomodo nimirum illud occultare poſsint, nimirum jubent chartam & pennas ſecum portare, ut videatur populo aliquid ſcribere: & revera ſic ſe res habet, quia ſcribunt illi Socij, non tamen in charta, ſed palimpſeſto litteras, ut vocant, verſalicas, ſeu magnas, quas ad vivum, juxta exemplaria artificis ſic exprimunt, ut nihil habeas, quod improbes ſuo tempore.

XXVIII. Nunc aliquid adhuc arcanum & ſecretum de Natura hujus veneni explicabo: Aliquando hoc venenum non eſt contagioſum & non egreditur ægrotum, ſed manet in uno ſubjecto. Et hæc cochleatio ſpuria eſt, & improprie ſic dicta.

XXIX. Quæris, quando hoc fiat, & in quibus? In virginibus æque in adoleſcentibus: Sunt enim adoleſcentes, qui uxorem ducere volentes, omnes virgines ex æquo contemnunt, nulla eſt tam pulcra, tam elegans, tam bene conſtituta, quin illi habeant, quod in illis vituperent, & jubent ſibi pingi unam, ad cujus ſimilitudinem ſi non aliquam inveniunt, in ſe venenum hoc retorquetur.

XXX. Ejusdem farinæ ſunt quoque virgines, quæ licet ſint maturæ ut nuces, non poſſunt tamen ullum invenire adoleſcentem, qui vel inceſſu, vel barba, vel oculis, vel

naſo, vel

naſo, vel genis, ſituque corporis illis non improbetur, quos vexant, deludunt, ſic tamen, ut dum vexent & deludant, vexentur ipſæ, & deludant ſe ipſas.

XXXI. Fit enim ut cum diu elegerint, poſtea negligantur, & maneant, quæ ſunt, ſeneſcant, fiant pecora campi, obſcura capita, quæ tandem Dijs agant gratias, ſi vel claudum Vulcanum, vel Saturnum, vel Æſopum aliquem accipiant apud manum: Dignum ſcilicet patella operculum.

XXXII. Sic ubi venenum in eodem ſubjecto permanet, incipiunt ſibi ſolis placere. Et adoleſcentes emunt magna ſpecula, magnos pectines, ſtrigiles, miſeramque ſuam barbam & capillos pectunt, repectunt, tondunt, retundunt, capillos apud aures & in fronte criſpant, collaria jam ſic, jam aliter corrugant, pileos purgant, repurgant, & diverſimodè collocant, & ſeipſos non ſecus ac feles lingunt.

XXXIII. Idem faciunt virgines, niſi quòd illis barba oralis negotium nullum faceßat: illæ emunt viſcoſas ſtrigiles, genas pingunt fucis, orant ad ſpecula novo pietatis cultu, nempe cum in libris precationum habeant ſpecula, in quibus ſuam imagunculam ſpeculantur, & ex toto corde adorant, & invocant ſeipſas, ſiquidem ſe Deas, Veneres, Iunones & Helenas eſſe præſumant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

XXXIV. Quæ hæc ſpecula ſecum non habent, illæ cum volunt domo exire, ante ſpeculum componunt os ſemel, & poſtea vel non vel vix idipſum iterum aperiunt, ne plicas iſtius compoſitionis corrumpant, & de novo iterum ſic componere nequeant.

XXXXV. Et hæc cochleationis ſpecies contemnenda non eſt, cum multa viderimus exempla, quæ hac impropria cochleatione tandem ad proprie ſic dictam cochleationem pervenerint: Eſt enim Paraſceve ad ſequentem ſcenam.

XXXVI. Redeamus nunc ad ſuperiorem proprie ſic dictam cochleationem inter utrumque ſexum, & quaſdam cochleatium diſtinctiones doceamus, quæ ſunt, quod quidam cochleatores ſint felices, quidam infelices, ut e.g. qui volunt puellis ſtrophiala abripere, & illis invitis diſcindunt. Et qui puellas invitas volũt ſuper braccas & genua collocare, & invitas aliis modis familiariter tractare & qui quando non poſſũt cũ virgine cochleare, cum ancilla cochleant. Illi enim in hoc Donato cochleationis ſuum Felix non bene didicerunt, juxta illud: Amare & non amari, ſive non guſtare, facit Diabolum murmurare. Et hi poſſunt etiam hebetes dici, ad differentiam aliorum, qui acres dicuntur.

XXXVII. Eſt adhuc nova diſtinctio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

quam bene notate, quæ inſervit ad digno-ſcendos Tyrunculos ab artificibus, nam quando quidam vix veniunt ex ſchola A. b. c. daria, ſtatim tam haſibiliter diſcurrunt, ut hac peſte inficiuntur, & poſtea ſe tam ineptos præbent, ut dici nequeat: Hi nondum ſunt lepores, ſed cuniculi in haſibilitate: in cochleatione vero ſunt cochleatores in ſedecimo: Artifices vero veterani cochleatores ſunt in folio: Intermedij ſunt in quarto & octavo.

XXXVIII. Id vero æque in adoleſcentibus ac puellis contingit, in quibus etiam ſunt quædam in folio cochleatrices, quæ non tantum unum, ſed vel decem correlativa ſeu Iunckeros habere poſſunt, & eos mirum in modum tractare, unum vexare, pedibus calcando, alterum, manus dando, tertium arridendo. Non minus etiam inter eas ſunt quædam in ſedecimo, quæ, ubi vix cunas egreſſæ ſunt, nondumque acum vel colum tractare dedicerunt, ſtatim diſcunt ſe juvenibus agglutinare, quia urit mature, quod vult eine Hure *manere: &, A teneris aſſueſcere multum eſt. Intermediæ ſunt in quarto & octavo.*

XXXIX. Tandem dicenda ſunt prognoſtica illius morbi ſigna, ſeu veneni illius affecta: Sunt autem ea, pecuniæ emunctio, & febris in crumena, quia, qui vult cochleare,

debet pecuniſare. Debet enim dare amiculas, catenas, pallia, monilia, & hujusmodi alia: Virgines pileorum ſpiras, ſtrophiola, coronas, &c. Item Rivalitas, ſi pulcra: Si deformis, crux & exploſio. Item, planctus & luctus. Nam quando adoleſcentes abeunt, ut hanc veneni contagionem vitent, oritur luctus & ſtridor dentium, fletus, ejulatus, & ſic corbiſatio, de qua forte alias plura. Item ſucceſsio alterius poſt amiſsionem unius. Nam ſucceſſore novo tollitur omnis amans.

XL. Symptomata ſunt omnes eæ affectiones, quæ in Haſibili qualitate accidere dicta ſunt.

XLI. Signa ſunt magnum oculorum albumen, gyratio eorundem, frequens pallor, gemitus profundi, annuli duplicium manuum, aut corculi transfixi ſigna gerentes, Tremor venæ fere medianæ, & reliquæ phantaſiæ, quæ theſi 12. ſupra recitatæ ſunt. Plura vel qui ipſe cochleator eſt, vel cochleantium aſsiduus comes & ſpectator eſt, obſervare poterit: Interim caveat tamen, ne illa contagione ſimul ſpectando corripiatur, juxta illud: Qui claudo cohabitat, claudicare diſcit. Et, qui picem tangit, inquinabitur ab ea.

CORO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

COROLLARIA.

1. AN omnis cochleatio ſit paraſceve ad ſequentem ſcenam nuptiarum, conjunctionis & oppoſitionis? Negatur.

2. Vter ſexus, maſculus an fæmineus, fertilior & maturior ſit ad cochleandum? Reſpondetur, pro ſexu fæmineo.

3. An ruſticorum ſervi cum ancillis ruſticis dicantur etiam cochleare? Reſpondetur, quod non, quia ruſticus venter non gignit ſenſum tenuem, ſed craſſum.

4. An una actio cochleationis faciat habitum? Affirmatur, contra omnes Logicos.

5. An cochleatio fieri poſſit in inſtanti? Affirmatur contra omnes Phyſicos.

6. An in ſyſtemate cantus cochleatorij, ex amaro & dulci fiat bona harmonia? Affirmatur, quia repercuſſio in tertio & quarto modo eſt à Mi in La mi.

7. Vter numerûm de cochleatione ſit perfectior? Reſpondetur. Binarius, contra Arithmeticos, qui dicunt numerum denarium eſſe perfectiſſimum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

HANS PVMBSACK/

Das iſt:

Ein Geſpräch zwiſchen zweyen Perſohnen PHILOMVSVM vnd Hanſen Pumbſack.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Vorrede an den Leſer.

GVnſtiger lieber Leſer / dieſes Colloquium oder Geſpräch iſt nicht geſchrieben zu dem Ende / daß etwa / die nicht gelehrt ſind / dadurch ſolten geſchimpffet werden / dieweil man weiß / daß deren etliche offtmals groſſe Luſt vnnd Frewde an der Gelehrten Geſchickligkeit haben / ſie vnd deren Studia nach beſten Vermögen in der That befordern / auff Kirchen vnd Schulen / als dar alles angelegen iſt / guthertzig vnnd freygebig wenden / welches höchlich zu loben / oder daß die Gelarten / des Autoris Schutzreden von nöhten hetten / Mit nichten / ſondem der Vrſachen halber / weil man vielmals mit groſſem verdruß anhören müſſen / daß von der ſtudierenden Jugend / vnnd da dieſelbe etwa zum guten Zwegk gelanget / etliche vngeſchickte / vnbeſonnene vnd mißgünſtige Leute ſo verkleinerlich geredet vnd durchgehechelt / daß es ſchande iſt / Ob vielleicht noch Hoffnung verhanden / daß dieſelbe von den Studiis / ſtudierender Jugend vnd Gelehrten hinfüro ehrlicher zu reden / durch diß in Eyl zuſammen geſchriebenes geringes Werck / veranlaſt werden möchten.

PHI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

PHILOMVSVS
Vnd
Hans Pumbſack.

Philom. redet mit jhm ſelbſt allein.

LOcus hic amœnus ſat, atque ſolitarius eſt, ea quæ animo conſtitueram bene meditandi, ſed quò magis mente revolvo, eò redduntur mihi ardua magis.

H.P. Så dar/ wo gait de Kerel als wann he Apen fangen wolle / ſůht vnterwilen vth als ein Pott vull Můſe/ vnerwilen grinet he/ als ſůnte Vites Teve/ ſchmitt ock woll de Schnutte vp/als wan idt Brie regen wolle/ick wil öhne anſprecken / velicht dait he meck Sellſchop vpper Reiſe.

Phil. Ecce: Was nehert ſich fůr ein Mann zu mir / mit tripen Kleidern ſauber angethan / vorn auffgemachetem Wammeſe / vber die Hoſen hangenden Wůlſten / vnnd ein Knebelſpieß in der Hand.

H.P. Guen Dag min gue Mann/ wo dencke gi hen uht?

Phil. Danck habt mein guter Herr / meine Reiſe nehme ich fůr diß mal nicht weit/bin herauß/ mich etwas zu ergetzen/ gangen.

H.P.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

H.P. Ergetzen? Wat gifft idt doch vel Mödiggengers / an Holthawen / Garve vprecken / im Huſe herümme gahn / na ſinen Arbeiders ſehen / dat enem lieck vn recht ſchüt / dar kan wan ſeck ſo wol an beluſtigen / als an dem Schlinckfieſten gahn / kohmet tho meck / ick will ju wol wat tho donde ſchaffen.

Phil. Wie nun mein guter Mann / mir zwar vnbekant / ich mercke aber alßbald an ewerer Rede / was ihr für einer ſeyn müſſet.

H.P. Mienes Nahmens vn Standes bin ick Gottloff nich vnbekant / ick hette Heer Hans Pumbſack / bie ein *Patricius* vnde van vhroldem Geſchlechte vht der Stagdt Knobbenſtede / Wo hete gi denn / mit Verlöf dat ick frage?

Phil. Mein guter Mann / haltet mir den Streich auch zu gute / wie michs düncket ſeidt jhr noch nicht auff der Schleiff mühlen geweſen / derowegen / wer mit euch vmbgehen will / der muß wol nachgeben können.

H.P. Schliepmöhlen hier Schliepmöhlen dar / ick heffe den Arß ſo veel dorchn Buſch getogen / aſſe ein ander mag dahn heffen / Jck heffe jns ſegt / woll ick ſie / nu möchte ick wol weten / wat gi vor einer weren.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Phil. Jch bin ein *Studioſus*, habe mich geraume zeit auff hohen Schulen auffgehalten / nach Ehr vnd Geſchicklligkeit geſtrebet / deren ich auch ein theil hoffe zu erlangen/mein Nahme iſt *Philomuſus*.

H.P. Dat is gut / Stadenten dat ſind ſtarcke Sûpers vn Limſtengers/ de mag ick gerne bi mick lien / wann ſe einen Dahler heffet / verthert ſe woll dre / vn latet vnerwilen den Wehrt naſeien.

Phil. Jhr môget woll Hans Pumbſack heiſſen/ geſetzet/ daß ſôlches ſchon an etlichen / ſo iſt es jedoch an allen nicht war/ich muß euch aber zu gut halten/Wo gedenckt jhr hin?

H.P. Hir harde bi/ na Flegelsdorp / dar heffe ick mine beſten Meyers / vn de Hutelers heffet mick dat Tinßkorn dût Jahr nich gebrocht / ick moht ſe einmal anrôgen/will gi mit/ick geve vſch ein halffſtôveken Beers thom beſten.

Phil. So viel? Jch bedancke mich des guten Willens / wil aber hie ein Stûck weges mit hingehen / Jch verſpûre jhr ſeid nicht gut Studentiſch / was iſt doch immermehr die Vhrſach?

H.P. Wenn gi nicht wilt bôſe werden/ dewiel ick hôre / dat gi ock ein Stodent ſind/dar will ick van Brodtworſtert heffen/ſo kan ick de Ohrſacke woll ſeggen.

Phil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Phi. Jch habe viel von den Leuten an Knobbenſtede gehöret / daß / wer mit jhnen Freund bleiben will / muß jhnen Grobheit können zu gute halten.

H. P. Groffheit? Dat iß nichts/da gi vn juwes gelicken aver den vornehmen Geſchlechtern vht vſer Stadt nageven. were gi woll ſchüldig tho donde/vn wann gi ſchon böſe werdet / ſo trummelt Harmans vpper Hoffdöhr.

Phil. Sagt doch Vhrſache warumb jhr den Studenten ſo vngewogen ſeyd.

H. P. Jck woll nichts darvan ſeggen/ wann de allene ſtoderden/ de Gottloff ſo en Gelt in Tinſen/ vn ſo veel Meyerhöf-fe heffet / aſſe mine Mit Patritz in der witberömbden Stadt Knobbenſtede/ vn man ſtoderde van dem ſinen / ſo bleve vſe Standt / de van den blæfödtſchen Studenten ſehr vernichtet wird / bi ſinen Ehren vnd Werden/ Aver nunmehr iß balle nen Schoſter/Schnier/ Fleiſchhacker/ Schmedt/ja Schoflicker vn Daglöhner/ de will ſine Kinner ſtoderen lathen / vn küntet jo nich vhtföhren / denn ſtuderen koſtet Geldt,

Phil. Ewere Mit Patricij begehren nicht zu ſtudieren / vermeinen auch / das Gelt könne andere Wege beſſer angewendet werden / ſollen aber Kirchen vnd

Schulen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Schulen erhalten werden/ ſo muß jo wer
eyn/ der ſtudieret/ Ich traw euch aber
icht zu/ daß jhr jhnen/ wann ſie nichts
aben/ alßdann von dem ewigen was
uwendet.

H.P. Eck woll den Hachtreers vn
Teddiggengers den Dûfel geven/ wann
ckt vmme gahn kônne/aver ick/min Vaer
vn meine Veddern môten ôhrer ettelken
ein *Stipennium* geven / welckes van Ol-
der-her dartho vermacket/wand dat nich
were/ ſchollet lengſt wedder in de Nehri
komen ſin/ darna gaht de mageren Kerls/
ſprecket einen an / holet ôhren Hodt in
Handt/vnd kônt einen denn woll *reſpecte-
ren*, bet ſe idt weg heffen/ vn wenn ſe denn
ein Jahr/ twey/ drey/ veir vppem Vn-
verſtanne vn erer Liemſtengerie gewe-
ſen ſind/ ſo treve daher in ſtatliken Kle-
dern/ vieff Schnôr vmb de Manteln/
korte Bûchſen aſſe ein Span lang/ de
Fûſte vull Gûllen Ringe/ wilt ſick mit
gewa't ernſthafftig ſtellen/ dar man
doch woll weit/ dat ſe ſo ernſthafftig vp
Vnverſteten nich geweſen ſind/ daret
hergeit/ *florikoes*, *hantikoes*, *runtikoes*,
rundar, *læti ſodals*, heruth du Pinnall/
darna wenn wi dicke ſind/ ſo ſcherffe
thor Jungfer/ macket idt denn ſo wol/
dat/ wenn ſe wegthogen ſind/vnnerwilen
fod-

foddert werden/ dat Wifeſtücke tho neh-
men / edder heffed ſe de Ehe nich thoge-
ſegt / Willen vn Affdracht tho macke
vor de Horerie/ aſſe ick ſülveſt thom dehl
geſehen vn erfahren heffe/ do jck tog dorc
Wittenbarg vn Helmſtede.

Phil. Grob genug *Domine* Hans
Pumbſack/ jhr nennet die Studenten mit
einem ſehr verachten Nahmen / daß ſie
ſich nach jtzigen gebrauch in Kleidungen
etwas halten / nicht auffziehen als ein
Schuſter/ der von der Werckſtede lauff
(Vbermuth aber vngelobet) derein ſein
ſie nicht zuverdencken/ dañ ſoſten ſie der-
geſtalt oder mit eweren Habit auff Vni-
verſiteten auffgezogen kommen / würde
man jhr wärlich nicht weinen: daß ſie mit
einem jeden ſo groſſe *Familiaritet* nicht
halten / haben ſie nicht wenig Vrſache /
vnnd dieſe inſonderheit / wann ſie bey
Pumbſäckiſcher Burſſe ſitzen oder vmb-
gehen / jhnen leichtlich / was offt-
mals woll gemeinet / auffangen vnd v-
bel außdeuten / wie ichs ſelber mit
meinem Schaden erfahren. Jn ewe-
rem *perigriniren* auff den Vniverſite-
ten Helmſtädt vnd Wittenberg / were
euch angeſtanden / daß jhr nach den-
ſelben gefraget/ die groſſen Fleiß auff die
Studia wenden/ Tag vnd Nacht nach Ehr
vnd

nd Geſchickligkeit ſtreben/vnd was ſon-
en da guts vorgehet / Nun habt jhr a-
er daſelbſt in dem Luſtgarten aller Tu-
enden/ die Roßäpffel / Zaunfeigen *Ex-
cement* Wurtzel zuſammen geſchnap-
et/ vnd allein die *vitia obſervirt*, ſolches
eweres gleichen vnd Landes Leute
et.

H. P. *Philomuſus*, gi ſchollen de Lim-
engerſchen Almiſſen Freters woll ver-
egen.

Phil. Welche nennet jhr doch Allmo-
nfreſſers?

H. P. De Kerls / dar ick vorher van
de/ de ſo kahmet vnd biddet einen vmb
n *Stipennium*, werden ock etlicke Jahr
amet vp Vnverſteten erholen.

Phil. O Pumbſack / das iſt eine rechte
ſelsſtimme/ wann ewere Bawren von
legelsdorff ſolches redeten / wolte ich
agen / ſie weren grobe / vngeſchickete /
nobbichte/ vngehöbelte Eſels/ Flegels/
Bocken/vnd noch wol etwas mehr/ aber
eil jhr von vornehmen Geſchlechte aus
Knobbeuſtede ſeyd / wil ich euch damit
erſchonen.

H. P. Dat ſcholl ick nun woll nich
erſtan / dat idt meck ock gülde (kehret
ch vmb vnd ſaget) woll wet/ du biſt der
Allmiſſē Freters ſülveſt woll einer medde

Phil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Phil. Seyd jhr getroffen/ſo habt ewe re Reden auff ein andermal beſſer in ach dann wann ſolche *aſinina concluſio* ſolt gelten.

H. P. Wunuh/gi möget ſülveſt wol eine *aſinina concluſio* ſin/ meine gi / dat ic mick ock nich heffe vor dē Arß hawē laten

Phil. Nicht ſo haſtig Herr Hans Pumbſack / ich habe meine Rede noch nicht geendet/hat aber die Meinung/daſ dieſelbe/ welchen zu den *Studiis* oder der freyen Künſten *Stipendia* gegeben wer den/ ſehr vngereimbt vnd vngeſchickt All moſenfreſſer genennet werden/ dann auff den *Studiis* beſtehet fürnemblich das ge meine Beſte/Land vnd Leute/ was nun darzu angewendet wird/kan kein Allmo ſen ſeyn/ beſondern eine nohtwendige Vnterhaltung des gemeinen beſtens.

H. P. Jck heffe de *Stipendiaten* wol eher van vornehmen wiſen Lüden vor Allmiſſen Freters ſchellen hört.

Phil. Das Alter ſchadet zur Thorheit nicht / die werden gut Knobbenſtediſch / als jhr/ ſeyn. Jch frage euch aber / was heiſſet *Stipendium* oder ein *Stipendiate*.

H. P. Bedelwörder beyde.

Phil. Flegelswörter alle drey. Höret zu/ ich ſage es euch / was ſie heiſſen/*Stipendium* heiſſet ein Soldt / eine Belohnung/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

nd iſt eigentlich von den Kriegsleuten
eſagt / dannenhero *Stipendium militare.*
Kriegs Soldt/welches gegeben wird den
Kriegsleuten / ſo Leib vnd Leben für die
Freyheit des Vaterlandes auffſetzen.
Weil nun Geſchickligkeit in freyen Kün-
ſten vnd *Faculteten* mit ehrlichem Kriege
ine ſo nahe Verwandniß hat / daß in
mangel deren eins oder beyde ein *Reſpu-
lica* zu bodem fellt/ als dannenhero auch
m Gebrauch zu reden/*Stipendium in mi-
lites togatos collatum*, ein Soldt/ Beloh-
nung / oder Vnterhaltung der Gelahr-
ten vnd Studenten.

H.P. Mit dem Latine müchte gi mick
woll vngebrüet laten/des kan eck nich veel

Phil. Jch weiß wol/ daß euch vnd ewe-
res gleichen ein Spott iſt/wenn man La-
tein redet/ſo viel habt jhr ja woll gelernet/
daß jhr diß verſtehet / oder ſchlaget auff
ewren Bachanten Tröſter / der wirds
euch woll ſagen/Jch warne euch aber da-
neben/daß jhr auff ein ander zeit ehrlicher
vom *Stipendio* vnd *Stipendiaten* halten /
vnd mehr nicht ſo vngeſchickt reden wol-
let/ Muß weiter fragen / gebt jhr dann
die *Stipendia* aus ewerem Beutel / mich
dücket nicht / daß jhr der freygebeſten
einer ſeyd / noch in dieſem Punct auff er-
haltung des gemeinen beſten dencket.

H. P. Ja

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

H. P. Ja wand nicht von Olders her ſo were ſtifftet / kregen denn de Kerls ſůs nicht/ als van mick vnde den minigen/ ſo ſchollen ſe woll in enen legen Bůel kicken.

Phil. Kans woll erachten.

H. P. Se wendet jdt ja doch vp Freten/ Supen / Hoeren / vnerwilen vp de Gőkelie / als Fechten/ Dantzen / Luten ſchlan/ vn Fahnen ſchlůren.

Phil. Muß woll bekennen / daß zun zeiten die *Stipendia* vbel angewendet werden/ vnd manchem beſſer were/ er lernete ein ehrlich handwerck / damit er ſolch Gelt nicht vnnůtzlich verzehrete/vnd endlich zu nichts důchtig darben můſte / aber es műſſtn deßhalben ſolche lőbliche Stiftungen nicht auffgehoben werden / weil gleichwol viel gelårter leute dadurch noch wordē vnd werden. Dantzen/ Fechtē/lauzenſchlan/ vnd andere *Exercitia*, wann ſie nicht zur vnzeit gebrauchet werden / ſein ſie theils nőhtig / theils ergetzlich. Wie/ ſehet jhr aber auch zu / daß důchtigen Perſonen werden die *Stipendia* gereichnet.

H. P. Dar ſeie ick nich na / ick woll da ſe over őhrem ſtoderen allthohope verdårffen vntho Narren wőren / ſo mőſten ſie jo den Hoffart ſtecken laten / vn meinen Standt beter ehren / want in meiner Gewalt alt ſtůnde / ick wolle őhn den

Brodt=

Brodtkorff balle vpthein. *Phil.* Ihr ſeyd nicht auff dem rechten Wege / man hat herrliche Exempel/was fürnehme *Potentaten* den Gelahrten für *Stipendia* gegeben / Es ſchreibet *Cominæus*, daß König Ludwig der *XII.* in Franckreich / ſeinem Leib*Medico* alle Monat 100000. Gülden zur Beſoldung geben / vnd viel ſtatliche Verehrungen gethan. *Alexander* der groſſe hat dem *Philoſopho Ariſtoteli* nicht allein alle Vnkoſten / da dann ein mächtiges auffgangen/zu Beſchreibung aller Thiere Natur vnd Eigenſchafft verſchaffet/ beſondern auch achte hundert Talenta/ als eine Belohnung ſeiner mühe vnd Arbeit / durch ſeine Geſandten vberbringen laſſen. Deren Hiſtorien könte man mehr beybringen / da es von nöhten were.

H.P. Ja van denen heffe ick vele gehöret/ dat ſind ock woll ander gelerde Lüde weſen/ all ſe nun ſind.

Phil. Man hat dannoch jetzund auch woll treffliche gelahrte Leute / aber ſehr wenig/ dann wie die *Stipendia* ſein / als werden auch Leute/ Küpffern Gelt/ Küpffern Seelmeſſen / *Plinius in Panag.* lobet *Tranianum* , der zum gemeinen beſten 5000. ſtattliche *Ingenia* außerleſen/ vnd auf ſeine unkoſten ſtudiren laßē/wei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

das heutiges tages thun? H.P. De hett Gelt nergen laten kǒnt/doch ich moht wedder vp dat vorige kamen/ Wann de Stodenten wedder tho Huß komet/ſo ſettet ſei boven mick vnd andere Geſchlechten in Knobbenſtede/ja woll ock over olde fine Lůde. H.P. *Phil.* Billig ehret man einen Gelahrten/wegen ſeiner Knnſt Es ſaget *Pythagoras in Reg. Vitæ, Senectus honorem quidem addit ſi cætera ſint paria.* P.H. Nu moht ick den Bůel in achtnehmē

Phil. Iſt ſo viel/ das Alter gibt zwar Ehre/ wann das dabey iſt/ was dazu gehöret/ als Weißheit vnd Geſchickligkeit/ ſonſten gehet wol ein Junger einem Alter fůr. Die heilige Schrifft nennet denſelben ein Kind/ der nicht ſo gar Verſtendig/ wann er ſchon bejahret iſt/wann aber ein Alter vnd Junger in *Qualiteten* vnnd Geſchickligkeit gleich ſeyn/ iſt billig der Alte vorzuziehen/ſonſten were es ſehr vnhöfflich/ einen alten Bawren vber einen jungen *Philoſophum* zu ſetzen/ ſolches haben die Indianer/ von welchen *Strabo lib.* 15. ſchreibet/wol verſtanden/in dem ſie keinen Alter höher geachtet/als einen jungen Geſellen/wann er nich mit ſonderbahrer Weißheit vnd Geſchickligkeit begabet geweſen. H.P. Idt iß licke ſehr nich recht/ dat ſolke junge Kerles den gragen

Höve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Höveden ſcholt vorgetogen werden.

Phil. Ein Argument vom grawen Hovede / Wann ein grawes Häupt deßwegen/daß es graw iſt/ ſoll geehret werden/ würde man für einem jeden Eſel den Hut abziehen. H.P. Wannie wo veracht gie dat Older *Filomſus*, will juck nich Gott darvor ſtraffen? *Phi.* O andächtiger Herr Hans Pumbſack/wann meine Rede nicht verquergs außgedeutet wird / kan keiner darthun / daß ich das alter verachtet/ beſondern vielmehr *cæteris paribus* gelobet habe/daß aber alte Leute ingemeint geehret werden / iſt nicht vnrecht/ vnd rühret daher/weil vermuhtlich/daß ſie erfahren/ geſchickt vnd weiß ſeyn.

H.P. Jdt let averſt ſeltzem/wann ein Sohn wiſer iſt/ als ſin Vaer/ darumme begehre ick mine Kinner nich ſtoderen tho laten. *Phil.* Weiſe Söhne ſeyn einem Vater eine Ehre vnd Frewde.

H.P. Jß idt averſt nich eine Schande/dat de Kerels/de örer Wollfahrt meck vnd den minen tho dancken heffen/dat deſülven ſick / vns anneren vhrolden Geſchlechteren in der Stadt Knobbenſtede vortheien willen/ ſe latet ſick bi Gott nich lange nödigen/ vp Hochtieden vn Gaſterien/wann ſe gefoert werden.

Phil. Mein lieber Herr Hans Pumbſack/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

laſſet euch berichten / gelahrte Leute ſeyn ſo geſchiedt wol / wann ſie es nur nicht mit dem Namen alleine ſeyn / daß ſie ſich vber jhren Stand nicht erheben/ſtün-de auch vnhöfflich / wann ehrliche Leute ſie zur Taffel ſetzen wollen / daß ſie ſich andern Leuten zum verdruß lang ſperre-ten vnd wereten. Von ewers gleichen aber habe ichs nicht viel geſehen / daß ſie ſi des Geforderens erwarten / beſondern ſich zunöhtigen/ vnd die Gelahrte/ wo ſie können/ gerne *deſpectiren*.

H.P. Wat iß denn an den Kerls ſo grot gelegẽ/ſind idt doch ringer Lůde kin-ner? *Phil.* Lieber Herr Hans Pumbſack/ ſehr viel. Aus einem ſeenem anſe-hentlichen Geſchlechte geboren ſeyn/ ſte-het ſehr wol/vnd iſt Gottes Gabe/wann aber eigene Tugend ermangelt / iſts als eine leere Schelle / dann die Tugend iſt der rechte Adel/ wie alte Weltweiſe vnd Poeten davon geſchrieben haben.

H.P. Idt iß averſt einer vornehmen Stadt mit ricken Lůden mehr hulpen/ aſſe mit den nåſewiſen Blackſchiters ane Gelt / denn deſůlven kůnt im Nohtfall eine Summe vorſtrecken / ſůß ock alle Jahr vel in de gemeuen Kiſten leggen/ Denn eine Gelickniſſe mot ick ſeggen/ Eine Zege iß twar woll verſtenniger/als ein

ein Schap/ hett averſt nich ſo vel Wullel darumme heffe ick lever Schape im Stale/ vn frage nich na der Zegen Wißheit.

Phil. Die Gleichniß reimet ſich als ein Holtzſchlågel zum Graßmehen/ Reiche Bůrger haben iſt gut / wann ſie nicht ihre Gůter mit verweißlichen Håndeln zuſammen geraſpelt / denn ſo bekůmpts ihnen / als wenn der Hund Graß gefreſſen hat/Exempel hat man die volle Hand/ Verſtendige vnd Gelahrte aber haben noch viel beſſer / dann/ Wann vorzeiten vn d noch einer *Reipublicæ* Feinde auff das ergerſte dieſelbe wollen verfolgen/ja gantz fellen vnd *ruiniren*, ſo pflegen ſie ſich nach dem Gelde ſo groß nicht vmbzuſehen/ beſondern verhindern vnd heben auff gute Schulen/ *Academiē* vnd alle freye Kůnſt.

H.P. Ick grepe nam Gelde.

Phil. Euch mag ſo ſeyn / auch woll etlichen mehr/baß verſtendigen aber nicht/ darumb ein Arabiſcher Fůrſt / als er die Chriſten auffs hefftigſt gedachte zu preſſen/ nam er ihnen die Schulen / Die *Mytilenenſes*, wann ſie die von jhnen abgefallene mit der hôheſten Schmach beladen wolten/huben ſie die freyen Kůnſte vnnd *Studia* bey ihnen auff : Alſo hat auch *Cyrus* den *Lydiis* , *Xerxes* den Babiloniern gethan/einig vnd allein der Vrſachen

 halber/

halber / daß darauff das gemeine beſte *fundiret. Iulianus* der Abtrünnige wuſte ſolches auch ſehr wol / derhalben ließ er den Chriſten die Schule verbieten vnd verſperren : Zun zeiten *Doctoris Lutheri* ſeyn alle Münche vnd Pfaffen / *Patres & Fratres ignorantiæ* geweſen / auch ſo gar/ daß/ wann ſie mit jhrem Latein den Teuffel beſchwuren/ den *Priſcianum* vergaben / Exempel ſeynd beyde Feuſte voll verhanden / aber zu langweilig zu erzehlen / Wie nun der Bapſt vnd ſeine treffliche Stützen die Jeſuiter ſahen / daß durch des *Lutheri* wolbeſtalte Schulen vnd *Academien* viel guts geſchaffet / vnd mancher trefflicher gelehrter Mann ward/ daß auch zu beſorgen/das Bapſtthum darüber zergehen möchte / haben ſie Schulen geſtifftet/vnd gebrauchen ſich einer ſolchen *Inſtitution*, die der Euangeliſchen Art zu vnterweiſen bey weitem vbertrifft / wolte Gott/ daß ſolches hohe Potentaten verſtehen/vnd ſolchem Werck bey zeiten *remedieren* wolten. *Theophilus* der Käyſer / als *Mammunus* ein Printz aus Arabien/ den trefflichen *Philoſophum Leonem* von jhm begehrete/ hat er ſolches abgeſchlagen. H.P. He iſſer wor vppeſtüret weſt/ als de Katte vp den Senp.

Phil. Das habt jhr getroffen/ als ein

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Fleiſcher / der den Ochſen für den Kopff
ſchlagen wolte / vnd ſchlug jhn fur den
Hindern. Diß war die Vrſache / daß er
ſolch einen Schatz viel höher achtete/ als
daß er den *Barbaris* ſolte zu theil werden
H.P. Welck ein düer *Leonem* ſoll mick dat
woll weſen ſin/ het wor Golt ſchiten kont.

Phil. Ewer Rede/Nahme vnd Leben
kommen mit einander vberein / darumb
ſeyd vnd bleibt jhr wol Hans Pumbſack/
gebt ein wenig achtung/noch eins muß ich
ſagen. A.P. Dat ſcholl mick woll wun-
ner nehmen / heffe ick doch mangen ver-
ſtännigen Minſchen kent / vnd bin nich
ſehr olde / de wedder ſchriffen noch leſen
können / vn nich mehr lehrt hadden / tho
hogen Dingen kämen/ock ſo fin kören/dat
ſe nich einmas ſtodderden.

Phil. Solches mag abgehen wie es
kan/dieſes iſt gewiß / daß die Gelahrten
ſeyn alleine die Augen/ Ohren/ Zungen/
Hand vnd Gemüht einer guten Policey /
vnd ohn dieſelben iſt ſie einem vnvernünff-
tigen Thiere gleich/dann alle Vngelahr-
ten *ſunt ſine mole corporea nulli*.

H.P. Echter Latin / ick heffe mick
averſt offte ſeggen laten/ dat idt nich gut
ſie / wenn Printzen / de doch dat Regi-
mente föhren / gelehrt ſind. *Phil.* Es
iſt zum höheſten nöhtig / daß dieſelbe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

gelehrt ſeyn/ womit ſie jhrer Rähte *Conſilia* erwegen/ vnd beſtes daraus nehmen können/ daß aber offtmals die Hoffleute mit euch einig ſeyn/ davon ſtünde viel zu ſagen/ Herr Hans Pumbſach / ewer Gehirn kans aber nicht faſſen/ gehöre auch nicht zu vnſerm Geſpräch.

H.P. Gi holet vel van den Gelehrden/ iſſet dann ock gut / dat de Wiſer gelehrt ſind? *Phil.* Warumb nicht: wann nur Tugend vnd Frömmigkeit dabey iſt.

H.P. Wann ſe aver ock ſo gelehrtſind dat ſe *ad coitum* ein Küſſen vnter den Erß legget/ aſſe jenne Jungffer tho Haſe / de Politiſch was.

Phil. Pfui Garſthamel/auff dieſe weiſe iſts beſſer/ daß ſie einfältig ſeyn/ jedoch wollen etliche viel lieber Vngelahrte als Gelahrte zu Weibern nehmen / wie ſich *Franciſcus Iohannis* des fünfften Sohn/ Hertzog in Groß Britannien/da jhm ſeine Braut Jſabella/ des Künigs aus Schottland Tochter / zugeführet ward/ welche nicht in den freyen Künſten erzogen / vernehmen laſſen: *qu' ill' en aimoit mieux: qu', une femme eſtoit aſſer ſcavante, quad elle ſcavoit, mettre difference entre la chemiſe, & le poutpoint de ſon mari.*

H.P. Hör dar/Parle mi Frantz/ wil gi mick wat/ ſo ſegget idt mick op Dütſch / dat ickt ock verſtahe. *Phil.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Phil. Dann Weiber ſeyn zum Gehorſamb/ vnd nicht zum Regiment geboren / Es iſt zwar nöhtig/ daß ſie in aller Zucht vnd Erbarkeit/die Knaben aber in freyen Künſten erzogen werden.

H.P. Wi heffet in vſer Stadt ſo vel Gelehrte / dat ſe vth allen Winckeln krupet / balle ſüht man ein Doctor / Papen / Procurator / balle Notarien / Köſters / Scholmeſters.

Phil. Ihr möget woll viel vnter die Gelahrten rechnen / ſo auch gerne wollen dafür angeſehen ſeyn / die es aber in der That ſeyn / der kan man werlich nich zu viel haben. H.P. De eine heff jo ſo woll in de Schole gahn / vn iß jo ſo woll vp Vnverſteten weſen/aſſe de ander.

Phil. War iſt es/ſeynd aber vngleiche *Ingenia*, vngleich erzogen/vnd haben ſelbſt nicht gleichen Fleiß angewendet / ſeyn nicht alle Köche/die lange Meſſer tragen.

H.P. Ick paſſe vp de Hennel woll nich veel / heffe ock woll wat wichtigers tho donde/ aver mines Vaers Broer de hefft einen kleinen Jungen/ dar wil he idt mee verſöken / dat he ſchall ſtoddern/ de hefft ſüß nein Gelt veel vtthogeven / ſchlumpet et ſo ſchlumpet et / deßhalven möchte ick woll weten / wor man dem ſolcke grote gelehrde Leude maket.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Phil. Wann jhr ein wenig achtung gebet / wil ich es euch zuverſtehen geben.

H.P. Wi heffet jo jtzunder anders nich tho donde. *Phil.* Ich habe vor erwehnet / daß das gantze Regiment einer guten Policey beruhe / auff guter *Institution* vnd Aufferziehung der Jugend / welches / wie auch angezogen von den Jeſuitern / mit allem fleiß in acht genommen / von den Evangeliſchen aber obenhin *tractiret*, vnn wenig darauff gepaſſet wird / dann jene haben jhre tägliche vnd ſtattliche Vnterhaltung / daß ſie anders nirgends / als für die Knaben vnd Jugend ſorgen / denſelben täglich ſo viel / jedoch mit was grunde oder vngrunde / ſtelle ich für dißmal an ſeinen Ort / einblewen / daß ſie den Evangeliſchen von Hertzen feind werden / liegen auch jhren *Studiis* ob / hiergegen aber ſehen zu dieſer zeit hohe Perſonen vnd Städte / vnter den Evangeliſchen alleine darauff wie ſie jhre Schatzkammern füllen / vnd ihnen einen Vorraht ſchaffen. H.P. Dat iß ock woll billick / dat man dar erſt nach ſüht / dar folget dat anner wol na.

Phil. Herr Hans Pumbſack / ich verachte das nicht / daß man ſich auff allen Nohtfall auff einen guten Vorraht ſchicke / vnn etwas durch erlaubte Mittel zum gemei

gemeinen beſten ſamble vnnd zuſammen ſpare/aber dieſes alles nutzet nichts/wañ nicht für allen dingen auff Kirchen vnd Schulen / wodurch alle Stände erhalten werden/ gewendet wird/ Es achte jederman gewiß darvor / daß die Jeſuiter bey funfftzig oder ſechtzig Jahren her/ mit jhren Schulen / vnd die Lutheraner/ wie man ſie nennet/ ſelbſt mit jhrer Vnachtſambkeit vnd Trägheit / der Evangeliſchen Kirchen gröſſeren Abbruch gethan/ als wann zehen Hiſpaniſche Armaden die Leute zum Pabſtumb gezwungen. Vber das haben groſſe Herrn vnd andere/die jenige Gütere/ſo zur Ehre Gottes vnd Aufferziehung der Jugend/ von vnſern Voreltern wol verordnet/nicht alleine nicht gemehret vnd verbeſſert / beſondern auch auff Raht der geitzmagigten Hoffſchwentzer gar weggeraffet / vnd in andere *prophan* nutzen gewendet/ Aber wie bekömpts jhnen? Die Heiligen holen das Wachs wieder / vnd wann man meinet man habe etwas / ſo iſt durch Gottes gerechte Straffe eins mit dem andern verſchwunden / vnd gehet die Hitze mit dem Rauche auß. H.P. Schöll dat dar woll van her komen .*Phil.* Es iſt nicht anders/ wañ ſolches nicht mit allẽ fleiß abgeſchaffet wird/ vnd vornehme hohe Perſonen /

Graffen/ Herren vnd Städte dahin ſich bemühen/ wie ſie ſo woll gute *Trivial* Schulen als *Academias* auffrichten/ dieſelbe anſehentlich *dotiren*, den Lehrmeiſtern vnd *Doctoribus* ehrliche Vnterhaltung geben/ vnd gute *Ingenia* erwehlen/ vnd wann die geringes Vermügens gnugſame *Stipendia* zuwenden/ iſt nicht wunder/daß wegen der groſſen Vndanckbarkeit vnd Verachtung der hochnöhtigen Mitteln/ Gott/ ſein H. Wort vnd das wahre Liecht/bey vns erleſchen/vnd die Barbarey/ſo vorzeiten im Pabſtumb geweſen/wieder einreiſſen laſſen.

H.P. Man liſt averſt in der Schrifft/ Gades Wort blifft ewig.

Phil. Iſt war/ kans aber nicht auff andere Völcker kommen/ vnd dabey erhalten werden/ wann wir deſſen ſchon erwehnter Vrſachen halber beraubt ſeynd?

H.P. Dat heffe ick min Levelang wer höert wer ſeen/ dat idt allthomalen/ alſe gi ſegget *Filomſus*, vth der Schole herkome.

Phil. Hans Pumbſack/ könnet jhr ſehen/ wie das Weitzenkörnlein/ ſo in die Erden geworffen wird/ mächtig gedeyet/ vnd vbers Jahr herrlich wechſet vnd Frucht bringet?

H.P. Hör dar/ene Gelicknisse vam Satſeyer.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Phil. Könnet jhr die feinen wolrie-chenden Kräuter wachſen ſehen? Jſt darauff ein eigentlich Gleichniß / dann wann dieſelbe voll gewachſen / alsdann abgeſchnitten oder außgerupffet / vnd keine junge Pfropffreißlein geſetzt vnd gezogen werden / ſo iſt es mit dem Luſtgarten bald auß / tregt alsdann von jhm ſelber lauter Diſteln / Dorn vnd Vnkraut / alſo gehets auch her in einer jeden *Republica*, welche mit guter *Inſtitution* vnd *Education* der Jugend / wodurch manchesmal ein böſes gemüht gantz geendert wird nicht verſehen iſt / Dannenhero *Petrus Ravennas* geſagt / Dafern auff Erden etwas dem Paradiſo gleich / weren es Schulen vnd Kirchen / aber wann ſolche *Paradiſi*, wie vermeldet / mit feinen jungen Reißlein nicht fort vnd fort beyflantzet werden / verdirbet mannich ſchön *Ingenium*, welches gleichſamb ſonſten die Natur entweder zum fürtrefflichen *Theologo*, Regenten / oder getrewem tapfferem Kriegsmann hette haben wollen.

H. P. Wenn dat war iß / da gi ſegget / ſo will idt in vſer Stadt Knobbenſtedee wolle ergan / denn dar heffe wie eine grote Schole / darinne ſind ſeven Scholmeſters / de alle Morgen vn Namiddag in de Schole gan mötet / vn de Jungens *inſtitueren*.

Phil.

Phil. Seyn ſie dann auch fleiſſig bey ihrer *Inſtitution?*

H.P. Wo ja/man kan jo nich einmahl vor der Schole hergahen/ ſo wert den Jungens dat Gat tho howet/ dat ſe ropet/ als wenn öhn ve Stoppels im Erſe ſteckeden.

Phil. Ja woll/ mein lieber Hans Pumbſack/ ſoll daß die rechte *Inſtitutio* vnd Aufferziehung ſeyn/ das iſt eine *Carnificin*, Eſelszüchtigung/ vnd keiner *liberalen* Gemühter/ dadurch wird manicher mit Gewalt vom Anfang ſeines ſtudierens abgetrieben.

H.P. Wo ſchültet denn de Scholmeſters maken? Ween de Jungens nich rechtſchapen *caſtegert* wert/ doet ſe jo nen gut. *Phil.* Ewerem Bericht nach/habt ihr ſieben Schulmeiſter/ ſeynd ſie auch gelehrt vnd *diſcret?*

H.P. Wo ja/ de Overſten künt mit öhren Schölers jo diſputeren/ *Quid eſt Dilectica?* moket Latinſche *Orations*, dar latet ſe denn mick vnd mines geliken thofodderen/ then ock den Hodt depe noch aff/ wenn ſe vor vſch over gahn.

Phil. Das alles wird ſie vnd ewere Jugend aus dem Stroh nicht heben. Wie viel haben ſie zur jährlichen Beſoldung?

H.P. De Recter het des Jahrs achtig

Dahler

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Dahler vn ſin Doden Gelt / dar riſt v-nerwilen ock noch wat mehr bi tho / de negſt öhme / vefftig Dahler / de vnnſte / twintig edder dartig Dahler.

Phil. An der Beſoldung mercke ich wol / was jhr für *Præceptores* haben müſſet.

H.P. Wanner licke ſehr einer afftümpt / dar lopet er woll vieff ander wedder na.

Phil. Mag wol ſeyn / aber wie die Beſoldung iſt / als ſeyn auch ewre Schulmeiſter geſchicket / vnd wird ewer Jugend erzogen / Wann jhr wollet ewer Stadt Wolfahrt ſuchen vnd befoderen / müſte an eweren Schulen der geringſte jährlich zweyhundert Thaler vnd allgemehlich gute Beforderung / die andern nach einander mehr haben / dann würden ſich zu euch gelahrtere *Praeceptores*, als Dorffküſtere vnd dergleichen / finden / vnd zu den geringſten Dienſten / zu welchen dieſelbe eben ſo wol nöhtig / gebrauchen laſſen.

H.P. Wolme Düfel woll ſo vel vp de A.B.C. Bröers vn Donatſchen wennen / vn denn vp de anneren jmmer mehr? Ja gi wollent woll doen.

Phil. Bey den kleinen Knaben ſeyn jo ſo gelahrte vnnd *diſcrete* von nöhten / als bey den groſſen.

H.P. A.B.C. kan man öhnen jo

lichte

lichte vorleſen/ vn wenn ſe dat nicht wile lehren/hawe man ſe vor den Hinnerſten.

Phil. Damit iſt es nicht außgerichtet/ man muß vnterſcheiden konnen die *Ingenia*, dann etliche wollen mit Schlägen / etliche mit guten Worten / die ſchöneſte Köpffe mit *præmiis* vnd Belohnung jhres fleiſſes / wie es die Jeſuiter in Gebrauch haben/ ermuntert vnd angereitzet ſeyn/ wozu dann *Diſcrètio* vnd Geſchicklichkeit gehöret /wann man Vnkoſten anwendete/ſo könte man auch Leute haben.

H.P. Dar magget vmme ſin/ick will meine Kinner thor Schole ſchicken / ſe ſchült doen aſſe ick doe/ ſo heffet ſe Tyer vn Feit / idt iß ock woll nich nödig / dat man ſo ſchrecklick vel vp ſine Kinner wennet / moth darna de Gefahr dartho vthſtan / dat ſe an der Schrift etworget/aſſe einmal ein Buer / de einen Calender vor Coriander fratt/ denn idt plegt gemenlich ſo her tho gande / wenn ſe ein noch koſtet heffet / ſo dot ſe den Arß tho vn ſtarffet hen/woll denn dat Gelt wedder hedde?

Phil. Hilff Gott/wann alle Leute geſinnet weren / wie jhr ſeyd / würde in Ewigkeit kein gelahrter Mann werden / in einer grewlichen*Confuſio* alle*Reſpublica* von jhm ſelber vber einen hauffen fallen / Aber es ſeyn dannoch etliche/wiewol wenig/

nig/ die den *Studiis* gewogen ſeyn/ Wan nun beſſer darauff *ſpendiret*, vnd die Aufferziehung vnd *Inſtitution* der Jugend in acht genommen würde/ daher die Jeſuitin zu ſagen pflegen/ daß zu verwundern/ wie aus der Lutheraner Schulen eintziger fürnehm gelehrter Mann könne herkommen/ und ſage ich mit jhnen ſolches wahr ſeyn / daß aber vnterweilen ein tapfferer gelahrter Mann entſprieſſet / iſt nicht der Evangeliſchen *Inſtitution*, beſondern der Gutheit deſſen Natur / die ſich ſelbſt erziehen kan / ſonderlich aber der Schickung Gottes zuzuſchreiben.

H.P. Mick verdrüt itzunder noch mannig Arß vull/ da ick doch nich vel vor lehret heffe / min *Præceptor* , aſſe ick noch klein was / hete mick woll drey mal darumb ſtreken/ dat ick nich beholen könne / wen H. ein Bockſtafe wert edder nich.

Phil. So müſſet jhr ein ſtumpff *memoriam* haben/ derſelbe *Præceptor* aber were wehrt geweſen/ daß er ſeiner *Indiſcretion* halber ſelbſt geſtrichen. Jch verſpüre aus alle ewerem Fürgeben vnd Sitten wol/ daß jhr einen ſchlimmem Vorgänger gehabt habt.

H.P. Jck dochte/ moſtu ſo vel wegen eines Bockſtaves vthſtan/ ſo moſtu noch hundert mal mehr lien/ wenn du ſchöſt

ein

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ein gelerder weren / darumb leit ickt bi thien vorn Dûfel bliven/de Arſz wer mick ſûſz all doeff ſchlagen/min Vaer vn mine Môme hadden mick ock vel toh leff dartho.

Phil. Ein *diſcreter* vnd gelahrter *Præceptor* weiſz die *Ingenia* beſſer zu *tractiren*.

H.P. Min *Præceptor* was likeſehr ein ſûnnerlick Mann / dar vel vanne holen ward/ vn ſe heten ôhne mit einem ſûnnerken Nahmen/ ſû/ ſû/ ſû / idt ligt mick vp der Lippen/ *Critiſi*, *Critiſi* heten ſe ôn.

Phil. Jch hôre wol / wo ihr hinauſz wollet / es were beſſer / man plagete die zarten *Ingenia* mit dergleichen dingen nicht/ lieſz es bey den alten vnd nohtwendigen *præceptis Grammaticalibus* bewenden / vnd klûgelte nicht alle ding ſo genaw/ wie die newen *Grammatollen*, deren ein jeder ein ſonderlich *Grammatic* ſchreiben/vnd ſich dadurch ein anſehen/ als ein Kûheflaen / auff einer Mûnchsplatten machen wil/ dadurch dann die Jugend nicht allein wird auffgehalten/ beſondern auch gar abgeſchrecket. Es iſt auch nicht gut / daſz die *Critici* der Wôrter *ſenſum* nach ihrem Kopff allemal deuten / dann darauſz iſt wol eher groſz Vnheil entſtanden.

Die Griechen vad Jtalianer legten nach Verfûhrung jhrer *Grammatiſten* das

Wort

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Wort *phos* auſz / daſz es anders nicht bedeutet als einen Menſchen / da es doch ſo wol auff ein Liecht als auff einen Menſchen verſtanden werden kan/dahero ſeyn ſie betrogen/ daſz jährlich dem *Saturno* ein Menſch iſt geopffert worden / da ſie doch mit einer brennenden Kertz oder Liecht hetten zukommen können / vnd ihren vermeinten Gott verſühnen. Ein Münch macht ihm einmahl ein Gewiſſen wieder die *Grammatic* zu ſündigen / vnd als er viel *hoſtien* hatte / *conſecriret* er *hæc ſunt corpora mea.*

H.P. Dat iſz meck ein wenig tho hoch / ick moth wedder vp min vörige kohmen/ Aſſe meck nu mine Olleren vth Harteleidt / dat meck wedderfohre / vth der Schole nehmen/kreg eck enen *Pædagogus*, de gaff tein Dahler des Jahrs Koſtgelt tho / do hadde eck gue Sake / de dorffte meck nich eenmal ſuer anſein / he hedde ſüſz ſpringen möhten. *Phil.* Sothane der Eltern Liebe iſt eine rechte Affen Liebe / welche ihre jungen offtmahls im küſſen erdrucken/ wie ihr auch auff ewren *Pædagogum* zu Hauſe was gewendet/ ſo habt ihr ihn gehabt/ zudem iſt es zehen mal beſſer / daſz die Knaben nicht zu hauſe / beſondern in öffentlicher Schulen vnterwieſen werden/dann darin ſehen ſie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſie/worin andere geſtraffet/was aber von jhnen gelobet / wird einer durch den andern gereitzet / vn wil ein jeglicher gerne von ſeinem *Præceptore* gelobet ſeyn. Bey den alten Römern ſtund es nicht in der Eltern Macht die Kinder daheimb zu behalten / vnd jhres gefallens zu ziehen/ beſondern muſten ſich von den *Cenſoribus* gebieten laſſen/ vnd nach deren gutachten jhre Kiuder zu einem oder andern aufferziehen/vnd abrichten laſſen.

H.P. Dar iß nu nich mehr van tho ſeggen/ hen iß hen / ick heffe Gott loff ſo vel/kan meck ane ſtödderent wol erhollen/ de *Poeten* vnne *Rhetoricen* ſind io doch ein hupen Beddelers vnne Schmeichelers/ dat heffe eck vaken ſülveſt ſeinen / wann ein vornehme Mann Hochtidt edder Kinnerdöpe helt/ edder ſtarfft/ wo denne de Kerls med öhren Beddelſcharteken vptogen komet.

Phil. O Hans Pumbſach / ich vermeinete euch auff einen andern weg zu führen / aber jhr beſſert euch wie ein alter Eſel vnnd junger Wolff/ derowegen/ iſt Hülffe vnd Vermahnung an euch verlohren.

H.P. Heffe eck meck doch wol eher ſeggen laten/ dot de hillige *Auguſtin* vnne *Hieronymus* de Poeterie Quackelie heten/ ſchöl-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

höllet / drüncke des Erdomes / vnne Spieſe des Düvels / vn heffe ock höret an enem Kerl / ſall *Demoſthenes* hetten / he ſeck ſülveſt beröhmet hefft / dat he mit ſiner Redenheit den Richter verföhrt hebbe / ock / ſo vaken aſſe he ſülveſt wolt / mit ſinen *Orations* twüſchen de *Athenern* vnne Philipſen Krieg edder Frede maket.

Phil. Wer *Poeſin* vnd *Rethoricam* nicht recht / vnd nur boßheit zu bekliſtern gebraucht / derſelbe iſt nicht zu loben / worhin auch von euch angezogener *Auguſtini* vnd *Hieronymi* Meinung gerichtet iſt / vnd anderſt nicht können verſtanden werden.

H. H. Wat ſind denn doch de Sternkikers ver Lüe / de meinet ſe ſind vth dem Hemmel fallen / vnd vſe Herre Gott hefft öhne de Sterne thotellt / leget lieke ſehr alle dage in der Weken / vnd den Sondag gevet ſe tho / want dann nich indrept / ſo behelpet ſe ſick damede / ſe maken de Calenners vnne vſe Herre Gott dat Wedder / wilt thokümſtige dinge *profencien*, vnne wetet nich / wat öhn im ogenblick ſülveſt wedderfahren kan. Eck heffe eenmal en Exempel hört / dat mit öhrem Heren dem Sternkiker ene Maget iß *ſtellatum* gahn / vnne aſſe de Here nam Hemel ſüth / falle he in en Aenpoel / do ſecht de Maget / wil gi weten Here wat am Hemmel

melſchüet / vnne wetet nich eenmal wat vor juwen Vöhten iß.

Phil. Von *Anaximene* wird ſolches geſagt / aber verachtet jhr doch ſolche Kunſt vnd wiſſenſchafft nicht / redet auch nicht ſo höniſch von derſelben / wann ihrs verſtehen köndtet / wolte ich euch wol berichten / was für ein ſtattlich ding darümb ſey. H.P. Jdt ſoll woll wat ſien.

Phil. Jhr könt nichts mehr / als alle freyen Künſte vernichten / vnd euch auff gut Pumbſäckiſch herfür thun.

H.P. Wo ſecht man jtzunder / de Mann iß gut Politiſch / wann he man rechtſchapen ſchmeichelen vnne gue Wort geven kan / ſeck ock kan anners anſtellen / aſſe he jdt meinede.

Phil. Ein blind Huen findet auch vnterweilen eine Erbſe / ſo gehets euch auch / es iſt wahr / daß ſolchs von manchen Politiſch genent wird / aber vnrecht / dann Politiſch ſeyn iſt zur anordnung einer guten Policey / oder zu erhaltung des gemeinen beſten geſchickt ſeyn vnn dienen.

H.P. Dat iſſet noch nich alle / wann eckt ſeggen dörffte / van deels gitzliken Papen / wo ſe levet / dat idt wol beter were / dat ſe nich ſtoddert hedden / dat dat ſpreckwort an öhnen war iß / de Gelehrden ſien de vorkehrden / aver eck will meck daran

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ran nichvergriepen / ſe ſch mitet enen vam Pregeſtoel.

Phil. Jch weiß wol / daß all ewer Pumbſäckiſcher Geiffer für dißmal auß⸗geſpeyet ſeyn muß / jhr könnet doch nicht halten / ſagt an / was mangelt euch dann auff dieſelbe. H.P. Jck löve juwe Hövet ſchöll woll voll Thorens lopen / ick wilt jück woll allene ſeggen / wend man de Papen nich wedder wieß wören / ſüß heffe ick den Düvel vpm Nacken / vnn wenn ſe mick denn vander Canſel wat affgevet / heffet ſe de Bahren bi ſiek / iß ſo ſcharp aſ⸗ſe ein Ribbe Jſern / dar darff ick öhne nichts wedder ſeggen.

Phil. Mich verlanget was das wer⸗den will.

H P. Ha / ſe möget jo ſo geren einen guen Drunck / aſſe ein anner / limet ock woll medde wann ſe dicke ſind / theet vn⸗nerwilen den Rock vth / vn ſegget : dar liegt de Pape / hier ſtait de Kerl / Wenn öhuen de Parkinner lange nichts verehret heffet / ſeiet ſe ſuer / makt Practiken / dat ſe wat krieget / biddet vmme Gelt wat over tho laten / wenn ſe idt denn weg heffet / dencket ſe vp nein betalen / maket enem wiß / man heffet öhne verehrt / ſegget Di⸗gratz darvor / wat ſchall man denn mit den Geſalveden des Heren anfangen / man mot ſe tho Frünnē beholen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Phil. Daß der dem Altar deinet/ auch davon erhalten wird/iſt der H. Schrifft gemeß/wann derowegen die Pfarrkinder freygebig gegen jhre Seelſorger ſeyn/ iſt billig vnd recht / daß auch die Prediger zun zeiten zu ehrlicher geſellſchafft gehen / kan ich nicht ſchelten / wans aber ſo hergienge/ wie ihr berichtet / ſtůnde es nicht zu loben / deſſen bin ich aber gewiß / daß manchem ſolches leid ſeyn wůrde/ Warumb nehmet ihr der Gelarten Vntugend ſo genawe in acht/vnd wollet jhre tugend/ vnd vieler Pfarherrn frömmikeit vnn geſchikligkeit nicht ſehen?

H.P. Wenn ein grot ſtůcke Drecks ſit vp einem ſchönen witten Klede / dat ſůht iderman/ vn ſtait na minem gutdůncken ſo aiſch/dat man der Schönheit des Kledes vergittet.

Phil. Ich muß bekennen/daß es wahr ſey/ darumb verantwortens dieſelbe/die alſo mit der einen Hand bawen / mit der andern ergerlich zerbrechen/ ich weiß aber dagegen viel gelahrter frommer Männer/denen ſolches mit Warh eit nicht kan nachgeredet werden.

H.P. Ja wann de Papen en weinig macht bekomet/fanget ſe einen hupen ſtriedes an vnner ſick ſůlveſt/ ſchrivet eine wedder den anneren / dar doch woll van

nöden

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

nöden were / dat men den Jeſuiters de Wenneken wöſcht.

Phil. Wo kompt ſoeche her? Welche ſolches thun / habens zu verantworten / vielen würde es leid ſeyn.

H. P. Weret dem nu nich beter / dat ſe nich ſo vel ſtoder vnne Gelt vortheret hedden? denn de nich ſo gar gelehre ſien / latet den liken Scheppel wol gan / averſt de anneren de des kibbelens wohnt ſien / vnne lehrt heffet / do de *Rami* vnne *Filippi* ſölken weſend hadden / dar de Haſeſche Balber van ſede / de wilt idt nich laten / darüm wolle eckt met dem Apoſtel Paulus holden / de ſchall jo am oede ſeggen / wol tho vel weten wil / den ſall men vth der Kercken ſtöten / aſſe einem wedderfahren iß / de annern Hebreiſche leren wolde / de droffte inner Stadt nich bliven,

Phil. Es muß ein jeder Prediger / bevorab zu dieſer Zeit / ſonderlich gelehrt ſeyn / allemahl wider die Wiederſacher ſich gebrauchen laſſen / vnd beſtehen konnen / fehlet ſein Mitbruder aber / ſolls billig nicht ſo groß gemacht / vnd jedem ins Maul genhan / beſonderen der Mitbruder Chriſtfreundlich erinnert / vnd einhelligkeit gehalten werden / weil aber dieſem zugegen

 gehan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

gehandelt wird/ iſt nicht die gelahrtigkei die vrſache/beſondern ein vnruhig gemüt welches bey guter *erudition* vbel dienet.

H.P. Eck moth nich tho vel van ſölcken Lüen ſchnacken/eck wolle nich geren/ dat mines Broers Söhne/ da eck erſt van ſede/ en Pape wöre /wann idt wor ſchlumpede/ dat he ſo wiet keme. *Phil.* warumb/ H.P. All dawumme / idt is vſem Geſchlechte tho ring.

Phil. O in welchen böſen Wahn ſtecket ihr / das *Studium Theologicum* vnd Predigampt iſt höher vnd würdiger/ denn alle *Studia* vnd *facultates*, derowegen ſich wol hohes Standes Perſonen dazu begeben/vnd jhr wollet ewer Pombſäckiſch Geſchlechte zu gůt achten.

H.P. Dar magget vmb ſien / wiel ſien Vaer Gelles tho vel hefft/ ſall he en Juriſte weren / averſt mit den geiſtliken ſaken nich tho donde hebben.

Phil. Warumb das?

H.P. Wann de Juriſten da vel brůens mede heffet/ ſo weret ſe gut Påpiſch.

Phil. Mit nichten / ich habe das Gegenſpiel *obſerviret*, vnd vielfeltig von andern gehöret vnd geleſen / daß vornehme Juriſten die beſtendigſte Evangeliſche Chriſten geweſen / aber wenn ſie nur halb gelahrt ſeyn / mit beforderung angeſehen werden/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

werden/ ſind ſie leichtlich verblendet. Ich vermercke ſo viel/ die Geiſtliehen werden ihren Kehrab von euch bekommen haben/ wen wolt ihr nun auff der Zungen dantzen laſſen/was dünckt euch bey den Juriſten? Denen werdet ihr ſo ſehr nicht zu widern ſeyn/ weil ihr gerne ſehet/ daß ewers Brudern Sohn ein ſolcher würde.

H.P. Ja mit mines Broers Söhne iß idt vel ein anners/ſien Vaer hefft Geldes tho vel/ vnne wann de eens dodt iß/ ſo hefft de Söhne Tegen vnne Meyerhöfe van öhme/ dar kan ſeck enes armen Mannes Söhne nich na richten/ dat de ock wolle en Juriſte edder Docter weren/ de blive bi ſinem Stanne.

Phil. Wen eines armen oder geringen Manes Sohn nach Ehren ſtrebt/thut er eben ſo recht als ein reicher/ derſolches thut/ vnd leſt es derſelbe ihm vielleicht ein beſſern ernſt ſeyn/als reicher Leute Kinder/wer wolte jnen das vergönnen? were ja ein vngeſchliffnes eſelsſtücke.

H.P. Daher kümpt idt averſt/dat der Docters ſo vele ſien. Vor jennen twintig Jahren weren gar wenig: Vnne in vſer Stadt weren twey/ averſt jtzunder ſien de Kerls ſo vel/datmener enen Docter kriegen kan/ aſſe enen Stroſchnier edder Lemenklicker.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Phil. Wor viel gelahrte ſeyn / gehets wol zu/ wie aber ſeyd jhr ſo vngehalten auff ſie / können ſie ſich etwa nicht ernehren / daß jhr von dem ewrigen etwas zuwenden müſſet.

H. P. Ja Peck vnne Pulver/eck wolle öhn öhren Hoffart helpen ſtärcken / Nen eck wet dat minge beter antholeggen.

Phil. So wendet doch eweren ſtachelichten wind vnd Naſewaſſerey auch auff was anders / die Leute werden wol acht haben/daß ſie nach Standes gebühr ehrlich außkommē/ denn ich habe noch keinen rechtſchaffenen *Doctorem* oder *Iuriſperitum* darben ſehen.

H.P. Ja/ ja/ wann de Weltverkehrers erſt van Vnverſteten komet / vnne wann ſe ock reens vnnerwilrn ſo ſtarck name Docter ruket / vnd ſchware darna gath/ſo helteter like ſehre al harde/eck heffet wol vernommen / dat ſe denne kume könet öne *Suppelcati* maken / edder ſüß wat/ dat thor Buren Brüerie höret.

Phil. Jch weiß etliche Exempel / daß junge *Advocaten* manchem altem/ welche vermeineten / ſie die Weißheit ſelbſt weren / mit *erudition* vnd geſchickligkeit eingetrieben haben/liegts derohalben am alten *Advocato* allzeit nicht/daß aber vnterweilen die jungen im anfang nicht ſo wol

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

fortkommē/daran haben die groſſe ſchuld welchen es gebühret/vnd den Proceß auf hohen Schulen nicht lehren / jedoch ob chon der anfang etwas ſchwer / können ſie dennoch / wenn fleiß angewendet wird / ihr auffenthalt haben / biß vnſer Herr Gott beſſer Glück giebet / daß ſie von euch vnd ewers gleichen kein Brodt leihen dürffen.

H.P. Hefft denn vſe HEre Gott mit den Juriſten ock wat tho donde.

Phil. Hans Pumbſach/ was ſagt ihr? Die Römiſche Weltliche Geſetze ſeyn in Gottes Wort / natürlichem vnd aller Volcker Rechte gegründet/ dannenhero rechtſchaffen Juriſten / Prediger der Weltlichen Gerechtigkeit/Väter der hohen Potentaten vnd Käyſere / welchen ſie vnd dem gantzen gemeinen beſten der geſtalt vorſtehen / daß ohne dieſelben kein keſtendiger Friede gemacht vnd erhalten / oder glücklicher Krieg kan geführet werden.

H.P. Ge möget jo verſtan / ſe ſtahet manchem voer/dat he kum ein Pennik im Büel beholt/ ſchrivet grote dicke Breve / latſche den düren noch betalen / ſegget einem woll tho/ſe willen de Sacke ballewinnen/ja ja/ vppet leſte hetter eine Vhle ſeren

Phil, Daß zun zeiten ſolch ding ſeltzam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

zugehe / vnd mancher ein geraumes ge- wiſſen habe / bezeuget die tägliche Erfah- rnng/es müſſen aber andere getrewe ehr- liche *Advocati* vnd auffrichtige Leut hier- unter nicht vermenget werden / daß auch die Partheyen vnd *Clienten* zun zeiten vmb Koſtſpildung kommen vnd auffge- halten werden / iſt jhnen offtmals ſelbſt zuzuſchreiben / dieweil ſie anders als ſich die ſache verhelt berichten / vnd alſo dem Richter vnd *advocato* einen blawen dunſt machen wollen / ſie aber endlich ſelber trifft. H.P. Ick moth mick vorſein/dat ick van den Lüen nicht tho vel köre/ ſe ple- gen einem ein *injurien* an den Hals tho ſchmiten/vn woll weit/ *Filomſus*, gi möch- ten derſülven Hare ock woll ſien. *Phil.* Meinent halber/ Hans Pumbſack/ habt jhr euch nichts zubefahren/ dann ich habe zuvor geſagt / vnd gnugſam verſtanden/ wer mit euch in Reden ſich einleſſet/ muß grobheit erdulden künnen. H.P. Wenn gi mick averſt mit der Groffheit meinet/ ſo doe gi mick vnrecht / denn ick wüſte nich dat ick jück en vnnetogen Wort ſegt hedde. *Phil.* Iſt nicht vom beſten / daß jhrs nicht wiſſet / ſonſten köntet ihr euch beſſern. H.P. Wat / beteren? Ick bin gut vor mick / Winter vn Somer/ aver einerley felt mick noch in / dat woll ick

thovörn

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

thovörn fraget heffen/wo kůmpt idt doch/
dat de nie affeſtegen Juriſten Burſſe ſick
latet gerne Hochgelehrte ſchellen/ gevet
ock ſůlveſt woll an/ dat öhr Titel ſo ma-
ket wert/ vn ſind jo noch nene Docters.

Phil. Das wird daher komen/ wenn
ſie gedencken bald *Doctores* oder *Licenti-
ati* zu werden/ ſo verirt ſie der *Titular* kü-
tzel eine zeitlang vorher/ ehe ſie zu *quali-
teten* vnd *digniteten* gelangen/ iſt aber ein
rechtes Gecksſtůcke.

H.P. Dat möget jo woll rechte Frö-
ripke ſin/ wenn ſe ſick vp Vnverſteten
mitme Wiefe nich heffet behenget/ wo
gaht ſe denn na den riken Mekens edder
Wetfruwens/ wilt alletidt vor anneren
Lůen/ ock anneren gelehrden/ den vortog
hebben/ krieget averſt vnnerwilen enen
Korff/ vnnerwile ſien de Lůe ſo dörlick/
vn gevet ön öhre Kinner/ wann ſe dar
nich vel bibringet.

Phil. Meinet jhr denn/ daß die Leute
vbel thun? Wenn einer heutiges tages
ſtudieret hat/ vnd ſeiner hand zu rahten
weiß/ ob er ſchon nicht viel hat/ mit dem
iſt ein ehrlich Weib ſehr wol daran/ offt-
mals beſſer/ als mit einem/ da ſie groß
Gelt mit erfreyet/ wie jetzunder viel
Exempel ſolches geben/ davon auch wol
wahr zu ſagen ſtůnde/ es bedencke einer

dieſen gefährlichen zuſtand / die werden jhn wol auff andere gedancken bringen.

H. P. Averſt van den Migen verſtennigen vnd näſeweiſen Lüen vp de dünnen / heffe wi noch nſch ſecht / wat hole gi doch van denen *Philomuſus*?

Phil. Pfui / welche nennet jhr alſo?

H. P. Ja gi ſchöllent wol övel weten / dat ſien de *Medicus*? *Phil.* Daß euch bald alles vbel beſtehe Hans Pumbſack / nun höre ich / daß kein einiger gelehrter / er ſey wer vnd in welcher *facultet* er wolle / von euch vnd ewers gleichen vngehechelt bleiben mag / was redet jhr mir? was ſolt jhr wol reden / wenn jhr mit ewer Pumbſäckiſcher Burß die köpße zuſamen ſtecket.

H. P. Wat ſall eck ehren? heffe wi doch ene ohle Fruwe in vſer Stadt / de kan beter *coreren* aſſe alle Docters edder Quackſalvers.

Phil. Es kan vnterweilen ein vngelahrter *Medicus* vnd ein alt Weib glück haben / aber ich wage es nicht mit jhnen / die herumb terminirende Storger oder Quackſalber verdienen den Nahmen eines *Medici* nicht. H. P. Eck heffet enmal ſeen / aſſe min Vaer kranck was / dat he leit dre *Medicus* halen / de ſchol den öhme helpen / ja aſſe ſe alle dre tho hope weren /

do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

do hadden ſe en *diſpeterent* wedder enen anneren/de ene was Hipocritiſch/ de anner Galliniſch/ dat wann min Vaer nich were kranck weſen/he were kranck woren/ he danckede ock Godde/ dat he örer wedder loß wort. *Phil.* Wenn es ſo hergehet/ ſolte ein geſunder wol kranck darůber werden/darumb iſt beſſer/er nehme einen darauß/ deme er ſeinen Leib vnd geſundheit vertrawen mag. H. P. Wann de nietbacken *Medicus* ock erſt ankomet / ſo ſind ſe even ſo hofferig/aſſe de/dar eck vorher van ſede/de enem den Hannel verdreyen kȯnet/fraget dar nich na/ datet en gemen Spreckwort iß / en niet *Medicus*, en nie Kerckhoff. Wenn de Krancten öne vnner den fůſten wegſtarffet/ſo ſegget ſe/ he heffe nich mehr leven wolt / he möhtet ock woranne freten heffen/ dat öhme verboen / ſo weret alletidt entſchůlli tho maken. *Phil.* Es iſt ein gefehrlich ding vmb einen *Medicum*, der ſich vnternimpt Patienten zu *reſtituiren*, verſtehet aber das Werck nicht/ vnter deſſen iſt die *Medicina* noch erfahrne *Medici* nicht zu verachten. H. P. Eck will meck den Kerls vnner de fůſte nich geven/ wanneket ichtens vmmegahn kan / will meck leverſt mit enem ſtůck van der Schincken vn Bratworſt *coreren*. *Phil.* So lang jhr euch da-

mit kuriren könaet / bedürffet jhr keines *Medici*.

H.P. Poß ſellement eck möchte den Hals vertören / *Filomſus* ſegget idt jo nich na / dann wann eck ſolle enmahl gefehrliken kranck weren / aſſe min Vaer was / vn eck möſte de Docters denne bruken / ſchollen ſe enem woll mit ener Welſchen ſoppen tho Hemmel ſchicken / dat iß meck like ſehr vngelegen / averſt wi ſien hier vör Flegelsdorp / wil gi medde innen kroeg gahn / vñe jück vör enen Groſſen edder ein par wat med tho gue dohn / dat ſteit jück fry / mine Meyers de weret jtzunner vppem Felle ſien / ſüß wolle eck jück darme hennemen.

Phil. Jch komme nicht nach Flegelsdorff / bin auch ewere *diſcurſus* ſatt vnd müde.

H.P. Holet meck averſt mine Schnaekerie ſo tho gue / idt iß nich böſe meinet / Nu guen Dag.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

DE
HANREITATE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

BARTHOLOMÆO ALE-
cthrochoræ Baroni Gallo,

Vt &

Omnibus Epiſtolam lecturis, vires & benedictionem P. Subjectiſſ.

SACERDOS CYBELES.

Literæ T. Illuſtr. ac Generoſ. Baro ad me exaratæ, licet oppido mihi jucundæ fuerint, neſcio tamen an plus lætitiæ ex illis, an vero ex communicatione laboris tui laudatiſſimi ad me pervenerit, de quo labore cum judicium meum, quamvis tantis operibus dijudicandis inconveniens, ut transſcriberem, huicque T. Illuſtr. Generoſitatis diſſertationi præfigerem, petieris, nefas duxi Illuſtr. Generoſitati tuæ hac in patre deeſſe, pro eo quod tenuitas mea feret. Sciat itaque Illuſtr: Generoſ. me cum ruminarem in toto terrarum orbe fequentiſſimam fieri Hanreitatem, omnibusque fere noſtro tempore perſuaſum eſſe, ſicut piſces in medio, ita mulieres eodem loco eſſe meliores, ſæpius valde admiratum fuiſſe, qui fieret, ut lucubrationibus & ſtudiis, vel in res ludicras (ad exemplum Ovidij, qui nucem & pulicem,

Hein-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Heinſii qui pediculum, Aliorumque qui res viles ac triobulares laudibus ornarunt) vel in res nimium graves & profundas collocatis, nemo unquam hactenus cogitationes ſuas jucundæ, utiliſſimæ, ac maxime neceſſariæ Hanreitatum materiæ impendere dignatus fuerit.

Quod dum à Tua Illuſtr. Generoſ. fit, ne ea laudem fere meretur ineffabilem, quod hoc modo miſeri illi homines edocentur & honeſtiorem quam hactenus ſoliti ſunt opinionem, de iis qui licite, & jure eos hanreizant, concipere, & ſimul ſtratagematibus ac technis, uxorum & amatorum illicite eos cucurbitantium, occurrere, nec demum ut hactenus poſt vulneratam cauſam remedium quærere. Nunc vero ad te lector benevole, cujus potiſſimum gratia hanc Epiſtolam publici juris eſſe volui, me converto, te admoneo, rogo & obteſtor, ut hunc diſcurſum, quem non ſolum multivaria cognitione refertum, ipſa lectione, verum etiam aliquando in praxi apprime utilem experieris, in pretio habeas, inque ſuccum & ſanguinem convertas. Non enim licet fortaſſis jam omnia videantur ſerena, eam continuo cogitationem ſubibis, quod præſens fortuna immutabilis immotoque loco conſtituta ſit, nec contra ſerenum turbido miſceri, melque felle temperari poſſit, ſiquidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

dem hoc rerum humanarum conditio varijs viciſsitudinibus ſubjecta non patitur. Quin tu potius cum præſentia hæc ad manum venerint, cogitabis, altaque tibi mente repoſtum manebit, variam ac mutabilem ſemper eſſe fœminam, in tantum, ut etiam ea quæ jam Penelope videbatur, mox in Quartillam aliquam tranſmutari poſsit, ex quo conſultum tibi erit in tempore remedium quærere, ut aliquando præter opinatum, occurrenti malo reſiſtere queas. Cogitabis denique L. B. non tibi ſoli te natum eſſe ſed & lege naturali amicis ad benefaciendum teneri, ut exinde non ſolum tibi habere merito debeas. Vale L B. & monita ex animo non fucato profecta boni conſule. Dabam in Dynaſtia tua & arce Frawenberg.

T. Illuſtr. Generoſ. devotus

Sacerdos Cybiles D. I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

DISPVTATIO
DE
HANREITATE.

Theſis
I.

TVrpe eſſe civi & Hanrejo jus Hanreitatis, in quo quotidie verſatur ignorare. *l. 2. §. ſervus 43. ff. de orig. Iur.* non minus ſcitum quam verum eſſe experientia ſatis innuit.

II. Hæc igitur ruminans, altius rem eam meditari cœpi, ſerio ratus cum *Pericle apud Thucid.* Nefas eſſe civi, ut curis obſtrictus rei privatæ publicam negligat.

III. Abſolutis itaque vulgatiſſimis diſputationibus, de pennaliſmo, beaniſmo, jure potandi, & peditu, qui patrum etſi ſeculo omnino fuerint incognitæ, per nos tamen publici juris factæ omnium iteruntur manibus. Iam nobis res erit cum mulieribus & Hanreitate, in cujus natura & proprietatibus rimandis ſtylus nobis potiſſimum occupabitur. Cumque hactenus à nullo unquam pertractata ſit hæc materia, nos, ne prorſus indicta maneat, poſteriori ſeculo, & in hac arte rudibus proſpicien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſpicientes (**Denn ich meine es gut/wolte gern einem jeden zu Weib vnd Kind helffen**) ea quæ per noſtram ætatem obſervavimus, propagemus plenius.

IV. Eximia inter dona quibus nos indignos, indigos tamen Deus cumulare dignatus eſt, non ultimum locum obtinet, erudita illa linguarum cognitio, aut ut aliis vocare libet, Philologia. Rectiſſime enim Epictetus ait: Principium παιδεύσεως eſſe vocum contemplationem, & *Cic. in top.* Verba eſſe rerum notas, quod & alibi paſſim. *Iul. Cæſ. Scal. inculcat*, præſertim *exercitat.* 325.*n.*9. nominum cognitionem referre plurimum ad rerum notionem. Vnde non ſolum Grammatici & Philoſophi, ſed etiam ICti vocum notationem quærunt, ut arguit *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. l. Senatus* 35, §. 1. *ff. de donat. pr. tit. Inſt. de teſtam. ad* §. 1. *inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.*

V. Nec igitur & nos pigeat, in nominis rationem indagare, certe ob legem methodi non aliter poſſumus: Et quamvis Hanreitatis vocabulum multis barbarum viſum fuerit, tamen ſi penitus magnum Donatum, Daſipodios, Lexica & opus Ælii gloſſatum de octo partibus orationis inſpicimus, inveniemus illud non tantum apud ſummæ famæ Oratores, verum etiam apud Poetas in uſu fuiſſe & etiamnum eſſe: ſic etiam neſcio quis.

Quis-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Quiſquis in uxorum ſe non accommodat artes
Hanrei miſeras cogitur ire vias.

Et alius ad maximum

Dicunt Hanrejum Maxime te pueri,

VI. Eſt itaque Hanreitatis vocabulum mere Germanicum, ſed in Latinitatem jam olim degeneravit, componitur teſte Daſipodio, Nizolilo & Aldo in phraſibus, ex antiquiſſimo vocabulo **Hån**, qui eſt Latinis gallus, Græcis *ἀλεκτρυὼν* & voce **Rein**/ quod Chorea ſive **Tantz**, quaſi dicas Galli choreus, noſtrates vocant **Hanrein** (ſic etiam eos vocat Speculum Saxonium *l.* 2. *art.*13 *in gloſſ.*) **geſchoſſene Geſellen**/ monte cuculos vocat *Alciatus l.*7. *Parerg. Iur. C.* 5. etiam **gedůldige Hanrein**, eos Saxones vocant *Nevizan. in ſilva nuptiali f.* 342. *l.*4. *n.*76. bonos viros, ab auctoribus paſſim vocantur cornuti, cornua enim gerunt ſatis manifeſta & conſpicua, extra pileum ſæpe protuberantia, & ne omnibus appareant, pileum, tametſi honeſtum virum prætereant, non detrahunt, & hoc eſt verum Hanreicæ gravitatis ſignum. Saxonibus tamen ſolis Hanreitatis vocabulum aſſcribitur, cum etiam aliis ejus uſus communis ſit. Conveniunt autem in hoc cum Gallis, quia licet Gallus proprias uxores habeat, quæ tamen etiam ab aliis viſitantur, ita & hi licet proprias uxores alant, ab iis etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

etiam alii admittuntur viri. Vlterius de nominatione vocabuli boni viri idem dicit *Nevizan.l.4.ſilv.nupt.n.76.pag.324.* Si dixero ad aliquem, tu es bonus vir, poteris me convenire actione injuriarum, quaſi uxor tua ſit adultera.

VII. In genere vero Hanreitas optime hic definiri poterit: *Hanreitas eſt paſſio & actio,* (eſt enim in utroque Prædicamento) *cum quis tenetur alteri uxorem ſuam, vel vice verſa maritum commodare, ob imprudentiam & impatientiam ad fallendum maritum* vel *uxorem apta & inventa.* Alii ita ex jure definiunt: *Hanreitatem nihil aliud eſſe, quam lachrymoſam admiſſionem in jus quod maritus habet l. 62. de R. I. 24. l. bonorum appellati ff. de V. S. l 3. §. hæreditatis. ff. de bonorum poſſeſſ.* liquet enim quam multum de jure ſuo remittere cogantur mariti, vel haud inconvenienter ex Iure definiri poteſt *Capitis deminutio* ſecundum legem 1. *& tt. & t. Inſt. de capitis deminut.*

VII. Definitionem recte ſequitur diſtributio, aut enim Hanreitas eſt voluntaria, aut non voluntaria; Hæc rurſus à Dd. dividitur in illam quæ fit lucri, neceſſitatis, vel amicitiæ causâ.

IX. Lucri causa eſt, cum maritus uxorem ſciens proſtituit, & alteri concedit.

Pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Procedit hoc ſæpe paupertatis cauſa, quæ multa excuſat *l. 7. ff. de excuſ. Hondorff. in prompt. exempl.* tale exemplum de Cardinale quodam alterius uxorem hanreizante refert. Etiam apud nobiles muſcovitas id obſervari atteſtatur *Petrus Petrejus in Chron. Muſc.* talis eſt propriæ fortunæ faber, cum non prohibere cum prohibet poteſt. *l. 109. ff. de Reg. Iur.* ſecundum naturam etiam eſt, ut qui commodum (videlicet uxorem) etiam onus, Hanreitatem ſcilicet, ſentiat *leg. 10. ff. eodem*; & volenti hac in parte non fit injuria. *l. 1. ff. de injuria.*

X. Ex Doctoribus nonnulli ſunt, qui ejusmodi maritum vocant lenonem, ſed perperam & nimis crudeliter, quilibet enim rerum ſuarum moderator eſt & arbiter, *l. 21. C. mand.* ſtylus tamen curiæ id ita obſervavit, à qua ſententia in praxi non eſt recedendum, quia communis error etiam jus facit *l. 3. Barbarius de off. prætor.* licet contraria de jure verior.

XI. Amicitiæ cauſa, ſic Cato Vticenſis uxorem ſuam Hortenſio conceſſit. *Plutarch in ejus vit. Strabo l. 11* . Alexander Magnus Apelli ſuavium ſuum & capitulum lepidiſſimum communicavit : *Curial. Aul. Caſtil. l. 1. f. 86.* Plato uxores, ut reliqua utenſilia & poſſeſſiones communes eſſe voluit, ut memorat *Guev. Hor. pr. f. 298.* & talem

morem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

morem apud Calecutios adhuc eſſe ſcribit *Munſter. Coſmogr. l.5. Ludovicus Vartum, in Itin.* idem habet' ſic & apud Tyrrhenos communia conjugia fuere, *referente Theo Pompo*, &c. quorum liberi ex communi fiſco nutriebantur *Kornm. in Monte Ven.* Romani cum ſatis liberorum habeant ex uxore illam alteri conceſſiſſe, ſcribit *Col. Rodig. l.13. c.17 & Amm. Marcell.* nobis mos iſte diſplicet, Græcorum acceptamus. Maritum duas habere debere uxores, ut ſi morbo vel puerperio detineretur una, altera domi eſſet, & munia domeſtica curaret, *Guev. Hor. Pr. f.298.*

XII. Neceſſaria eſt apud nobiles uſitatiſſima. Poſtremus enim univerſæ familiæ, quando hæredibus maſculis caret, & uxor ne opes vel feuda ad alium perveniant, metuit, robuſtum quendam Longolium ſive Naſianzenum (**Jedoch es liegt nicht allzeit an der gröſſe/den kleine Füchſe haben auch groſſe Schwäntze** / ut ait *Olor. in imper. mul.*) cæteris tamen paribus admittit, cujus virtute gravida facta ſibi perpetuam manſiönem conciliat, maritumque exhilarat, is enim nomina & inſignia ſua ſupereſſe cupit, &hic mos in ſcriptura fundatur, ut frater fratri ſemen ſuſcitet *Deut.25*. Neque hic Auguſtinum moramur, qui ſatius eſſe putat ſine liberis defungi, quã ex illicito coitu ſtirpem

quæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

quærere; ſed potius publica utilitas eſt ſpectanda, cum Reipublicæ multum interſit, ſtemmata vetuſta conſervari, multitudineque populi abundare *l. 6.§.2. de bonis damnat.* hoc & multis illuſtrat exemplis *Lath. de cenſu .l.3.cap.3.per t.* Imo decet bonum civem meminiſſe ejus quod poſt Tullium ICtus *Vlp. in l.1. §.15. ff. de vent. in poſſeſſ. mitten.* ſe patriæ natum eſſe. Quem ſecutus magnæ auctoritatis vir in Italia, qui cum ſterilem uxorem duxiſſet, hoc pro acquirenda prole cum illa conſilium init, ut aliena in thoro veſtigia admitteret, aſſentiente illa Germanus quidam nobilis ad fabulam agendam, ut qui eo loci literis incumbebat, occaſione commoda adducitur, qui haud multa moratus in id facile conſenſit, quodque ſuarum erat partium, gnaviter eſt exſecutus: Ideoque illla concepit, & filium perperit; unde factum eſt, ut poſtmodum fœcundiſſimam ſe præbeat marito Hoc cum vir animadverteret, ſuisque facultatibus inſtruere filios averet, illum autem primogenitum ſuum non eſſe ſciret, miſerum in Eccleſiaſticum ordinem detruſit; qui tamen ita profecit, ut brevi Epiſcopus, ac deinde Cardinalis, tandemque ne quid homini bene nato deeſſet, Papa crearetur. Sedens igitur, & Petri vices agens, matre à quam conſcientia ad penitentia urge-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

urgebat, ſit certior de vero patre ſuo. Huic cum Pontifex omnino gratiam referendam eſſe putaret, Romam eum citavit, eumque cum matre primum ab omnibus peccatis abſolvit, ac Cardinalem itemque Legatum à latere fecit. : Eſt autem hoc minime fabuloſum, ſed omnino vera hiſtoria, ut illius etiam prout eſt geſta, ſtirps ille, quæ etiamnum fieret, eſt conſcia. *Ioh. VVolff. tom.2. R. M.*

XIII. Cautum tamen volumus, ut quæ hoc facit, ignominiæ notam non incurrat, quia privatis commodis per publicam utilitatem derogatur *Argumento L. Lucius Titius ff. de evict. Cubach. cent.1. quæſt. miſc. dec.3. quæſt. 6.* ſive ſit uxor, ſive maritus, cum nihil interſit quis ſolvat, utrum ipſe quid debet, an alius pro eo, *princ. Inſt, quib. mod. toll. oblig.* etiam invito, *l.39 ff. de neg. geſt. Donell. 12. com. cap. 16.* ubi Hilliger *ſub nota* B. neque id omnibus concedi debet, ſed illis ſaltem qui ad hoc remedium tanquam ad ſacram anchoram confugiunt, quod enim ſit propter neceſſitatem, non debet in exemplum trahi *l. 26, de R. I.* eſt autem actio perſonalis, quæ perſonam non egreditur *tit. Inſt. I. G. N. & C.* nec ad alios tranſit *l. except. 7. ff. de except,* ſed adſtricta, quibus hoc Princeps indulſit, & cum iiſdem perſonis rurſus exſtinguitur *l. quia tale 13.*

ff. ſolut.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ff.ſolut. matr. l. in omnibus cauſ. 68. ff. de R.I.l. privilegia 190. ff. eod. l. uni. C. ſi incom. eademque cauſa, *l. ſordi 13. C. de excuſ. muner.*

XIV. Huc reſpexere Solon & Lycurgus, ut ſi quis ætate profectior, ac viribus impotentior, novenarium cum Ovidio, vel cum amico meo (quem honoris cauſa non nomino) decimum quintum numerum inſcendere non poſſe, huic integrum eſſet ex adoleſcentibus aliquem, quem tanto honore dignaretur deligere, qui Venere potentior, generoſo ſemine uterum impleret, modo quod naſceretur, non diceretur alienum, *notante Cornel. Agrip. in lib. Van. ſcient.* **Vnd ſolcher verdienet ein groß Gotesloħn**/ patriæque & amicis conſulit, nam memoria patris in filio conſervatur *Argum. l. liberos 229. ff. de V. S.* & quo longius generatio progreditur eo magis poſteritatem & familiam noſtram augeri videmus, propterea forſan Iul. Cæſ. omnium mulierum vir eſt appellatus, quod impotentiæ maritorum ſubvenerit. *Sueton. Caſ. cap. 51.*

XV. Quod ſi vero ab uno aut altero, cum quo concumbit, non concipiet, mittite illas ad Thermas Badenſes, & res erit in vado, de his Thermis ita Poggius Florentinus Leonhardo Aretino ſcribit: Nulla (in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

(inquit) in orbe terrarum balnea ad fœcunditatem mulierum magis accommodata eſſe: Innumerabilem multitudinem nobilium & ignobilium, ducenta millia paſſuum eo venire; non tam valetudinis, quam voluptatis cauſa. Omnes amatores, omnes procos, quibus in delitiis vita eſt poſita eo concurrere, ut fruantur rebus concupitis, multas fœminas corporum ſimulare ægritudines cum animo laborent, omnibus unam mentem eſſe triſtitiam fugare, quærere hilaritatem. Non de communi dividendo agere, ſed de communicando diviſa. Has ipſas Thermas *Aug. Busbeque. Ep.3.f.*138. conciliatrices amorum vocat. Faceſſant igitur rigidi illi & ſeveri Catones, qui odio plus quam Vatiniano balnea hæc proſequuntur. mihi iſte mos & conſuetudo promiſcuorum Lavacrorum perplacet, ætatemque aliquando, cum Argentorati ante 20. annos philoſophabar, in iis contrivi.

XVI. Quod ſi ſiniſtro quodam fato balnea iſta nihil proderunt, uxores ad Academias mitti poſſunt, ubi omnium facultatum Studioſi facilè rimabuntur ſterilitatis cauſas: Norunt n. plerunque morbos mulierum, præſertim Studioſi Medicinæ, quibus pro viva Anatome eſſe poſſunt, facilique labore ſterilitatem abigent, fœ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

cunditatemque provocabunt.

XVII. Non voluntarios vocamus illos, qui ſiccis oculis nequitiam uxorum aſpicere coguntur, cum propter impotentiam vel aliud vitium naturæ, quod tamen ipſis minime, ſed naturæ potius imputandum, uxorem in virga ferrea regere nequeunt, **kan ſie nit mit eyſern Fleiſchgabeln heimſuchen** repudiantur, & alius robuſtior admittitur (qui illam tanquam vas figuli confringere poteſt, **kan jhr/wie ein approbirter vnnd wolverſuchter Quacſalber den Staar ſtechen**) quique in id quod maritus habet, ex aſſe ſuccedit. Et hoc quidem optimo jure fieri quis dubitet? Nam matrimonium eſt conjunctio viri & uxoris, omniumque rerum communicatio *l. 1. de ritu nupt.* jam autem ubi nihil eſt in marito, ibi quoque nihil poteſt conjungi vel communicari. Nullius enim entis, nullæ ſunt qualitates: Ergo nec opus eſt tali caſu, ut uxor divortium petat. Nam quod ipſo jure nullum eſt, non opus habet reſciſſione *arg. l. 16. de pr. ff. de minorib.* Vxor n. cogi non debet, ut cohabitet cum peccati periculo, ſed libere alium aſſumere poteſt. Nec argumenta Connani quicquam faciunt hanc in rem, illa enim ſatis ſuperque refutantur à Beza *in Polygamia p. 91. cum ſeq.* neque hac in parte impotentia quam excipit, nihil

nam-

namque inter eſt, ſive id per incuriam vel debilitatem hominis cauſetur. Vxor enim ſemper & jure merito officii ſui obſervans eſt quod vult, ut accipiat acceptumque tueatur *l. quæritur* 14. §. 1. *ff. de Aedilit. Edict.*

XVIII. Recte talis cum Ovveno dicit:

Hanc ego mi uxorem duxi, tulit alter amorem.

omniumque quos ſol videt, eſt miſerrimus. Nam hoſtis non hoſtes domum ſuam intrare videt (licet, non ſemper ex propoſito, tamen ſæpe ex accidenti) ſuo ſangujne partis rebus alit, & ſe vivo in jus ſuccedi pati cogitur, magnæ tamen impotentiæ conſcius manu percutit pectus, animitus anhelat, nec tamen audet dicere, uxor quid facis? Eſt tanquam mancipium & ſervus, res domeſticas ſubire cogitur **Auffwaſchen/ der Kinder warten/ Bier vnd Wein hoſen/ denſelbigen einſchencken/** Ganymedem agere, &c. ut teſtatur *Sylv. Epiſt.* 165. *in deſcript. Vien.* interdum etiam peregre emittitur, ut debitoribus diem dicat. **Schuldt einfordern** / interea illæ deliteſcunt domi, amatoribusque diem dicunt, **laſſen ſich den Rock in die Falten ſtechen/ vnn die Paradißapffel von naſchenden Zitzenmelckern/ daß ſie nicht verfrieren / wol betaſten/** talem utorem habens miſerandam illam collectam ſæpius cantat: *A tali uxore libera me Domine.* Item: *Cupio diſſolvi.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

XIX. Hac lue inficiatus, quando ſtatus ſui mentionen audit Cornelius, mirabilia in ſuo cerebello facit, **ſihet ſo ſüß als ein Eſſigkrug / vnd ſo freundlich wie ein erſtochener Bock / ſo lieblich als wenn er ein Kind gefreſſen /** ſedet oculis in terram defixis, tacitus muſſitans, & adverſam ſuam fortunam deplorans ex *Iob. c.* 3. *v.* 11. *item c.* 16. *v.* 16. horam nativitatis incuſat, nuptiarumque diem, & interea furor & dolor ita illum metamorphorizat, ut putes eſſe parvos Diabolos, cor eorum palpitat in ventre, quaſi quis percuteret cum pugno, reſpondere præ anguſtia nihil poſſunt, & tanto magis, quia ipſos quotidie hujuſmodi crepicordia pati oportet, & tanquam pillulas amariſſimas abſorbere, clamat intra ſe ipſum. O tempora, ô mores, ô ſancta Maria, ô Sancti & ſanctæ de Paradiſo, liberate me ab ipſis tribulatoribus, ô terra, ô infernus aperite vos, & inglutite vivos illos Diabolos, qui me tam inceſſanter affligunt. in convivijs dicunt: ô Domine, ſine hoc convivium abire in feſtinatione, & ſine ulteriore vexatione, imo talia ſympoſia magis fugiunt, quam Diabolus (ut dicitur) crucem, aquam luſtralem & vetulam anoſam, pro forma tamen hilares ſe præbent, neque ullo modo triſtes videri volunt.

XX. In Luſitania herbam quandam, Dutroam

Dutroam nomine, habent, quam marito inſcio propinant, illoque præſente & apertis oculis ſpectante, verum fatuo riſu in mentis abalienationem conjecto, communi proverbio, horrenda illa cornua inſtruūt, nec is è ſomno excitatus, cujuſquam reminiſcitur, verum ſopore levi ſe correptum fuiſſe exiſtimat. Etſi autem Dutroæ uſus multis in locis prohibitus ſit, tamen, ut ipſimet etiam edictis, qui cavent ab uxoribus decepti eandem bibat plurimum. *Panirol. de nov. repert. l. 2. t. 1.*

XXI. Qanta igitur ſit mulierum in ludificandis maritis vafrities, ex hoc ſolo liquet, quod poſſint viſibiliter defraudare maritos, & ipſis præſentibus cum alio hanreiſare. Romana illa imperatrix, quæ Aulicum quendam amabat, quod cum Imperator reciſceret, fraudis plena, ut plerumque ſunt, aſtu maritum decepit, ſeque ſalvavit amatori ſuo id conſilium dans, ut ſi ſe & ipſam, morti furorique imperatoris eripere vellet, ſtulti habitu indutus in publica via ipſam oſcularetur & amplexaretur, quod factum tanquam à ſtulto non fuit reputatum, illa Hanreitatis rea juramento ſe purgavit, nullum alium præter Imperatorem & ſtultum illum ad oſcula admiſiſſe corporisque ſui particiſſe, *Korneman. in Syb. Tryg.* & *Er. Ioh. Pauli in libro qui*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

inſcribitur Schimpff vnd Ernſt, quod quoniam nos corrigere nequimus, aliis id remittimus, ſiquidem vigilantibus, non dormientibus *ſunt ll. ſcriptæ I.C. in l. pupill. ff. Quæ in grand. cred.*

XXII. Si vero Hanreitas apud uxores ita inveteravit, ut exſtirpari nequeat, Deo quem ſufficientem Hanreitas ultorem habet *l. 2. C. de reb. cred. Deut. 22. v. 23.* & bonis viris rem commendet, ſinatque eam hanreizare quantum velit, cogitet, ſe non ſolum huic morbo obnoxium, ſed illum per univerſum Orbem terrarum quam plurimos commaculaſſe. Videas tamen ne erga amicum uxoris ingrato nomine noteris, ſed ſimile fac & lutum luto purga, vicariique uxorem vel ſororem comprime, par pari referens. Excitamur namque ſimilibus ad ſimilia, & vim vi repellere omnes leges omniaque jura permittunt *l. ſed & partus ancill. Quod metus cauſa l. 4. l. ſcient. ad l. Aqu. l. liber homo ff. eod. l. 3. ff. de Iuſt. & Iur.* non repercutiendi, ſed ulciſcendi gratia, *l. 4. 5. ad l. Aquil.* & quidem ſimilibus armis ut hic fit, *d. l. 5. ad l. Aquil. & l. 3. §. cum igitur.*

Huc etiam, ut videtur reſpexit Scriptura Gen 8. qui ſanguinem humanum fundit, hujus ſanguis quoque fundetur, & *Ovid. l. 3. de Art.* ſic inſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

XXIII. Iudice me, fraus eſt conceſſa repellere fraude
Armaque in Hanreos ſumere jura ſinunt.

Nam cum damnum tuum tibi reficere liceat *l.61.ff.de R.I.* tu eodem jure quod in te ſtatuet, in illum utere *l.1. & 3.ff.quod quiſque.* Et Notum eſt, quod per quæ quis peccat per eadem puniri debeat, frangentique fidem fides rurſus frangi *cum proponas. C. de tranſact.* Præſumitur enim vicarium tuum raro cum propria uxore concumbere, quæ ſi mariti nequitiam, tuam miſeriam percipiet, libenter te admittet, ſtudebit enim reddere pares vices, *ut teſtatur Neviz. lib.4.num.79.* & quod communi proverbio dicitur: **Wann ihr man zerbricht Häfen/ ſo zerſchmeiſt ſie Töpff/** & non immerito; conditionem enim viri ſui ſequi tenetur, naturaque mulierum ad vindictam eſt admodum proclivis, & ſic paria delicta mutua compenſatione tolluntur, *l. 39. & ibi Bart.ff.ſolut.matrim. c.6.fin.c.x.de Adult. l.39.ff.de del.mal. l.57.ff. de contrah. emt:*

XXIV. Huc etiam pertinent egregii Neviz. verſus ad hanc noſtram materiam accommodati, quibus etiam ut ingratitudinis notam effugiamus ſerio mandat

Hæc tibi cum primum tunc tradita noveris arma
Qui tibi præſtiterit cornua, redde cito.
Ingrati nomen fugias ſi reddere poßis,
Et ſi non poteris reddere, redde cupe.

XXV. Tales caſus cum iu Italia (*teſte eod. Neviz. Sylv. Nupt. l.* 4. *n.* 53.) horum hominum feraciſſima ſæpe eveniant, tamen narrare ſuperſedeo. Videatur ſaltem *Ioh. Boccat. in Centonovell. part.* 2. in der 8. Tagreiſe *hiſt.* 8. *fol.* 100 Vbi amicus amici conjugem ſupra ciſtam, in qua alter jacuit, compreſſit, communem fortaſſis regulam obſervans, quod quisque juris alij in ſe coceſſit, ab alijs viciſſim poſtulabit, *p.tt.ff. Quod quiſque juris &c.* perpendite nunc, quid cordis ipſi miſero fuerit, cum talem tumultum audivit, putavit forſan cœlum corruere, ſtellasque cadere, vel Iovem cum Iunone rixas movere. Nam ſi verum fateamur, ubi audiuntur Hanreitates plures quam in Italia? Vbi viſuntur cornuti plures, quam Venetijs, ibi enim mercatores ultra anni ſolisque vias peregre profecti, inferiorem corporis partem, inſtrumento quodã ex ferro & chalybe confecto & Goſſypio artificioſè refecto circumdunt, & obſeratam relinquunt, ſed quam vanum hoc ſit, palam eſt;

Mus miſer eſt antro qui ſaltem clauditur uno.

Sie wiſſen mehr Löcher als eins / invitam namque mulierum cuſtodire, æque difficile eſt, quam in ferventi Sole publicum gregem obſervaſſe *Syl. in lb. de amore Eur. & Lucret*, & liceteas cuſtodiretis, non

ſecus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſecus ac Pater Acriſius ſuam Daneam, *quam turris ahenea*,

Robuſtæque fores, & vigilium canum
Excubiæ muniebant. *Hor. lib.* 2. *Od.* 16.

Imò Wann jhr ſie an die ſeite henget/ wie eine Fuhrmanstaſch/ conſilium tamen invenient, quo vos eludant. Certius namque eſt: ſi nullis repagulis clauderentur, fortaſſis fideliores eſſent, ſed ſi argum apponas, aut Atlantem cuſtodem conſtituas, erumpet tamen, & evadet. Maneat potius quilibet domi, ne longæ ipſius expectationis pertæſa, uti Clytemneſtra cum ſervis, qui tenentur operas Domini præſtare, ſe commiſceat. Den wenn jnen das Fleiſch hebt an zu jücken/ nehmen ſie was da iſt/ & ſecundum Berſmannum:

Non herbis hoc fit rigidus quas educat hortus,
Carne opus eſt illas ſi ſaturare velis.

Hinc etiam Dianira anxiè conqueritur, quod ob crebram mariti abſentiam eâ voluptate deſtituatur, quâ aliæ mulieres ſolerent oblectari, quâ ratione & viduam ſe nominat.

Vir mihi ſemper abeſt, & conjuge notior hoſpes,
Monſtraque terribiles perſequiturque feras.
Ipſa domo viduâ votis operoſa pudicis
Torqueor, infeſto ne vir ab hoſte cadat.

Videatur hic ulterius *Neviz. liber lib.* 4. *n.* 88. & quo ſæpius mariti proficiſcuntur, eò ſæpius uxores eorum obliviſcuntur, teſte *Salman. lib. de marit. fid.* *Quan-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Hoc ſecuta Helena Menelai uxor, quæ dum maritus abeſt.

——— *prorſus ne ſola jaceret,*
Hoſpitis eſt tepido nocte recepta ſinu.

Non omnes ſunt ut Fulv. Torquati uxor, quæ dum maritus in expedione Aſiatica annor. undecim abfuiſſet, à nemine unquam viſa fuit, ſed ſolitiaria & incluſa vixit, neque marem octenni majorem domum ſuam ingredi paſſa eſt, imo toto illo tempore nec vir, nec fæmina faciem illius detectam vidit, filiolos adhuc impuberes extra domum ad avos amandabat, ne filiorum ſalutandorum prætextu, (quæ ſalutatio hoc noſtro tempore ſolet eſſe valde frequens) alii domum ſuam ingrederentur juvenes *Guev Porol. Princip. lib.26.* Sed hodie uxores Picum, quibus ſalubre videtur cum Clericis hanreizare, **Iſt jhnen ſo gut als ein Cliſtier oder Funtenell/** ſimilis enim ſimilem procreat, & fortes creantur fortibus & bonis *Hor. l.4. Od.4.*) circa veſperam paſſim ad feneſtram ſtant, & eo perventum eſt, ut non ſolum proſpiciendi, ſed & garriendi & confabulandi gratia feneſtram pulvinis inſternant, & quando Amaſios ſuos ſtudioſos, qui eo modo cenſentur eis velle benedicere, *gloſſa in c. abſit* 11. *q.* 3. *per c. Srcipturis Diſt.* 96. præterire vident, alta voce clamant: **Wo hinauß Herr Jacobus/**

bus/das jhr nicht einmahl zu mir kompt/ wie iſt der Herr ſo gar ſtoltz worden/daß er arme Leut nicht mehr kennen wil/mein Mann iſt nach Franckfurt verreiſt / kompt in 14. Tagen nicht wider / kompt heinte zu Nacht zu mir vnd helfft mir die Laden zumachen. Et quis quæſo hodie ab uxore ſua obtineret, ut totis undecim annis fores non aperiret, cum res ipſa loquatur, ſi maritus unum diem fores claudi jubeat, totum illum diem uxoris clamoribus ædes fremituque reboare. Quod ſi vir precario autoritatem ſuam aliquatenus defendere conatur, ibi illa ſtat in acie, ſymbolumque cedo nulli, Wann der Mann ſeine Mund vffthut wie ein Poſaun/ſo hebt das Weib iren Peltz auff/ vnd leſt die faule Mette jhr Geſchütz weidlich brummen/ da fligen die Criminal kugeln/ das criminor te,& kratzenor à te, kōmen à criminibus ad crines, der Maß berufft ſich ad legem & teſtimonia, ſie aber ad temporis præſcriptionem,dominii uſurpationē & exempla ſecundum *Olor. in tr. Mal. Mul. fol.* 54. imo interdū evenit, daß ſie jre manner wol abſchlagen/& inſtar equitis ipſis inequitant.

XXVI Mirum igitur non eſt, eam conſuetudinem ad poſteros pedetentim eſſe propagatam : exempla nobis nec in ſacris deſunt. Abſalon enim proprium parentem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

2. *Sam. c.* 16. & Ruben. *Gen.* 35. *item c.* 49. itidem patrem hanreizavit. Et hiſtorici profani teſtantur, majores noſtros impune in caſis & exiguis ſtramineis ædibus artem hanc exercuiſſe. Nam ſecundum Iuvenal.

Antiquum & vetus eſt alienum poſthume lectum
Concutere, atque ſacri genium contemnere fulcri
Omne aliud crimen mox ferrea portulit ætas,
Viderunt primos argentea ſecula mœchos.

Et licet apud multas Gentes gravis pœna conſtituta erat Hanrificis, tamen Germanos ullam pœnam illis conſtituiſſe nullibi invenio. Apud Ægyptios illis virilia exſecabantur, alibi natibus amputabantur *Diodor. Sicul. lib.* 2. *Bibl. cap.* 3. *Martial. lib. Epigramm.* apud alios pilorum evulſione punibantur, pœna quidem ridiculoſa, ſed tamen ignominioſa quæ παρατιλμὸς dicebatur *Ariſtoph. in Nubib.* Videatur de aliarum gentium pœna *Tholoſ. in Syntag. Iur. lib.* 36. *cap.* 6.

XXVII. Hanc tabem Galliam etiam invaſiſſe audio, Scotiam itidem, & pœnitus totos diviſos orbe Britannos, & inde

Manſit apud Scotos indeclinabile cornu.

XXVIII. Apud Lithvanos patrio more mulieres unum pluresve, pro facultate mariti concubinos nutrire conſueverunt, qui negligente marito onera matrimonii ſubirent *Aeneas Syl. lib.* 4. *de dict. & fact. Alph. c.* 8. *idem Sylv. in tr. de Europ. St at.*

ſub.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſub Frid.3.c.50. & tales coadjurores nominarunt. Ehehelffer vt aſſerit *Munſter.lib.4. Coſmogr.* In Bohemia id etiam fieri audio, & idem ſcribit de Venetis fœminis *Nicol. Bellus rerum Politicarum Tom.3.f.596.* quod peregrinis valde delectentur, eorumque amorem officiis aut pretio immenſo, ſibi ſtudiose concilient.

XXIX. Quæritur hic, num quis dona pro Hanreitate aſſumere poſſit? Ex reſponſione Antonini Imp. qui etiam hac de quæſtione quid ſtatueret, conſultus; reſcripſit, & nos decidimus οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, id eſt, neque omnia, neque quovis tempore, neque ab omnibus *l.ſolent. 6. de offic. Proconſ. Politian. in miſcell cap. 95.* ſed in humanum eſt à nemine accipere, paſſim viliſſimum, omnia avariſſimum.

XXX. Tamen ut aliis placet, illi ſunt laude digni, qui â privatis & pauperibus nihil, ſed â magnis ablata, grata mente accipiunt, & licet vice miraculi ſit mulier cum donat *Bald.in f.l.Si à ſponſio 16.C.le donat. ant.Nupt. Tib. Decian. reſpenſ.37.num.7. vol.2.Phil.Mat.ad l.21.de R.I.Accurſ.in l. Neſenius de neg.geſt.* hac tamen in parte admodum largæ ſunt. Sed non ita pridem, magni nominis Politicus hac de quæſtione quid ſentiret in Comitiis Hanripolenſibus interrogatus, reſpondit: diſtinguendo inter

ea mu-

ea munera, quæ in laboris compenſationem, & inter ea, quæ honoris, & benevolentiæ causà dantur, illa quidem non adeo improbabat, quia infelix *Guev.* teſte, qui laboris non exſpectat præmium, & quilibet operarius ſua mercede dignus eſt, honeſtius tamen eſſe dicebat, ejuſmodi munera alto animo ſpernere, præſertim cum actus hic videtur eſſe commodatum, quod originem trahit ex amicitia & officio, tum contrarium eſt commodato & officio merces, gratuitum enim debet eſſe commodatum §. I*nſtit. quib. mod. re contrah.* tamen quicquid ſit, munera honeraria omnino aſſumenda putabat, multa ſiquidem inhoneſte accipiuntur, quæ inhoneſte petuntur, dicit ICtus *in l. 1. §. proinde ff. de Extraord. cognit.*

XXXI. Diximus th, ſuperiori à magnis oblata grata mente accipi deberet, poterit hic quæri, an etiam Magnates, qui ſunt Dii terreſtres, hoc infeſto & pudendo morbi genere afficiantur? Neminem adeo hoſpitem in hiſtoria eſſe credo, qui hæc ignoret. Habebat Vulcanus ſuam Venerem, quæ etiam extra oleas & vineas vagari ſolebat, Fridericus Barbaroſſa Adelneidam filiam Marchionis de Vohiburg uxorem ſuam in foro Conſtantienſi repudiavit. Ottonis *de S. Blaſio appendix.* Andreæ regi

Nea-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Neapolitano erat Iohanna, quæ maritum ludo Veneris imparem, ſtrangulari fecit, quemlibet robuſtum & cum longo naſo longum ex eo penem augurans ad ſe accerſebat. Antonio fuit Cleopatra, quæ ſumto cucullo in lupanari proſtibulo, 106. virorum concubitus pertulit, in tantum enim ut profeſſa eſt, in tentigine rigidæ vulvæ erat accenſa, quod â lupanari quidem, ſed non ſatiata receſſit, teſtante ipſo Antonio in *Epiſt. ad Q. Soran. de incont. libid. Cleop. Regin.* Imperatori Claudio erat Meſſalma cujus virtutes *Tacit. lib.* 11. *Plin.* 10. *c.* 62. *& Suet. invit. Claud.* refert. Hæc Lyciſſæ Scorti nomen mentita, lupanar ingreſſa, & ex congreſſu 25. virorum palmam ſibi vendicabat, & ſecundum Poetam:

Laſſata viris nondum ſatiata receßit.

Pompejus habebat Martiam, Agamemnon Clytemneſtram, Cæſar Pompejam. Otto III. Imper. Mariam Arragoniam *appendix aurel.* Vict. Sigiſmundus Imp. Barbaram Ciliam, illa cum ſuperos & inferos eſſe negaret interitumque vitæ & corporis ſtatueret, vitam omnem cenſuit inanem, quæ non coitu, luxu, libidine contineretur, quapropter ultro viros in ſuum complexum invitabat, *Lehman. in Chron. Spir. Bonfin. rer. Vngar. lib.* 7. *Dec.* 3. *Syl. in paral. Alph. lib.* 3. *c.* 5, *Cuſpin. in Sigiſm.* Recte tamen

ut pru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ut prudentes cenſent, artem arte deluſit, nam *Munſt. in Coſmog. teſte.* ſoll der Keyſer eben in dem Spittal kranck geweſen ſeyn. Amonino pio Principi laudabili erat Fauſtina, portentoſæ libidinis mulier, quæ, ut *Suid. & Guev.* volunt, etiam maritum vario modo fallebat, hæc gladiatorem quendam adeo impenſe amabat, ut ad ſedandam fœminæ libidinem Chaldæi gladiatorem interficerent, eique ejus ſanguinem bibendum propinarent, *Kornm. in mont. Vener. cap* 51. ubi & ipſius monumentum, quod Fauſtina amatori fecit, recenſetur.

XXXII. Vt illi qui viduas ducunt, matrimonia habent plena litium, jurgiorum & diſcordiarum, ita etiam ſeni juvenculam ducere nequaquam convenit, quam miſera enim ſenum maritorum vita & conditio ſit, ex graviſſimis autoribus liquet. *Iuvenale* enim annuente:

> —— *Coitus jam longa oblivio, vel ſi*
> *Coneris, jacet exiguus cum ramice nervus.*
> *Et quamvis tota palpetur nocte, jacebit.*

Et quam turpe ſit ſenibus amare, *Ovidius* aſſerit:

> *Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.*

Nihil namque faciunt, præterquam dormiunt, jacent in lecto ſicut pigri Epimenides, ſtertunt usque ad medium diem, & quando

uxores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

uxores illos digito titillant, ut debitum reddant, & idem per idem ſolvant, ſine me dormire, ajunt, quid vis? quæ hæc ſtultitia? **Bethet ein Vatter vnſer davor / iſt wol ſo gut.** Illa vero inſtat minis & precibus, **Ja / ja /** inquit, **köndt jhr dann nicht? Schemt euch / viel wort füllen den Sack nicht / es muß Fleiſch da ſeyn / das Ding friſt kein Heu / leſt ſich mit worten nit abſpeiſen / wolt jhr nit / ſo muß es ein ander thun /** Cunnus caret auribus, &c.

XXXIII. Et hoc Romani bene ſciebant, conjugia ſenibus adimendo, quod teſtatur *l.27.C.de nupt.* Ex qua ſenibus ejuſmodi, qui jam alterum pedem in cymba Charontis habent *l. Pap. & Iul.* matrimonium ob metum hanreitatis interdictum olim fuiſſe apparet. Vos n. ſenes, qui jam jam de ponte eſtis dejiciendi, vel Ceorum & Sardorum more alias interficiendi *Ælian.lib.3.cap.36.item lib.4.cap.1.* ut bello ob ſenectutem eſtis inidonei, ita ad veneris ſeptum atque palæſtram minus apti. Nam aſſeverante Virg. *lib.3.Georg.*

Frigidus in Venerem ſenior, fruſtraque laborum
Ingratum trahit, & ſi quando ad prælia ventum eſt
Vt quondam in ſtipulis magnis ſine viribus ignis
Incaſſum furit.

Admoneo vos itaque amicos, credite mihi Veneris Sacerdoti fere emerito, ſi famæ

veſtræ conſultum vultis, neque ſenes veſtros cum ignominia deducere ad ſepulchrum, cavete vobis à Iuvenculis, ſi enim illis non ſatis fit devotibus, & carnibus, cornib. rem ulciſcuntur, & adibunt alium, qui formabit duos clavos in una calida, ut loquitur Barbat. *in c. prudent. de offic. de ligib. N. 19.* Cumque etiam civiliter quaſi mortui, parum valituri eſtis in illo Veneris campo, propter veſtram, quæ in vobis dominatur, nimiam ſiccitatem & frigiditatem, nec ut decet fundum uxorium colere & arare poteſtis. **Und ob der Geiſt willig wer/ iſt doch das Fleiſch ſchwach. Zudem ſind ſie auch ſo unbeſcheiden** / ut idem contra bonam fidem bis exigant *l. 50. ff. de R. I.* **auch wider ewren willen.**

Infelix, cui torpet hebes; ille puellæ
Quo pariter debent, fœmina virique frui.

Dormite igitur ſoli, non poteſtis amplius practicare textum *in l. foramen §. doce ancillam ff. de vent. inſpic.*

Ponite vos gladios hebetes, pugnetur acutis

Licet n. quandoque bonus vir faciat quaſi vellet, non tamen hoc ſufficit, multo minus contenta erit illo cujuſda Senecionis facto, de quo Poeta:

Uxoris cubito cubitum conjungit Alanus,
Et ſolet hunc dulcem dicere concubitum.
Namque ſatisfieri recupit illa ſibi.

Mandate potius Achili veſtro emortuo, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

intra pelliculam & ſtationem ſuam ſe contineat, quæratque primum ex Horatio.

——Quid ferre recuſent
Quid valeant humeri.

Dicite cum eodem *lib.3.Od.26*

Vixi puellis nuper idoneus,
Nunc arma defunctumque bello
Et militavi non ſine gloria.
Dactylon hic paries habebit.

Nolite ſperare oſculis illas fore contentas, dicunt, **Küſſen ſey nur ein abwiſchen.**

Cum facie abluta tollunnur & oſcula ſputo.

Non curant excuſationes veſtras & rithmum:

Ob ich gleich bin ein alter Mann/
So kombts mir doch zun zeiten an.

Imo etiam leges civiles permittunt uxori, ſi vir debitum non reddat, ad alios ſe convertere *c. Si tu abſtines* 27. *quæſt*. 2. qui n. occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur, *l. qui occidet* §. *in hac ad l. Aquil.* Melius itaque eſt in tempore occurrere, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere *l.ult C de curat.furioſ.* Quod ſi mihi non credetis, veſtræ fortunæ ipſi fabri extiteritis, & ſibi quilibet id imputabit; non attendite Ciceronis illud, quod juvenculæ ſenectutem alant, adoleſcentiam oblectent, ſecundas res ornent, in adverſis ſolatium præbeant; domi delectent, non impediant foris, pernoctent nobiſcum; ſed

potius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

potius *Gnev. in Horol. Pr lib. 2. c. 11.* Quin inquit: Neque attitillationem carni, uxoribus eſſe fidendum, neque de juvenibus bene ſperandum. Cicero fortaſſe hoc non intelligebat, nam cum pruritu Venereo laborabat, Corneliam (quæ ipſi Cornelium adimebat) Metelli Scipionis filiam ducebat, ob quam tamen omnibns fabula extitit.

XXXIV. Occurrit hic, quo nomine ſit indigitanda uxor, quæ à marito impotente ſic exagitur, Dd. variant; Nos illam vocamus uno verbo Vxorem vacantem: Nam ut Eccleſia vacare dicitur, & ſine Epiſcopo eſſe: quæ inutilem & inidoneum habet, *cap. 2. §. ſed neque iſtud. de transl. Epiſ- Gloſſ. ibid. in verbo* inutilem, *Iaſ. in l. fin. n. 3. ff. de off. ejus cui mandat. juris.* ſic & virum nullum, & vacare dicitur uxor, quæ inutilem habet *Gloſſ. in l. fin. in verbo* Orbitatis *C. ad l. Fab. de plag. Alc. in l. malum §. viduam ff. de V. S. Cavarr. pract. quæſt. cap, 7. l. 5. ff. ad l. Iul. de vi pub.*

XXXV. Fideliter etiam omnes patriotas ſenes admoneo, ut ſibi diligenter caveant ab illis, quos vulgus vocat Studioſos ſive **Studenten**, adeo enim rapax eſt hoc genus hominum; & ita veſtræ ſaluti inſidiatur ut fidem omnem exſuperet, circumeunt vos ut rugientes leones, occaſionemque quærunt, qua veſtras mulieres impune

pune poſſint hanreizare, illis nihil reſiſtit, tam humaniter, tam amice ſe gerunt, ut putares eſſe parvos angelos, cum revera ſint meri Diaboli, in pellibus ovinis ad vos veniunt, intrinſecus vero ſunt lupi rapaces. **Sie zerbrechen den Hafen/ vnd laſſen euch die Scherben außlecken**/ ſæpe ad templa non quidem orandi gratia veniunt, ſed uxores veſtras, quæ in uno tertio cum illis conveniunt, ſpectent & videant, nutibusque vel geſticulationibus amorem ſuum illis patefaciant. Et ſi caveæ illas includeretis ut Tamerlanus Rex Scytharum Bajazetem Regem Turcarum *Munſt. Coſm. l. 4. Leonslav. lib. 9. & 7.* vix ab harum Harpyarum incurſu eſſent ſecuræ. Quilibet itaque ſenex pix aureum hunc verſum in frontiſpicium domus ſuæ ſcribit?

Wer ſein Hauß wil halten keuſch und rein
Laß kein Studenten vnd Taubn hinein.

Didicerunt enim ex Terentio ſtudioſi, *quod non ſit vitium adoloſcentem ſcortari*, & ex Euripide, quod inimicus ſit mulieri ſenex vir, cumque authoritatem Dd. habeant, eo minus ſe peccare putant, libentiusque id faciunt. Quando ex accidenti videtis illos domum veſtram introeuntes, ſcitote, quod non orent Pater noſter, *Bald. in l. nat. ff. de probant.* Nam Veneri Studioſos eſſe deditos ex eo patet, etiamſi in domum condu-

ctam

ctam meretricum ducant, non tamen poſſint inde expelli, cum locator debuiſſet prius conſiderare, quod Studioſus non viveret caſtus, *Bl. in l. ædem. C. locat. Alber. in l. non aliter ff. de Vſu & Habit. Petr. Rebuf. in comment. ad Auth. habitam C. ne fil propat. & de privilegiis Univerſ. priv.* 1. & 2. mihi ſi tale quid ab uxore cujuſdam Picis obveniret, ambabus ulnis acceptarem, etiamſi præ Zelotypia, quæ eſt teſte Ariſtotele ſenum propria, malorum ſuorum refrigerium, mortem nempe provocando ſibi ipſi precaretur, cujus rei exempla non deſunt.

XXXVI. Quod ſi videtis ſiniſtræ famæ mulieres domos veſtras intrantes, **ſo gedenckt/ daß das Ende nahe ſey /** & quod de veſtro corio jam ludatur, ſolent enim eſſe juvenum Mercurij, **Poſtboren/ Poſtilion/** veſtræ famæ inſidiatrices, & quantum poſſunt, alias reddere ſibi ſimiles ſatagunt. Interdum etiam, niſi mentitur ampliſſ. Laudiſman quod tamen de tali viro non dictum volo, incitantur à proprijs ſororibus & ancillis ad exercendum erga bonos maritos infidelitatem *in. conſil. de diſcend. Exot ling. f.* 44. expellite itaque illas, vobisque & uxoribus veſtris conſulite, ne poſtea cum Euripide dicere cogantur: *Malarum fœminarum introitus me perdiderunt, quæ mihi loquentes hos blande perſuaſerunt ſermones.*

Abſtra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

XXXVII. Abſtrahite etiam uxores ab illis hominibus: qui in verbis ſpurci, **die gern ſchandiren / oder die mit den Sáwen zu Marckt gehn** Corrupunt enim veſtras conjuges, laſciviam & Hanreitatē cauſantur, unde & Romulus legibus cavit, ut quicunque in præſentia mulierum uſus fuiſſet ſermone laſcivo, non ſecus ac homicida puniretur, & etiamnum de jure noſtro 15.§. 16.17.18.25.*ff.de in jur.§.injuria,1.Inſtitut. de injur. Franciſc. de Platea in tr. reſtit.* edicto injuriarum tenetur, qui frequenter appellat, & aſſectatur, coram fœmina utitur turpibus verbis, vel abducit comitem, vel proponit, aut cantat aliquid, quod ejus pudorem lædat, quales ſunt cantiones ſequentes: **Een alt Wieff by dem Fyer ſatt verborgen**; Item **Marſchellen / Marſchellen / dartho een Brandewein** &c. Item: **Cirum Pfefferkorn / Die** Etc. **ſpilet auff dem Jágerhorn/der Danſchwengel auff der Trummel/ die Brúderle tanzen herumb/** & id generis aliæ infinitæ.

XXXVIII. Spurcitiem verborum & laſcivos ſermones ſequitur pictura, quid illa efficere poſſit, Terentianus ille Chærea ſatis innuit, Terent. *in Eunuch. act.3.Scen.* 5.Et *Propert.lib.2.Eleg.* Hanreitatis origine obſcœnis piccturis attribuit, quandoquidem has intuentes in libidinis cogitationes ruant.

Qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Quæ manus obſcœnas depinxit prima tabellas.
Et poſuit caſta turpia viſa domo.
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos ,
Nequitiæque ſuæ noluit eſſe rudes.

Et ab Æliano refertur de juvene quodam Athenienſe, qui ob adamatam fortunæ effigiem , quam tamen emere prohibebatur, expirarit. Hinc merito Ariſtot. publicam pœnam ſtatuit pictoribus, qui talia proponunt, quibus libido inflammatur, & Hanreitas propagatur, vide ulterius *Saml. de fid. Marit.*

XXXIX. Convivia & ſpectacula publica, qualia ſunt **Abendtäntz/ Hochzeiten/ Comödien** / &c. quodammodo Hanreitatem dilatare ſolent , *arg l. 2. C. de Repub.* Hoc cum ſuo dedecore expertus Imper. Aurelius, cujus uxor Fauſtina invito marito ſpectaculis quotidie intererat , teſte *Guev. Horolog. Princ.* hanc ne Imper. offenderet, Amaſios ipſius ad ſumma officia promovit; benignior certe P. Sempronio Sopho qui uxorem, quod ludis interfuiſſet, repudiavit, *Valer. Max. lib. 6. cap.* 3 & idem de Q. Antiſtio ſcribit , quod uxorem cum libertino ſaltem colloquentem in publico repudiaverit. Maluit videlicet vir ſeverus initiis ſuſpicionum ſubvenire, quam perfectum ſcelus vindicare. Et huc reſpexit Ovidius Veneris ille Triumuir :

Ludi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

—— *Ludi quoque ſemina præbent*
Nequitiæ.

Sublatis namque ſpectaculis, choreæ incipiuntur, **da muß der pucklichte Harffen Peter auff ſeyn.** Hic cum illis libere loqui licet, palpitare, oſcula, baſia & ſuavia figere, mordicus detractis caligis & nudato capite delambere, hic divaricatis tibiis artificiose bibitur **Arſchkerbeabier** / ex bona charitate in fraternitatem, & ſororitatem, Hic incertarum eſſe ſolemus manuum, **hier gibts blinde Griff** / interdum etiam **ein züchtigen Ehrengriff** / easque ſursum versum in omnes angulos inſerere & immittere in more habemus, & frequenter tanquam oves erramus, præſertim ſi lumina intercidant ad latebras, ubi liberiuſcule omnia ſine periculo peragi poſſunt, confugimus, ubi ut Virgil. *lib.* 1. *Æneid.*

—— *Cythera crinitus Iopas*
Perſonat, humana docuit quæ maximus Adam.

Quod ſi non ſaltatur, vel bibitur, etiam præſente marito ſicca & inani tuſſicula Ehum Ehum, oculorum nictu, ſcalturitione pedum, compreſſione & tactu manuum, quæ ſolet eſſe fallax, *Dodus contra Strigas Char.* 26. *Neviz. l, n.* 76. propinatione poculi, furtiva oculorum luxuriantium mollitie, vel aliis indiciis affectum ſuum declarant (videatur hic *Eleg.* 4. *Amor, lib.* 1. ad quam

X omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

omnes amando utpote hiſce temporibus apprime utilem & neceſſariam) Interdum maritus ab Amatore inebriatur, ita, ut neque oculus, neque pes ſuo officio fungi poſſit, domum deducitur, quem uxor, ne forſan cadat, comitari vult; attamen precibus emollita manet, benedictionemque expectat, quâ ſi commode ob præſentiam aliorum imperiri non poteſt, ad ædes lotricum & netricum (Bey denen gemeiniglich die Ehre auff gläſern Stelzen gehet) ſe conferunt, ubi actio de communi dividundo intenditur, per quam corporaliter fit rerum diviſio *l. 2. h. t.* Cui adhæret actio de in rem verſo.

XL. Nonnunquam tubicinibus præeuntibus, uxor ab amatore domum deducitur, vix crapulum concoxit, ſurgit de lecto maritus, & uxorem excipit, affert bellaria, poma, pyra, nuces.

Caſtaniæ molles & preſſi copia lactis.

Ficus, mala punica, perſica, Ceraſa, ſaccarum panem S. Marci. confectum, ſeù, ut ille vocat, defectum Mangelkern (quæ tantum differunt ut cauſa & effectus) omnis generis; Caſeum & ſi illibenter uxor videat, quia

——— *Abbreviat ſocium diligit illa.*

Tamen ne amorem ſuum prodat, clanculum ipſius eſum ipſi deſuadet, vel etiam aperte

aperte, quod nimium officiat valetudini, propter difficilem concoctionem, **ſey zu Nacht vngeſundt.** Euge bone Cornute, ita ſunt excipiendi hoſpites, ita tui rivales, affer vinum, infunde, ſalta, & talem te gere, qualem te volunt. Scriptum eſt enim: Hanrei eſtote ſubditi amicis uxorum veſtrarum, & nolite murmurare contra eos, quia modici temporis afflictio transfert vos in diuturnam requiem, & cum bona gratia bellaria veſtra promite, nam hilarem datorem diligit Deus.

XLI. Tandem cum tempus diſcedendi videtur, hoſpes hoſpitem ad poſticum comitatur, ut maneat, rogat, ſatis adhuc ſupereſſe temporis: ille ſe excuſat, alio tempore reverſurum ſe ait. Hoc facto illius domus arctius obſidetur, quam olim Carthago à Scipionibus, tũ circuambulant rivales, unius ejuſdemque rei conſortes, feneſtras inſpectant, parietes tranſcendunt, ad fores excubant, per tranſennas ſolicitant, tegulas dejiciunt (teſte *Cornel. Agrip. de van. ſcient*) angulos obſident dicteria ſcribunt, **machen Bulenlider** ejuſmodi ſunt. **Grůß euch Gott mein edle Tock / wie gar wol gefalt jhr mir / rc.** Item **Es iſt ein elend ſach / vmb ein verdåchtig Weib /** citharas pulſant **Heckerling vnnd Haberſtroh /** cantionem Gratiani, & alias innumeras aſtutias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

excogitant, quæ omnia in pulchritudinem tuæ uxoris, tanquam ſcopum diriguntur, ad tui vero redundant opprobrium & dedecus. Quod ſi parum majeſtatem tueri conatur maritus, **fåhrt auff als ein Furtz im Bad** / quam me putas, ego credo te me meretricem exiſtimare, amicis & cognitis meis illa dicam, ſi aliquid in animo haberem, te revera ſpectatorem non apponerem &c. Quid vero ille, ſeipſum & horam Nativitatis incuſat, hoſpiti nuper ſuo & uxori omnia dira precatur; interim tamen nutrivit murem in pera, ſerpentem in gremio, ignem in ſinu, ut ait *Neviz.*

XLII. Quæritur hic non abs re, an poſſet uxorem repudiare maritus, ſi forſan Amatorem cum ea ludentem invenit? quem luſum *Lombarda lib. 2. tit.* 54. *l. ſi quis à modo*, interpretatur manuum in ſinum inmiſſionem (**Handſchuch machen** noſtrates vocant) aut ad pectus ejus, vel alium ad locum, unde turpe eſſe poſſit, *referente gloſſ. in verb. luſerat. ub. etiam Hottom. & Cujac. Sensbec. p.* 12. *num.* 241. *Moz. ex quib. cauſ. feud. amitt. num.* 54. Etiam ſi ſe invicem oſculantes videret, & in oſculo exemplum turpis luſus ponunt. *Menoch. de arbitrar. jud. qu. libro* 2. *caſu* 267. *& Boreh. cad.* 8. *de feud. num.* 28. *Roſenth. cap.* 19. *concluſ.* 54. In hoc errore etiam verſatur *Nevizan.*

Sylv.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Sylv. Nupt.l.4.num.78. & Thomas Cant. Oſcula quintam viam ad amorem vocat. Nos vero illis contradicimus, omneſque prædictos in totum refutamus; requiritur enim, ut in ipſo actu, & in rebus Veneris, ſeu, ut Solon & Draco dixerunt, ἐν τῷ ἔργῳ deprehendantur, ſeu, ut Plautus ait, corpus corpori incubarit, *Act.4.Scen.in Amphitr. vel ut Lucian. in Eun.* cum reperiri habet membra in membris mulieris, *Vlpian.* in ipſa turpitudine, *in l. quod ait Lex 29. ad Leg. Iul. de Adulter.* Verum apage illos cum rigido judicio, ablegentur ad Garamantas, Indos, & Æthnæos Fratres, quibus in ferendis Carbonibus uſui eſſe poſſunt.

XLIII. Arceat quilibet Bonus Vir uxorem à Lectione Amadiſæi, Ovidij de Arte amandi, Eurioli & Lucretiæ, **Garten** ſocietatis, Equitis Ponti, Calmi, Baptiſtæ de campo fragoſo, præſertim vero fugiat Iohannis Bocatij Librum, quem Cento Novellarum inſcripſit. Hic.n.magno interſtitio cæteris poſt ſe relictis, æternum nomen ſibi comparavit; hoc n.lecto, & Theoriæ fundamentis feliciter jactis, quam feliciſſime exercere praxin poſſunt, nihil aliud ſunt, quam callidiſſima Hanrificorum ſtratagemata & Strophæ, & nulla unquam fœmina fuit, quæ non ejuſmodi lectionibus & hiſtorijs ad furorem adacta fuerit,

quia in illis miſcetur utile dulci ?

XLIV. Evenit etiam interdum, ut viri & mulieres uno curru, unaque navi vehantur, num id illælæ pudicitiæ uxor ſine detrimento verecundiæ facere poſſit, etiam ſi marito, ſe nihil quod labem aut maculam afferat, vitæ honeſtæ facere velle, promittat, non immerito quæritur?

XLV. A Politicis quibuſdam affirmatur. exemplis forſitan viam monſtrantibus, verum cum exempla exiguam vim probationis habeant, *teſte Ramo lib.2. Dial. cap.32.* nos id aperte negamus authoritate Vlpiani apud Labeonem *l.15.§.appell.ff.de injur.* ubi dicit, quod omnis generis hominibus terantur viæ, quia pretio, donis, illecebrisque nec non vi Hanreitatem expetant; Sic Dina *Gen.34.* & Angla illa, de qua *Sylv.Epiſt.15.* peregrinatrices fructus uberrime protulerunt, & Comicis frequenter peregrinationes ſiniſtræ ſunt famæ: nam bene ſciunt, abſente fele, ſaltare mures. Imo in peregrinationibus adeo fiunt applicabiles, ſubjectibiles, tractabiles & Kuſſibiles, ut Theologiæ Studioſis pro cathedra quam conſcendant, Iuriſtis pro pulpito, cui corpus imponant, & Medicis pro vivæ Anatomiæ ſubjecto, ac denique nemini non inſerviant.

XLVI. Promiſſionem, de qua theſ. 44. quod attinet, ſervari ea non poteſt, utpote

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

quæ eſt de genere impoſſibilium, quorum obligatio nulla *l. impoſſ. 1. 5. ff. de R. I.* Quod vero ſit impoſſibilis non ſolum ex prædictis verum etiam exinde liquet, quod in peregrinationibus pro inſolito non habetur, ut cum ventum eſt in diverſorium, peregrinantes propter multitudinem hoſpitum & penuriã lectorum promiſcuo concubitu uti de neceſſitate cogantur; quia vero neceſſitas lege caret, *l. 1. ff. de offic. Proconſ.* quis adeo durus erit, hoc caſu propter pericula innumera non miſereatur. *l. ult. C. qui pot. in pign. hab.*

XLVII. Potiores hæ ſunt meo judicio cauſæ hanreitatem progenerantes, quod ſi adhuc aliquas omiſimus, eas in diſſertationis hujus ſecunda aditione plenius proponemus. Habet quidem & recenſet nonnullas alias cauſas Liber, qui inſcribitur **Land ſtörtzer**, ſed eas ſcientes prætermiſimus.

XLVIII. Mercatores ſi forſan timent extravagari uxores, quando alio abirem legant *Albert. Mag. de Mirab. Mund. Corn. Agr. de occulta Philoſ. l. 1. cap. 46.* & librum, qui inſcribitur: Bellum Veneris conjugale, ubi recenſentur varia remedia utenda, ne uxor cum alio coire poſſit.

XLIX. Quam miſera itaque & dolenda ſit Hãrcjorũ conditio, ex parte jam audivimus, tamen non ita pridem à Doctore quodam,

Gallo intellexi, multos eo proceſſiſſe, ut cum talibus hominibus fraternitatem & ſingularem amicitiam ineant, prætendentes damna, quæ quis ſua culpa ſentit, non videri ſentire *l.103.ff.de R.I* quod cum audivi, obſtupui & vox faucibus hæſit, exiſtimans, in univerſo mundo nullos eſſe, qui horum amicitiam ambiant, tamen ab eodem Doctore melius edoctus animum recepi; & iram, quam de his conceperam, paulatim demiſi. Quæritur hic igitur; Num quis ſine detrimento honoris amicitiam cum Cornuto contrahere poſſit? Diſtinguitur hac in parte cum Philoſopho in opere Nicomachico *l.*8.3. inter amicitiam utilem & amicitiam veram. Quod hanc poſteriorem amicitiæ ſpeciem attinet, quia in ea requiritur Amor intenſiſſimus, qui inter plures amatorem, uxorem & maritum ſimul eſſe non poteſt *Aeiſt.Et.hic.9.c.8.Theoph.Gob.in comment.ad d.c.* merito in ea hoc negandum putamus. Quod vero attinet amicitiam utilem, ex qua Amator commodum & emolumentum ſperat, & ei lucri quid à Cornuto obvenit, recte eum facere dicimus; non enim in fraternitatem, ſed in ſpem lucri bibiſſe intelligitur, quia propter quod unumquodque tale eſt, id magis eſt tale, nec culpandus ob id contrahens talem amicitiam, quod velit exinde lucrum captare; nam

re; nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

re;nam ſecundum naturam eſt,ut qui onus, dem & commodum ſentiat *l.20.ff.de.R.I.* & non ferendi, qui lucrum amplectuntur, onus autem ei annexum fugiunt, ut Iuſtin. loquitur *l. un.C.de Cad. toll.* ejusque perſonæ factum quis præſtare tenetur, ex qua lucrum capit, *l.5.ff.de R.I.* Sed cavete vobis chariſſimi Pices, latet anguis in herba, **der ewre Weiber möcht in die Verſe ſtechen / daß ſie auff den Rücken fallen/** neſcitis ex veterum Hiſtoricorum ſcriptis, multos cornutis abblanditos fuiſſe, non niſi ob uxorem; & quando talia ſigna videtis, cogitate, quod veſtro ſtomacho magnum immineat malum: nam qui plus ſolito vobis abblanditur, aut vos jam decepit, aut mox decepturus eſt, ait Gvazzus. Etenim non omnis qui dicit Pax vobis, quaſi columba audiendus eſt, ſed commune proverbium potius attendendum: Qui vult adulterare uxorem, prius adulteret ipſius Maritum.

L. Quam magnum igitur ſit onus, Cornutum fratrem habere, ICti & Politici paſſim teſtantur, à quibus infames judicantur, & in bene conſtituta Repub. non tolerandi. Licet quidem jure Naturæ omnes æquales ſimus *l.32.de R.I.* tamen jure civili homo homini præſtat; nam bella ſunt exorta Hanreitatis, & captivitates ſecutæ, *tit.2. Inſt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

eodemque jure proprie non poteſt dici Homo, ſed improprie & late ſumta ſignificatione, eodem modo, quo Maniaci, Phrenetici & ſtulti Homines dicuntur; æquiparatur Servo, nec habet perſonam ſtandi in judicio. *l.12. ff.d. R.I.* & nulla eſt cum ipſis actio, nec cadit in eum obligatio, *l. 22. ff. eod.* Iure Prætorio pro nullis habentur, *l. quod attinet. de R.I. l.1. de jure de lib. l. nullo ad l. Corn. l. de falſ. & in l. Aquil.* pecudibus comparantur, mortuisque ſimiles ſunt.

LI. Magnus tamen Politicus rigidam eorum & inhumanam, qui Hanrejos è Republica exturbare conantur, ſententiam averſatus, hiſce conditionibus eos tolerandos eſſe putat, 1. tanquam ſpeculum humanæ imbecilllitatis & fragilitatis 2. ut neminem inficiant, 3. ne ad publica officia, intellige dignitatem Senatoriam vel Conſularem admittantur. Patet enim, illis omnium dignitatum portas eſſe præcluſas *l.2. C. de dign.* 4. ne ad officia militaria promoveantur, nam neque bello forte hoc genus hominum, nec fide conſtans, nec Diis amicum eſt. 5. ut in publicis conviviis, ut ſunt Nuptiæ, & ut Brunſvvigæ & alibi Gûldbier infundant, einſchencken. 6. ne in cæmiteriis, vel aliis locis, ubi honeſti ſepeliri ſolent, ſepeliantur, infamia enim eos ſemper comitatur. 7. ut certo ſigno ab aliis diſcer-

diſcernantur : Intereſt euim Reipubl. tales homines noviſſe, ut malum ſuo tempore exſcindatur, ne latius vagetur, cum conſtet, unam ovem ſcabioſam totum poſſe inficere gregem.

LII. At ſi Cornutus ſit duræ & pertinacis cervicis, duriori quoque cuneo opus eſt, vique cogendus, aut in exilium mittendus. Publica namque ſalus requirit & vult, pœnas ſuum ſortiri exitum *l. ſancimus C. de pæn.l.ita vulner.ff.ad l.Aquil.*

LIII. Nolite igitur his amicis credere, niſi vultis decipi, neve exiſtimate, talem amicitiam hiſce temporibus primum eſſe inventam, ſiquidem ea Romæ ſuperioribus ſeculis fuit frequens. Inquit Ovid. *lib.*1. *de arte am.*

Cognatum fratremque cave, fidemque ſodalem.
Præbebit veros hæc tibi turba metus.

Videatur ulterius totus liber, ut & Nevizanus *Sylv nupt.l.*4.*n.*86. uxores enim & mariti amicis tacite ſibi gratulantur, & ne illis humanitate cedere videantur, corpus & animum propenſiſſimum offerunt, quod recte practicavit Helena, quæ à marito in mandatis habebat, ut curæ ſibi eſſet Troicus hoſpes, *Ovid.in epiſt.Horoid.* illa marito, ut decebat, morem geſſit, & ne aliquid intermitteret, prorſus cum illo abibat.

LIV. Interdũ, quando nunc ita amicitia eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

incepta, marito abſente, ne familiaritas intercidat, advocatur, ad bonorum collationẽ invitatur, corporis fœminei cuſtos conſtituitur, **Gebrauchen ſie zur Guardy vnd Leybs notturfft.** Etiam à maritis uxoris cura aliquando demandatur, ut illam adeat, in abſentia conſoletur & erigat. Væ tamen homini, cui ſoli commiſſa eſt mulieris cuſtodia, quia ſi ceciderit, quis eſt qui erigit illam *c. in omnib. diſt.*81, *c. illud c.*7.*q.*1.

LV. Quæritur hic non ſine cauſa; An alterius uxori cuſtodiendæ quis nocte dieque adeſſe cogatur? Negat id *Nov.*134. *c.*9. Verum nos contrarium aſſerimus. Valde enim eſt periculoſum ſolum dormire, præſertim ſexui fœmineo, propter Lemures, Spectra noctuna, Incubos, à quibus valde infeſtantur, qui timidum muliercularum animum facile conſternere poſſunt Adhæc, ex nimia ſolitudine oritur Melancholia, quæ difficulter curari poteſt, & ſecundum nonnullos eam ut proprium corpus defendere tenetur: qui enim cuſtodiendam accipit rem, ſane ejus rei cuſtodiam exactam præſtare tenetur, nec ſufficit tantam adhibuiſſe diligentiam, quantam ſuis rebus adhibere ſolitus §.2. *Inſt. tit. quib. mod. contr.* Bene etiam illud mariti ſciunt, quod quilibet fideliter talem rem cuſtodit, nec hac in parte conſcientiam ſuam quis gravare vult

ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſed omnia, quæ ad ſalvam conſcientiam retinendam faciunt, facit.

LVI. Multæ fœminæ inveniuntur, quibus talis conſuetudo innata eſt, ut ne unam noctem ſolæ dormire poſſint, nec illud ullo modo evelli & eradicari poteſt: qui vero id fiat, nos latet, ſiquidem non omnium rerum ratio reddi poteſt, *l. non omnium ff. de Legibus.* præter quod dicimus, talem conſuetudinem iis eſſe alteram naturam, & propterea

Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.

LVII. Circa hoc tamen eſtote providi, ut hanreizetis in occulto, ne habeatis mercedem veſtram in propatulo. Vitam enim qui in in amoribus agit, os habeat obſeratum oportet, *Guev. Hor. Princ. l. 2. c. 12.* **Man muß ſchweigen / wenn einem Barmhertzigkeit widerfahren iſt.** Facile enim contingere poſſet, ut te repudiato alter admittatur.

LVIII. Apud antiquos Germanos mos fuit, ut rebellionis ſiue conſpirationis in Imperatorem Rom. Rei, canem ſcabioſum, ſpectantibus omnibus Proceribus Imperii, ignominiosè in dorſo geſtarent. *Spang. in Chron. Mansſ. Cranz, l. 3. Sax. c. 15. Kirch. in rep. diſp. 12. Coron. 4. ad lit. B. Pantal. in Proſ. pogr. par. 2. in Prid. Barb. Videatur etiam Meimbom, in Sleid. de 4. ſummis im-*

per.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

per. ſub Frid. I. It. Gunth Intereſſet Reip. ut ſingulis diebus feſtis, ſpectante univerſo populo duo cornua cervina capite geſtaret Cornutus.

LIX. Quæritur: An quis cum Sponſa nondum ad Maritum deducta hanreitatem committere dicatur? Quidam negant, Nos affirmamus *arg. l. 13. §. 3. ad l. Iul. de adult.* Siquidem nuptias non concubitus ſeu conſenſus facit *l. 30. ff. de R. I.* & verbum ſi quis tam virgines, quam maritas complectitur, ut facit *l. 1. de V. S.* Concedimus quidem, quod uxor Domini non ſit, ut eſt textus *l. 12. ff. de ritu Nupt.* uxor tamen eſſe intelligitur in his, quæ ad ejus honeſtatem pertinent, & non Nuptiæ duntaxat, verum etiam ſpes nuptiarum violari non debet, inquiunt Divi Severus & Antoninus *in l. ſi uxor 13. §. 3. ff. ad l. Iul. de Adult.* & quam quis animo ſibi copulavit, licet eandem nondum carnaliter cognoverit. **Iſt noch nicht mit der ledern Feil drüber geweſen/** tamen ipſius uxor eſt, & Sponſus æque ac maritus ſubjectum Patiens & Bonus Vir diceretur. Et quis ignorat cingendum haberi pro cincto, moribundum pro mortuo, condemnandum pro condemnato, Sponſam copulandam pro copulata, repudiandam pro repudiata *l. penult. ubi 8. art. ff. de mi lit. teſt. & in l. divortium. §.*

inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

interdum. & *ibid. Iaſ. n.* 15. & 16. *ff. ſolut matrim. Gæd. de V. S. ad l.* 12. *n.* 15. Alij diſtingunt, h. l. inter ſponſalia de futuro & præſenti, ut faciunt Canoniſtæ *in c. pen. ff. de Sponſal.* quam tamen diſtinctionem uſus fori hodierni non obſervat, ut notat *Treutl. de nupt. th.* 1.

LX. An ſi quis viduam, cum qua marito vivo conſueverat, poſt obitum mariti convenit, dicendumne & ſentiendum, eum Hanreizationis actum repetere? Negamus, ſiquidem illam conſolandi gratia adit, qui acceſſus non eſt improbandus, ſed potius propagandus; Homo enim homini Deus, non Lupus, & talis amicus conſolator eſt medicamentum vitæ, *Aug. de Civ. Dei*, & quam facile tenerrimum hoc genus hominum conſolationum, & omnis humani conſilij inops aliquid mali contrahere, quod deinde per clariſſimos Medicos difficulter evelli, & eradicari poſſet. Conſolamini igitur amicas, conſolamini; Exigit etenim id Chriſtiana Charitas, Fides & dilectio, ſiquidem non bonum eſt hominem vivere ſolum: ſi non in continenti, tamen poſt aliquod tempus conſolationũ fructus habebitis uberrimos, **Es muß ein ſchlimmer Wirth ſeyn/der einem eine zech nicht borgẽ kõnte.** Quod differtur non auffertur.

LXI, Me quod attinet, uxores delambant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

tiant, oſculentur alii, mihi virgines magis placent, genus hominum primarium, quod in ſtatu innocentiæ conſtans permanſit. Quid enim dulcius, quid jucundius, quid gratioſius, puris & illibatis virginibus? Econtra quid ſibi vult mulier nigris digniſſima barris. Itaque parcite Matronis, & debellate Puellas, & cum Hor. *l.*1, *Sat.*2. Deſine Matronas ſectarier. Verum quot Capita, tot Senſus, cuique ut caput eſt, ita Pileus.

LXII. Caveat ſibi quilibet, ne ducat Aulicam. **Denn ſie pflegen gemeiniglich mit zerbrochen Geſchirren zu jubilieren.** Moneo harum ſectatores, ne ſemper amabiles ſperent, neſcii auræ fallacis, nec nimium ipſis fidant, ſed mucronem alio vertant.

Hoffmägd/Badmägd/ Huren vnd Ammen
Gehörn zuſammen in einen Stammen.

Tot n. & tam multi Equites, & Domicelli virginum clauſtris & theſauris latronum more inſidiantur, **Wil jederman an jhnen zu Ritter werden**/partim vi, partim lenociniis verborum amorem extorquent, & cum puellulis iſtis

(*Non ſit quæ lanas molliat apta manus.*)

His ſaltem de rebus colloquuntur, quæ ad amorem faciunt, tantos obſcenos ſermones proferunt, quibus ipſum Platonem ex infernis producere poſſent, **da ſpart man**

beyderſeits der Ehren / vnd behelfft ſich alleweil des ſcandirens. Ibi prudens & ætate confecta Gynæcei Magiſtra(a Iove principium) à quot olim Procis ſit adamata narrat, quibus muneribus dignata, quibus blanditijs ambita. Hæc de eo loquitur quem amat, altera de illo ægre ſilet, quem odit. Hæc enarrat, quot munuſcula ab Amatore acceperit, quot gemmas, quot monilia, quot catenulas extorſerit, quot ſtrophiola, quot baſia illa reddiderit. Alia commemorat ſingulari quodam dicendi lepore, quoties nuper cum hoc vel illo collocata fuerit: O, inquit, was jhr mir ſaget/ da gedenck ich mein Lebtag wol daran. Iſt er nicht ſo fromb / ich wolt wol bey jhm ſchlaffen / er ſolt mir nichts thun. Hæc illius ſermonem interrumpit, & de Comædijs, Tragœdijs incipit, quisque melius ſuam perſonam expreſſerit, facete dijudicat. Tandem diſceſsa Gynæcei Magiſtra Pamphilus adeſt, qui Glicerium ſuam bene abſolvit. Hiſce ſermonib tempus terunt, loquelis dies fallunt, & quæcunque dicunt, cum aliarum admiratione dicere putant.

LXIII. Si recte conſiderabitis internum non externum Aulicarum habitum, invenietis ſub formoſis iſtis pellibus turpiſſima monſtra latere. Memores enim aulicarum delitiarum, earum non obliviſcuntur, & qua,

ut ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ut verum fateamur, fidelitate & integritate maritis puram virginitatem afferant, notum eſt, ubi ſperant ſe in Angliam profecturos, in Hollandiam pelluntur. O quanto dolore miſer maritus afficitur? O quoties cogitur legere Matthiam de afflictis, dum ille legit Iohannem in Extravagantibus, ferenda omnia, diſſimulandę hanreitates, & patiendi faſtus. Quod ſi maritus Extravagationes prohibere velit, incipit ſtomachari illa & rixari, **wirfft mit Schelmen vnd Dieben vmb ſich / ſonderlich wenn ſie Margaretha heiſt / derer ſieben den Teuffel die Höllen zu eng machen.**

Margarides ſeptem ſpoliaſſe feruntur Avernum.

Interdum cum amatoribus paciſcuntur, ut Maritum bene contuſum & communibus impenſis delumbatum remittant, quoque injuriam ſibi factam ulciſcantur & vindicent, eas adamare occipiant, quos anteà nihil pendebant. *Cirial. Aul. Caſtell. l.3.f. 268. Vnde Ovid lib.2.de Art. Aman.* non immerito de ira fœminarum ſic ait.

Sed neque fulvus Aper media tam ſævus in ira eſt
Fulmineo rapidus dum rotat ore canes
Fœmina quam. Et Baldus cenſet, nullam iram eſſe ſupra iram mulieris. *in l. ſi apud C. de Revoc. & Donat.*

LXIV. Inveniuntur etiam multi, qui commodatam Principi uxorem ſibimetipſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

tacite gratulantur, & ob hoc ipſius gratiam aucupari ſtudent. Hic ob commodatam domino uxorem fit Secretarius, ille Senator, hic Comes & iiſdem artib. à Pontificib. & Cardinalibus multi præpinguia venantur officia, uxoresque ob id non immerito ſuperbiunt, quarum radiis maritus fulgeat. Item, ſe illas eſſe quarum amore Princeps gaudeat, dicunt nullam ex domini hanreizatione fieri impudicam, earumque maritos, qui ineptis Hirci videri poſſent, ita excellere aureis cornibus, ut dignitate cuncto anteeant. *Paul. Iov. in vita Galleacij Sfortiq.* & à prudentibus nulla alia compendioſior via ad honores adipiſcendos, quam hæc ipſa habetur. Exemplo luculentiſſimo nobis erit Hiſtoria Euryali ab Enea Sylvio conſcripta. Videatur hic ulterius *Eeviz. l, 4. n. 82.*

LXV. Optime etiam maritos fallere norunt uxores hoſpitum, **Gaſtgeberin**. Hæ enim ex tam variis peregrinantibus unum atque alterum admittunt, quod teſtatum facit **Landſtörtzer** *cap.* 52. Habent enim neminem quem timeant, quia nemo in uno loco diu moratur.

LXVI. Quæritur hic; Num id facere conveniat? Rationem dubitandi movent Politici, qui peregrini, inquiunt, eſſe officiũ nihil præter quod ſui eſt muneris agere, nihil de alio inquirere, minimeque in alterius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

meſſem falcem immittere. Ajunt n. eſſe pacis publicæ turbationem, cujus pœna ſit Bannum. Alii aliter ſuam ſententiam probare nituntur, exemplo Macrini, qui ob ſtupratam vi hoſpitam, diro mortis genere duos milites affecit, ut Capitulinus refert. Nos diſtinguimus inter id, quod fit licite, & inter id, quod fit coacte. Hoſpita niſi ad concubitum nos invitat, omnino illi obtemperandum; ſuſcipit enim nos, fovet, cibat, & omnia præſtat quæ poteſt. Nos igitur decebit, ut favorem compenſemus & duplicemus, fortunamque quæ ſeſe offert, non omnino deſpiciamus & fugiamus. Tale diverſorium olim fuit Antvverpiæ **zun tauſend mitteln/** in quo nihil, quod ad voluptatem tum corporis tum animi fecit, defuit, **Und da der Wirth ein Hanrey iſt / ziehen die Gäſte gerne ein.** Deinde ſi aliquid ſupererit, ſi triorches eris, ancillæ paululum potes communicare, ut illa etiam habeat, quo tui reminiſcatur. Fontes n. tui deriventur foras.

LXVII. Quæritur hic ulterius; An ſi quis in ipſo hanreitatis actu deprehenſus ab uxoris marito poſſit occidi? Cum *Thoſol. Synt. Iur. l. 36. c. 6. n. 7.* id negamus; in foro conſcientiæ non licet occidere adulterum, aut uxorem adulteram marito. *Can. inter hæc juncta gloſſ. & can. admonere* 33.

quæſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

quæſt. 2. quia ſoli judici licet occidere, ſeu principi, qui habet jus gladii *can. cum homo c. homicidium* 33. *q.* 5. *Rom.* 13. tum etiam mulier non præſumitur id malo fine agere: Nam cum uxor cupiat fieri Mater, *l.* 2. *C. de indict. vid. toll.* credunt hoc procedere culpa Mariti, & ex mutatione maſculi ſe poſſe concipere ſobolem; vel ſi Maritus ob impotentiam fortaſsè liberis caret, multisque laboribus & muneribus eſt obnoxius, illa ſibi & marito conſulens, quendam admittit, cujus ope gravida facta maritum exhilarat, & ab omnibus oneribus immunem reddit. Sic onus tutelæ poteſt recuſari tum propter cauſas quasdam ſpeciales alias, tum etiam plerunque propter liberos, ut ait Iuſtin. Imperat. In *princ. Inſt. de excuſat. tut.* & *ICtus Modeſt. in l. excuſat. n.* 8. Gothfr. ſingulariter notat propter liberos procreatos hoc ſummi favoris exemplum introductum eſſe, Hinc Lex Papia præmium patribus propoſuit, ut fortiter militent, & ob 5. liberos ſuſceptos immunitas dabatur collectarum, qui liberos non habeant, pendebant pœnam *ex l. Pap.* Imo hoc olim tam ſanctum fuit, ut Cato Hanrei rationem lubens ſubiret, & uxorem Hortenſio liberorum causa conceſſerit. Sic Iul. Cæſar & Valentinianus Imp. plures uxores liberorum quærendorum causa viſitare permiſerunt. *Suet. in*

Cæſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Cæſ.cap.52.Caßiod.l.8.hiſt.trip.c. 2. Paul. Diac.l. 2.Tiraq.in l.7. connub.

LXVIII. Hinc erant Romæ, qui generationi liberorum vacabant & proletarij dicebantur, *Groſ.l.4.c.1.* Quod ſi hodiernis tempotibus idipſum in uſu eſſet , horum Proletariorum nullibi eſſet penuria , ſed eorum tantus numerus ſeſe exereret , qui vel Homericorum militum turbam longè ſuperaret. Et cur tandem quis familiæ ſuæ Propagatorem interficiat. Dicat potius: Euge ſerve bone, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper plura te conſtituam, intra ſæpius in gaudium dominæ.

LXIX. Non obſtat nobis *Lex 24.ff.de adult.* ubi expreſſè contrarium aſſeritur. Sed reſp. Illam Legem non tam nobis obſtare, quàm hanc noſtram ſententiam egregiè approbare & confirmare. Dicitur enim maritũ uxoris ſuę adulterum occidere poſſe, ſed non quemlibet. Continet itaq;. *d.l.24* exceptiones aliquas, ſed quoad Lenonẽ, ludricam artem facientem, in ſcenam ſaltandi causâ prodeuntem, & cæteros, qui itaque in taliũ numero non reperiuntur , illi optimè poſſunt hanreizare. Exceptio n. confirmat Regulam in caſibus non exceptis , juxta illud vulgatiſſimum. Accedit præterea utilitas publica, ob quã multa ſunt introducta, ut ait *l. 3. de op. pub.* quippe cum quotidiè vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

videamus hominum multa perire , intereſt alios in eorumlocum ſubſtituere. Summa; **Herrn vnd Fürſten wollen Soldatē habē der Manßfelder wil Volck haben.**

LXX. Supereſt jam,ut diſpiciamus,quo nomine ſit indigitandus Hanrejum faciens. Quidam eum vocant Domeſticum, Inquilinum. **Haußhan / Verwalter / Haußgenoſſen**/quod frequenter domū tuam adeat. Alij eum vocant Amicum,ſed is qui clam& invitus alterius jus occupat,amicus non eſt, diverſo tamen reſpectu eſſe poteſt. Nonnulli Hoſtem,ſed perperam. Hoſtis enim is eſt,qui nobis,aut cui nos bellū decrevimus, *l.* 118. *ff. de V.S.* Privati v. ſibi bella denunciare nequeunt, regale enim eſt, & ſummo Principi ex natura majeſtatis in ſe conſiderata ſoli competit. Aliqui Cucurbitam vocant,ſed malè,ſiquidem id de Vaſallo uxorem domini hanreizante dicitur. Vocabuli hujus derivationem *vid.ap.Calv. & Hort. in Lexic.Feud.in verbo Cucurbita.* Miramur valdè, quod veneranda Antiquitas in perſcrutando hoc vocabulo non fuerit curioſior. Latiniſſimo vocabulo nos vocamus Cappellanum, Vicarium, ſeu ut Munſtero libet, matrimonij Coadjutorem. **Ehehelffer/Vnbeſoldete** Subſtituten , qui ceſſante Marito onera Matrimonij ſupplent.

LXXI. Theſi ſextâ diximus , quomodo ſoleant appellari Cornuti. De vocabulo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Cornua ferre, multi multa ſcripſerunt. *Nicet. lib. 2. de Imp. Andronico Conſtantinop.* ſic inquit: Longe alia fuit Andronici luxu & libidine præditi intentio, qui cornua Cervorum, quos venatus erat, inſignia & rari aliquid habentia in porticib. fori ſuſpendebat, ſpecie quidem oſtentandæ magnitudinis ferarum, quas cepiſſet, cum revera civitatis mores & uxorum, quas ipſe corrumpebat, laſciviem notaret. Atque hinc in multas gentes (opinor) promanavit, et qui malitia de genere, vel injuria ſuas conjuges adulterari ſinerent, probroſo ſane convitio cornua ferre dicerentur. Germanice injuriam rei verbo leniori mitigantes vocamus **Einn frommen Mann / der ſeiner Frawen nicht genug thun kan.**

LXXII. Vxores hanreizantes quomodo debent appellari,

Hanrifici certant, & adhuc ſub judice lis eſt.

Meretricis nomen (quod genus hominum ſine præfatione honoris nominari nequit, ut eſt apud Senec.) illis non competit. Nam hæc à merendo dicta eſt. Vlpiano dicuntur Practicæ ſeu Quæſtuariæ; **Ernehren ſich mit der Hand / da ſie auff ſitzen /** pecunia ſuam exercent militiam *Briſſ. l. 43. de ritu nupt. l. Athletas. § ait Prætor. ff. de his qui not. inf. l. palam §. non eſt ff. de R.* quæ multorum libidini *diſt. 34. c. 36.* vidua, utpote

quæ

quæ 23000. virorum abſorbuit ictus; Hæc nulla accepta pecunia, ſed amoris, qui eſt favoris ſpecies & benevolentiæ causa hanreizit; Econtra Meretrix ſe proſtituit in ſylvis, ut propter Noribergam, **im Newen Wald/** quem locum ſæpius inviſo. Lipſiæ **auffm Rubbeth/da ſie das Graß mit den Hintern abmäyen** / unde vocantur Nymphæ ſylveſtres, Pecora Campi, **Waldgöttinnen**. Hæc vero eſt inviolatæ exiſtimationis, quia amoris vi coacta ſolis amantibus ſui copiam facit *l. fœdiſsima.* 20. 4. *l. Iul. de Adult.* 3. Errat itaque hic Corman. *lib.* 8. *c.* 13. qui illam Meretricis nomine indigitat. Rectiſſime ab Ovidio & aliis vocatur Amica, cum quibus conſentimus & facimus.

LXXIII. Male vos tandem mariti facitis, qui à verbis ſæpe ad verbera progredimini, & tam miſeris tractatis modis, ac ſi vobis res eſſet cum aſinis & ſcorpionibus. Habebat & Iuppiter ſuam junonē rixantem & tumultuantem, caſtigabat verbis, leniebat obſequiis. Non eſt hæc vita Paradiſus, nec cum angelis meris degitur, ſed cum mulieribus, quæ facile errare, decipi & hallucinari poſſunt. Non enim continuo in conjugium conjectæ affectus omnes exuunt, aut in caſtra Monachorum aut Stoicæ ſectæ abeunt, ſed adhuc homines ſunt, adeoque &

 huma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

næ, quibus & jocari, ridere, gaudere volupe eſt, imprimis juvenculis, quas & convenit affines eſſe earum rerum, quas fert adoleſcentia **Wer wolte außſchlagen zwene Kirſchen an einem Stiel** Si quis amicorum adveniat, continuo illæ vel latebras quærunt, & latibula vel inſtar Didonis apud inferos ſolo fixos oculos tenent averſæ.

Nec magis incepto vultum ſermone movetur
Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautos.

Vt Virg. 6. Æneid. ait. Quæ ſuſpicio in conjugio Ilias malorum ſemper fuit habita. Fieri enim non poteſt, ut eandem ſeriò ames, quam tibi fidam eſſe non credis, ſin mavis, tuo periculo cornutus ſeneſcas licet.

LXXIV. Hoc tempore hæc ſufficiunt, & quæ in communi Praxi & Theoria per ætatem noſtram obſervavimus, publicæ cẽſuræ ſubmittimus, & ſi erravimus, veniam precamur, tandem addendi, minuendi & corrigendi facultatem nobis reſervamus. Lector æquus hæc jocose pro candore ſuo & innata diſcretione interpretabitur, malevolum nil moramur. Interea valete & plaudite. Paulo majora ſequentur.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Ad fortiſſimum Dn. Reſpondentem.

*S*Ic fuit in fatis, fuit hæc propenſa voluntas
Crypidis, Idaliæ quæ Dea ſceptra tenet.
Millibus è multis ſolum te poſcit ut eſſes
Cui demandaret Martis & Artis opus.
Teutona terra viros nutrit non laudis egenos
Pace loquor Socratis, Cicero pace tua.
Sed fateor prorſus nulli eſt hæc dicta Camœne
Materies, humeris res minus apta fuit.
Tu duce namque doces fatis agitata ſeveris
Vxor conjugij rumpere vincla poteſt.
Tuq; Marite potes ſinuoſum fortiter arcum,
Mittere Vicini in nocte ſilente torum.
Priſcum laudis iter nos deſeruiſſe negaſti
Subtrahe, quæ Momus fauce potente refert.
Namq; Beaniſmi theſibus cum Pennaliſmi
Additur excelſum hoc Hanreitatis opus.
Te pueri donent viridi cum gramine Palmâ
Major es Aſcræo Mæonioque Seni.
Macte animo noſtrũ ſalubri munere ſeclum
Donaſti, Naſo Tu ultime noſter eris.
Parcite nunc diræ date ſtamina longa ſorores,
Quæ rigido netis penſa ſevera colo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Hujus enim dotes qua cingitur India Gange
Accipiet, mundi noſcet utrumque latus.
Suſcipit hunc Gallus, tibi ponet Teuto columnas,
Et, magno, dicent, Hercule major erit.

Honoris & obſerv. cauſa ſcripſit
Franciſcus Keratinus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Theſes

DE HASIONE

&

HASIBILI QVALITATE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

THESIS I.

SI Naturam hominis, prout nunc eſt, moresque & converſationes humanas penitus inſpexerimus, videmus occurrere adhuc novam aliquam facultatem, quæ ad nullam quatuor ſpecierum referri poſſit. Vnde prædicamentum illud non ſatis ab Ariſtotele explicatum eſſe manifeſtum eſt, ſed addendum novum aliquod ens, quod eſt HASIO & HASIBILIS qualitas.

2. Erit ergo hæc nova & quinta ſpecies, ac illi homines, qui hac qualitate ornati ſunt, ex quinta eſſentia conſtant, quos ob id neque homines, nec per omnia lepores, ſed mixtum quid quaſi *ἀνθρωποδόσεις* ſeu hominolepores, ſive leporehomines, aut homines haſios dicere poſſumus,

3 Nec pueriliter putandum hanc ſpeciem idem eſſe quod paſſio & paſſibilis qualitas. Nam licet plerumque in convivijs Haſiones hi ſint in paſſibili qualitate, tamen ſæpenumero ſunt in agibili, nempe tunc cum currunt, ut inferius patebit.

4. Eſt autem Haſibilis qualitas morbus ortus ex ſuperfluitate & privatione intelligentiæ albæ in cerebro, in quo ſpiritus tur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

bari, humores vitiati, & elementis gravitatis & levitatis immixti, confuſionem temperamenti faciunt in cerebro, ventremque gravidum faciunt ijsdem vitioſitatibus, & pedes manusque crebris giſticulationibus. Hoc morbo laborantes haſiones aut lepores vocantur.

5. Ex qua autem terra & regione hic morbus epidemicus primo ortus ſit, variæ ſunt ſententiæ. Quidam enim ex Cæphali, quidam ex Turpeti, quidam ex Franconali, quidam ex Italica regione ad Germanos traductum eſſe volunt. Cum autem ſub judice lis pendeat, animadvertendum, ex qua regione conterranei plurimi hoc morbo laborare videantur. Nam ſimilis ſimili gaudet.

6. Ex definitione vero ſupra poſita facile intelligi poteſt, non eſſe tantum ſimplicem hujus morbi ſpeciem, ſed multiplicem. Quædam enim haſibilitas conſiſtit in ſpiritibus, quædam in humoribus, quædam in elementis, non ſecus ut febris quædam, ut infra latius explicabitur.

7. Nam haſibilitas in ſpiritibus conſiſtens omnium maxime conſpicua eſt in viris magnis, ſpectabilibus & doctis, aut etjam in ijs qui cum tales non ſint, tales eſſe volunt: hi enim habent altos & elatos ſpiritus, qui omnes inferiores præſe contemnunt,

mnunt, tua laudant & prædicant, etiamſi aliquando graviter mentiantur, & nihil niſi ſententias & verſus proferunt, aut jubent à ſe carmina conſcribi, ut fiant candelabra patriæ, & varijs linguis loquuntur.

8. Vt exempli gratia, cum quis in convivijs bonorum virorum ſolus totum colloquium vult habere, & ordinare omnia in menſa pro ſuo arbitrio, : omnia ſolus dirigere, qui gloriatur de ſua doctrina, & tamen ſtultus eſt : qui ſemper vult diſputare, qui vult canere, qui vult ſtrenue bibere, & tamen nihil horum poteſt, qui multa dicit de opibus ſuis, ſemper in ore habet centum mille, millena millia, & tamen pauper ſocius eſt : qui gloriatur de virgine ſua, cum vix ac ne vix quidem locum habet apud ancillam, & tandem qui profitetur omnes facultates & ſemper nova dogmata, novas artes Methodicas invenit, & reliqua omnia vult refutare.

9. Ejuſdem farinæ ſunt qui in platea enſati atque anſati incedunt, caput jactitant, pedes ad æquilibrium movent, pallio fluctuant, naſum erigunt, ac ſi velint in cœlum conſcendere, ac obſervant diligenter ubi quam plurimi homines convenerint, ut illos prætereant, quo digito monſtrentur. ac qui nobilem ſe jactat cum ruſticus ſit, & pediſſequum habet, qui ipſe nunquam fuerat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

factus Dominus: quique aureos annulos geſtant cum adhuc non deceat. Omnes enim hæ & ſimiles ſpecies, ex elatione ſpirituum, qui ſunt in ſummo gradu, oriuntur.

10. Haſibilitas ex humoribus eſt, quæ in ſobrijs nunquam eſt, ſed creſcit tunc cum cerebrum aut gula, vino, aut cereveſia immaduit, ut ſunt omnes, qui, cum ſunt ſobrij, optime ſe quidem gerere poſſunt, ſed quam primum ebrij facti ſunt, ibi peſſime hunc morbum contrahunt. Et hæ ſpecies iterum variant ſecundum quatuor humores, ſanguinem, bilem atram, bilem flavam & phlegma.

11. Ex humore ſanguinis oritur haſibilitas, quæ in riſum exit, quo ſeipſum quis facit ridiculum, ſeque alijs ſponte deridendum exponit, aut cum vexatur & ſe ab alijs vexari omnino non intelligit, ſe alios vexare putat, & quidvis patitur ſibi perſuaderi.

12. Bilis atræ haſibilitas eſt, cum quis in convivijs exhilarationis gratia inſtitutis ſedet ut Mopſus aut Corydon, moroſus, nihil loquens aut ridens, ſed ac ſi omnes vellet devorare, quod ideo facit, ut convivæ dicere debeant, eum in profunda melancholia ſedere, doctum eſſe, & rebus graviſſimis intentum, vel ſpeculari in divinis.

13. Haſibilitas ex flava bile in illo eſt, qui au-

qui audito inter jocos, vel unico verbo ſiniſtro ſtatim arma corripit, & vult homines omnes trucidare, & vivos mortuosque mactare, præ nimia virilitate ut caper, quod ideo facit, ut homines dicant eum equeſtrem hominem eſſe, nec devorare orbem caſei.

14. Phlegmatica haſibilitas eſt orta ex nimia bibendi fidelitate, qua fideliam nimis ſæpe elevans cogitur vel in menſa, vel in lecto, vel in medijs choreis infimo vel ſupremo ore vomitum edere & realia verba proloqui. Hic humor, illo exornerato & fideliter depoſito, deſinit ſtatim eſſe haſio, (cum reliqui etiam poſt factum nomen retineant) & propterea non Haſio ſed Grobianus & Ruſticus dicitur, & cadit ſub exemplum gravitatis.

15. Reſtat haſibilitas quæ eſt in elementis ſita: Sunt autem duo genera elementarium corporum, grave & leve. Vnde ſecundum hanc διχοτομίαν haſibilem dicuntur alij haſiones gravitatis ſeu probitatis, alij levitatis ſeu futilitatis.

16. In hac autem ſpecie multi ſuperiorum coincidunt, quod mirum non eſt, cum omnes ſint ex una ſtirpe orti, & ſub uno communi genere contineantur. Gravitatis autem haſibilitas ſe maxime exerit in moribus: quo facile videre poterit, an fe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ceret, ad hanc claſſem referri debet.

17. Vt qui virginibus inſervit, & vel bonum ἐνπλάστικον, vel bombum prolocutus fuerit; vel alias caput juſto tempore non aperuerit, & expectaverit donec prius ſalutetur: Et alium ſalutans per digitos tranſpiciat, num etiam reſalutetur. Summa, qui Grobianum egregie callent, Haſiones gravitatis vocantur.

18 Haſibilitas levitatis ultima eſt; ſed omnium frequentiſſima & omnium latiſſime patens. Huc enim ſpectat varietas veſtium, geſticulatio, manuum oſculatio, pedum varia vibratio in choreis vel cum adoleſcentibus.

19. Vt exempli gratia, qui nunquam ex patria exierunt, vel brevi tempore à maternis mammis abſuerunt, & redeuntes gladium, plumas, varias formas veſtium, magnum ventrem, (in quo geſtari pulli dicuntur haſionum) ampliſſimum pileum, magna collaria, acutas caligas ad formam Y literæ Pythagoricæ (unde hæ caligæ vocantur Pythagoricæ vel ypſiloticæ) duplices crepidas & ſimilia gerunt: Qui item manus oſculantur, frequenter nutant, pedibus vertunt terram, & innumeris utuntur eminentijs, reverentijsque.

20. His cognati ſunt qui veſtes partim Gallicas, partim Germanicas geſtant, & veſtes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſtes habent variorum colorum, rubri, flavi, viridis, albi, ex quorum numero nigri excipiuntur.

21. Nec tantum levitatis haſiones in veſtibus ſunt, ſed etiam in choreis & alijs actionibus, in quibus ſaltant, circumcurſitant, jam Italicam, jam Polonicam, jam Anglicam, jam Germanicam choream affectant, & ſe omnibus modis familiares reddere ſtudent apud virgines, quo evenit, ut hi haſiones ſimul amatorij & Venerei haſiones dicantur: & ſæpiſſime viam in gratiam hujus vel iſtius puellæ iterant, & ſe omnibus modis applicabiles puellis reddere ſtudent.

22. Symptomata harum haſibilitatum ſunt omnes his affines qualitates, Cornelius, Ciglio, Eulenſpigelius, Paul cave tibi, Papa de calvo monte, Claus Stultus, omnis ignorantia, ſuperbia, amor, cochleatio, helluatio, ſcurrilitas, impudentia, beanitas in uno plus, in altero minus. Summa totus curſus cum arundine longa.

23. Signa ſunt riſus, cachinnus, vociferatio, circumcurſitatio, geſticulatio, ſaltatio, oculorum gyratio, capilli longi & muliebris figuræ, veſtes, inceſſus. Quibus addere plura, qui converſationem hanc arte conſiderat, & ſeipſum in ſua cute examinat, facile poteſt, juxta illud: Stultorum plena ſunt omnia; Ergo nullibi dantur va-

cua, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

cua, & per conſequens veteres male dixerunt vacuum eſſe in rerum natura.

CORONIDES.

1. *An haſibilitas contingat maſculis & fœminis? affirmatur.*

2. *An haſio ſit generis communis ſecundum regulam, Quæ conveniunt &c. affirmatur.*

3. *An aliquis tangendo proprium naſum, apprehendat haſiones ſecundum qualitatem & quantitatem? utrumque affirmatur.*

4. *An duæ vel plures ſpecies haſionum poßint eſſe in uno ſubjecto? affirmatur.*

5. *An virgines cochleando haſificent vel haſificentur, vexent vel vexentur: & an idem etiam verum ſit de adoleſcentibus cochleantibus? utrumque affirmatur.*

Diſpu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Diſputationis
DE HASIBILITATE
Curſus Secundus.
THESIS I.

ABſoluta ſuperiori diſputatione, quæ partim Logica, partim Phyſica fuit, de Natura, & proprietate Haſionis; Reliquum nunc eſt, de ipſa Haſibilitate ſeorſim agere, quatenus in conſiderationem Medici venit, juxta illud Ariſtotelis: Vbi Phyſicus deſinit, ibi incipit Medicus.

2. Neque vero ſupervacaneum eſt, de hac materia tam prolixe agere, quia veteres dixerunt: Noſce te ipſum. Et cum omnibus hoc ſeculo nihil magis volupe ſit, quam diſputare; habet hic unusquisque ſemper quod agat, *ſicuti ſcabioſus*.

3. Breviter igitur rem comprehenſuri, à Definitione exordiemur, quæ cum ſuperius prolixe tradita ſit, brevioribus eam hic verbis repetemus, pro intentione noſtra: Nam quod pulchrum eſt, bis terve repeti non eſt abſurdum.

4. Eſt autem Haſibilitas, ſive morbus, ſive depravatio intelligentiæ in cerebro, depen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

dependens ex ſuperfluitate Spirituum, aut Humorum.

5. Hæc definitio perfecta eſt, omnibus enim ſui partibus conſtat, nihil à Syllogiſmo niſi θέσει Terminorum differens, ex qua tanquam ex fonte, jam jam hauriendæ ſunt differentiæ.

DIFFERENTIÆ.

6. Genus ſeu Formam diximus eſſe morbum: manifeſto enim lædit actiones, SED SINE DOLORE: & eſt hæc Lues magnæ ACTIVITATIS, quia ad SIMILITVDINEM AGIT TRAHITque maxime ſecundum Formam.

7. Vt autem unius cujusque morbi magna eſt latitudo; ita & Haſibilitas alia magna eſt, ſive vehemens; alia parva, ſive remiſſa; alia diuturna, alia brevis: alia recens, alia inveterata.

8. Subjectum univerſale eſt Cerebrum: ſtatuerunt enim veteres, & ſapientiæ & ſtultitiæ ſedem eſſe cerebrum.

Pro varia igitur ejus læſione, variæ emergunt differentiæ: vel enim totum laborat, & tunc febrientibus, aut etjam furientibus interdum ſimiles fiunt Haſiones: vel pars tantum affecta eſt, & ſic mediocriter currunt. Præterea pro illius varia conſtitutione naturali, variæ etiam actio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

actiones oriuntur, mediante tamen cauſa, de qua mox dicendum.

9. Cauſa efficiens eſt ſuperfluitas ſpirituum, aut Humorum. Hinc alia haſibilitas humoroſa eſt, alia flatulenta.

10. Si enim ex ſpiritibus eſt, aut extrinſecus originem traxit, aut intrinſecus. Extrinſecus quidem, ex converſatione aliorum, qui infecti ſunt, quorum contagiem facile quisque contrahit. Vel ſaltem ex re aliqua lepida, quam ſive videt, ſive audit. Intrinſecus vero ex parentum hæreditate, ex morbo, ex mala educatione, innata libidine, licentia, luxu: Inde enim ſit, ut paulatim Spiritus ex depravatis viſceribus aſcendentes, capitis domicilium occupent, & hinc inde accreſcentes, multis modis id moleſtent, ut laborantes ad quidvis perſuaderi, aut converti poſſint, Vnde tot generum ineptiæ, nugæ & culpæ, de quibus ſupra.

11. Quod ſi ex Humoribus hic affectus ſit, pro varietate intemperiei, variæ erunt differentiæ Hinc alia Haſibilitas ſanguinea eſt, alia cholerica, alia Melancholica. Et cum hæ cauſæ cum ſubjecti conſtitutione, & κράσις magnam affinitatem habeant, fit ut ejusmodi humores ex ingluvie nati, ab anni tempore, ætate, regione, & natione adjuti, cerebri ſubſtantiæ conjuncti, prout ſunt, alia atque alia Symptomata proferant.

12. In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

12. In his autem & Quantitas conſideranda: ſi enim exigua copia fuerit, non agit quidem hæc lues, ut quamvis in corpore hæc ipſa ſit, non tamen manifeſta ſit ejus actio, & licet non agat, lædat tamen actiones, ſed clanculum, ut homines non animadvertant. Imo experientia ſæpe teſtatur, quod cum per annos aliquot hoc malum latuiſſet, tandem magis magisque auctum, ſeſe ut ſorex prodiderit ſuo indicio. Sed ſunt nonnulli, qui etſi hunc nequam in ſinu habeant, tamen aut verborum ſubtilitate, & lepore, aut alias Dominatione, & authoritate ſua præcellenti tegere poſſunt: & tamen infecti ſunt, ſi verum dicere velimus.

13. Motus etiam cauſæ conſiderandus: nam quædam materia tempeſtive movetur. quædam tarde, quædam medio modo ſe habet. Vnde actio & Critica & Symptomatica emergit. Et hoc eſt, quod in conviviis paſſim videmus, quod quidam valde cito currunt, alii tanquam Baſſiſtæ ſequuntur, & alii dimidio vento navigant, juxta verſiculum.

CURRITE FELICI SIDERE VOS LEPORES.

14. Quin etiam ſi vehemens erit motus materiæ, vehemens etiam actio. Si continuus, talis quoque actio. Si interpolatus, interpolata actio.

SIGNA

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

SIGNA DIFFERENTIARUM.

15. His ita examinatis, ad differentiarum ſigna accedendum.

16. Et quantum ad Formalis cauſæ ſigna, ea quidem medenti innoteſcunt ex relatione aſtantium, nequaquam vero ægrotantis: nemo enim vult HASIO videri, cum maxime ſit.

17. A ſubjecto ſunt: Raro dolor capitis, & is quidem per συμπάθειαν ventriculi ex bibitione. Præterea ea omnia, quæ conſtitutionem Sanguineam, Phlegmaticam, Cholericam, Melancholicam ſequi, dicta ſunt diſputatione ſuperiori.

18. A cauſa efficiente quæ ſumuntur, cum jam nominatis conjunguntur, & ſimiliter ante diſputatum eſt: nunc ea denuo recenſere, ſuperſedemus. Hoc ſaltem in genere hic annotamus, magnam eſſe Diſcraſiæ humoralis analogiam ad Nationem, ætatem, anni tempus, aerem, & cæteras res non naturales. Siquidem enim hæ omnes in uno eodemque gradu ſimul convenient, habebis utique ſigna talia, quæ abſolutiſſimo Haſioni debentur.

19. Objectum vero ſpirituoſum, ſeu vaporoſum, denotat ſtatus non fixus, ſed errans, & quidem tenſitivus, ſine pulſatione, & gravitate, ſubtilis interdum, interdum craſior, nonnunquam ructus aut crepitus

edens:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

edens: & hæc omnia cum magna latitudine.

20. Qualitatis vero vel magnæ, vel pravæ ſigna ſunt, antecedens vitæ ratio, ſive in convivio, alibi, & vel liberalior, vel parcior tractatio, & quæ incitamenta ſolent accedere: habitus item corporis, prout is eſt.

21. Criticam actionem arguunt Criſim futuram monſtrantia, ut ſunt motiones animi, oculorum, capitis, pectoris, expectorationes, exſpuitiones, pedum ſtrepitus, geſticulatio, vertigines, rubedines, multi & magniloquia &c.

22. Symptomaticam vero, ſi ab aliquo alio objecto extrinſeco, aut affectu interno alio oboriatur. Reliqua ex aſtantibus petuntur: Quia ex ægroto per vehementiam morbi tunc non licet.

INDICATIONES.

23. Poſt hæc ſigna, dicendum de indicationibus, quæ ex definitione petendæ. Forma & cauſa, vendicant ſibi locum rerum præter naturam, ideoque ſui ablationem indicant. Subjectum occupat locum rei ſecundum naturam, & ſui conſervationem denotat.

24. Quantum ad ſubjectum conſervans, vel alimentum adminiſtratur, vel reſpectu virtutis totius, prout debilis eſt, vel fortis: vel partis reſpectu affectæ. Specialis autem conſtitutio ſpecialem tractationem cupit.

Hinc

Hinc aliter Haſiones ſanguinei quam cholerici tractandi ſunt. Semper autem indicans prohibentibus cedit. Et notandum præceptum Hippocratis. Impura corpora, quo plus nutries, eo magis lædis. Et hoc eſſet idem, ac ſi ſtulto baculum porrigeres.

25. Forma quidem ratione vehementiæ anodyna, & narcotica indicat, ut ſit in craſſioribus.

26. Cauſa etiam indicat contraria. Flatuoſa deſignat diſcutientia. Objectum immateriale; alterans. Materiale, Evacuans & penitus eradicans. Quantitas ejuſdem poſtulat remedium majus, vel minus. Motus vero Revulſionem, ſi vehemens ſit, aut Derivationem, ſi lenis. Cauſæ autem omnes externæ ſi adhuc adſint, removeri poſtulãt.

PROGNOSTICA.

27. Poſt has indicationes, colligendum ex Methodo prognoſticandi. In genere quidem prognoſticare licet, affectum non eſſe negligendum, quia nobile membrum laborat. Ex adverſo vero: curationem eſſe difficilem, & tardæ operationis; quia eſt morbus contumax. In ſpecie ſic licet: à forma, ſi vehementia adſit, & vigiliæ multæ, & potationes accedant &c. metuendum ne æger delirio aut Melancholia corripiatur. Si cum tempore, loco, & quiete ad ſe redire poteſt; is non ita eſt in periculo, quamuis vexatione non careat.

Por-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

28. Porro inveteratus affectus, recenti deterior. Et ratione ſubjecti, præſcimus, ſi per ſymphatium ſaltem laboret, facile terminari & ratione efficientis, immateriale diutius durare, quam compoſitum, curatuque eſſe difficilius, quia ſpiritus ſũt inſtabiles. Et hoc fit contra communem Regulam.

PRÆSIDIORVM MATERIÆ.

29. Poſtremo de materijs præſidiorum agendum eſt, quæ ſi in vulgaribus rei Herbariæ ſcriptoribus non inveniuntur, nemini mirum eſſe debet: peculiaribus enim & novis morbis, peculiaria & nova invenienda ſunt remedia, ſatis eſt, intentionem noſtram, à communi ſcopo non abhorrere, & nos eum aſſequi.

30. Diſcutientia igitur, & alterantia erunt, hæc leviora: frequentes cachinni, deriſiones, punctiones: & hæc fortiora: jocus ludusque ſerius, vexatio, tribulatio, exploſio, Cornelizatio, Pamphy. Qua omnia exacerbanda, vel minuenda pro magnitudine morbi.

31. Purgantia ſunt: Vellicotio, Tornatio, verberatio, depoſitio, humicubatio, mulcatio, ſyncopizatio, Mycterismus, naſoſuſpendium, ciconiſatio, condylismi, apocoraciſmi & omnis generis ludibria, pœnæ atque mulctæ. Tum, ſi groſſities materiæ ita exigat, aliquot Hellebori, aut

Antimo-

Antimonii libræ intrinſecus, & extrinſecus unguent um ex cineribus incombuſtis, cum magno & frequenti ictu & frictione. Trahantur etiam nares & pili, & digiti fortiſſima ligatura duplicati ſtringantur, in extremitatibus ſine omni miſericordia (nam hoc faciendum ſæpe, ne in ſyncopen deveniat) & ſues habeantur cum porcellis coram facie ejus quotidie in loco ſecretiori, qui cogantur clamare fortiter, ut ſtipticitas ſolvatur, Interdum probantur baculatio ad ſanguinem loco phlebotomiæ. Sed hæc poſteriora Grobianis proprie conveniunt, & Beanis, quorum nominetenus pauciſſimi ſunt, reipſa vero innumerabiles juxta illud. Narraverunt patres noſtri, & hic notandum non poſſe ſemper obſervari præceptum Hippocratis ubi docet: jucunde eſſe curandum. Sufficit hanc jucunditatem in medente eſſe.

32. In corroborantibus numeramus extreme tenuem victus rationem; juxta illud Hipp. aph. 8. 10. li 1. imo ipſam victus abſtinentiam, donec hanc cruditatem concoquat, & ad frugem redeat æger, alias enim facile in recidivam incidet. In medicamentoſis habemus Objurgationum, admonitionum, laborum, & negotiorum variarum ana, aliquot quotidie uncias, ad lubitum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

33. Atque hæc de curatione breviter & rudi Minerva, difficile enim eſt ſcriptis hæc auxilia complecti. Multo & facilius, & gratius eſt, hæc practicare, & ad oculum demonſtrare. Eſt enim Medicus ſeuſatus artifex. Quod qui experiri cupit, in ſeipſo exemplum ſtatui jubeat.

PROBLEMATA.

1 *Hoc primum quæritur; an locus Cicer.2. de Oratore:* Ineptus eſt, qui aut tempus quid poſtulet, non videt aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum, quibuſcum eſt, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus eſt &c. *ipſam Haſibilitatem ſufficienter explicet? Aff. quod ſic.*

2 *Hinc etiam quæritur: cum Cicero loco citato, nationem Græcam eruditiſsimam, hoc tamen vitio cumulatam dicat, annon multo magis id de aliis nationibus ſit prædicandum? Creditur quod ita.*

3. *Sic etiam non incommode quæritur: An qui curationem Haſibilitatis ſuſcipiunt ipſi ſint Haſiones? Reſp. Secundum quid, non ſimpliciter.*

4. *Præterea etiam: an Haſiones in Paroxyſmo habeant ſenſum communem? Negatur.*

OMNIA PROBATE, QUOD BONUM EST, TENETE.

FLOIA

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

FLOIA
CORTVM VERSI-
cale,

Z

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Cortum Verſicale de Flois.

ANgla flöosque conam, qui Waſſunt pulvere ſWarto
Ex Watroque ſimul fleitenti, & blaſide dicko
Multipedes deiri, qui poſſunt hüppere longè
Non aliter, quàm ſi flöglos natura dediſſet,
Illis ſunt equidem, ſunt, inquam, corpora kleina,
Sed mille erregunt menſchis martrasque plagasque, (rubentem
Cum ſteckunt ſnaflum in livum, blautumque
Exſugunt: Homines ſic ſic vexeirere poſſunt,
Et quæ tandem illis pro tanta lonia reſtant,
Vexeritate, & quem nemant per vulnera dodum,
Sunt variæ plagæ, quibus ob ſua Sünda, ſuamque
Ob mutWillitiam ſtrafit Manrosque Fruasque
Ipſe Deus, cœlum & ſternas, qui fecit & Erdam,
Hunc fleckit Slangus, lopit Dulhundus in illum,
Et bitit in livum, ut cogatur fundere Geiſtum,
Aſt alium Wolffus frerit, Berusque toritit,
Hic heffit multos luſos, & tempore nullo
Fredam heffit, lopunt per Kleidros, valdeq; bitunt.
Aſt reliquos inter deiros non boſior ulla eſt,
Nec magis anfechtit minſchos, illisque moleſtas
Erregit plagas, quam ſvvartea turba flöorum,
Non illis ſatis eſt finſtri ſub tempore nachti
Steckere, & ſeuto meudos vpWeckere ſclapo:
Sed quoque ſub dago perkrupunt undique Kleidros.
Nunc huc nunc illuc huppentes, ſcarpibus atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Bitentes ſchnaflis, ſic ut de liſide blautus
Sæpe fluat, pleckique rubri cernantur in huto.
Glöſite quæſo mihi, mihi gloſite quæſo ſodales,
Sæpius expertus credo hoc, cum Wolckibus altis,
Deleuchtunt Sternæ, ſchinit Mane undique lechte,
Et ſuadent Slapum volbringere tempora finſtra,
Solum verhindrunt tardum ſvvarta agmina Slapum, (Beddum,
Nunc heffunt luſtum per vveickum ſpringere
Nunc vero upſtigunt Beinos, Beiniſque relictis
In medio ſittunt livo prope nablia runda,
Nunc quoque per Bardum krupunt, dant cuſtia mundo,
Cuſtia quæ ſmertant, ogos naſoſque bekickunt,
Deinde juvat rurſus vvarmum ſubkrupere Beddum, (quid
Et ſchuldros, armoſque handoſque inviſere-quic-
Sæpe etiam vvandrunt infra, ruckumqum beſeuckunt,
Et rundos lendos, driſentes undique luſtrum:
Sicut quando etiam vvandrit Morderus in Holto,
Non tantum vvandrit longum verdrivere tempus,
Sed ſchlagit, ſteckit, vvarpit, doditque ſubinde,
Si qui begegunt Lüdi, qui Beutlia plena
Geldo heffunt, Kleidroſque bonos in corpore dragunt,
Sic quoque nigrorum damnanda caterva floorum
Non tantum in Beddo krupit, Kleidroſq; bekickit,
Ob longam quoniam, ſed quando cernit ineſſe
Kleideribus blautum, & ſchonum quoque merckita thurum
Eſſe nec ob dickum, veluti Morderus adhuppit,
Uthſteckit ſchnaflum, ſub quo ſunt anglia ſcarpa,
Anglia ſanguineum deipe quæ ſteckit in hutum,
Uthſugit blautum, neſcitque uphorere, donec
Livum cum blaſo ſvvartum bene füllui intra,
Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Nec ſugit tantum, vervvundit & undique livum,
Ut Schlangus ſteckit, furioſus bitit ut hundus,
Et poſt ſe multos pleckos, mahlosque relinquit
Rotigenos. Sclapens hæc quando feulit, in hogum
Cum liuuo ſeſe vverpit, vvegſtötit & handis
Deckbeddum, ſcürit neglis, ſchadumque beſeulit,
Sed quando martram gledro vertiſit ab uno.
Mox flous ex ſtundo bhendus vveghüppet, & altum (eſt,
Dat Wundum, ſi nec ſteddo quoque tutus in illo
Rurſum aliò ſpringit, proque uno vulnere ſteckit
Plurima, ut ille ſemel qui ſchlapo upvvakuit alto,
Non iterum poſſit meudos thoſchlutere ocellos,
Se vvaltrit miſerè, ruckit, flaukitque kiſitque,
Inſequiturque floos, ſolitque in corpore, verum
Gripere cum tentat, blotum ſibi gripit in hutum,
Sæpe igitur totos ſine ſchlapo ducere nachtos
Cogitur, & multas lidit martrasque plagasque,
Nec ſaltem hæc fiunt beddo cum ligimus alto,
Sed quoque cum legimus, cum ſcrivimus, & imo, imo (pus,
Bedere cum volumus bene plagitur undique cor-
Præcipue beinos intra, teneriſque ſub armis,
Summis in Kragiis hic hic ſunt regna floorum,
Hic kreflunt, ſteckunt, bitunt, kitzluntque ſub-inde, ut
Patere non poſſis, cum ſchüras neglibus hutum,
Et quod vervvundrunt omnes, non ullus in Erda
Lebit deiriculus, non ullus in aere ſchvvebit,
Qui tam magnanimus, tam ſit quoque konus, ut unus
Exiguusque flous: non früchtitat ille potentes
Kerlos: non Babſti krona verſchrickit ab ipſa,
Bokum perkrupit ſanctum, lopitque behende,
Donec berorет blotum cum ſchnaflide livum,
Cogit ut huic Pabſtus Slotos, crutzumq; ſacratum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Werpere de manibus,deirumq; ſugare bitentem.
Non fruchtit Keyſros,non Reges,non Patriarchas,
Non Cardinales, heudos qui margine breido
Dragunt in Koppis,verum nihil achtit hic heudos,
Nec ſtaſos goldo decoratos, ſteckit in hutum,
Haudus ut ex koppo, fallatque ex handide ſtaſus.
Nec flous an Doctor ſit fragit, ſitve Magiſter,
Ille vel ad backum vel ſe bene ſettit ad halſum,
Adque anglum ſcarpum, per dünnum druckitat
hutum,
Ut ſedrum dextra læva ſmitatque papyrum,
Ipſe Ego dum ſcribo hæc, non poſſum heffere
fredam,
Pumphoſios nunc upmako & ſeuko undiq; floos,
Nunc hoſenbendros uploſo, & nadia circum
Kiko,& non findo, mox quando rurſus ad ipſos
Me ſeddo beukros,proh quam tunc plagere primũ
Incipiunt: ſæpe upſpringo,propterque dolores
In ſtuba circumdantzo, kiſoque; ſed illi
(O boſi deiri) nihil hæc ſcheltvvordia curant,
Sed quia lidendum eſt aliquid,lido illa ſed absque
Murmure non lido, nec eos vvegſpringere lato,
Cum krigo, meſtum nemo, vvegſchnidoque
Koppum,
Anne flöo quiſquam eſt in toto audacior orbe?
Non lopit, quando droſckeri fleglide Kornum
Uthſchlagunt,plagunt, ut vix arbeitere poſſint.
O kleinum deirum, tu non armenſia ſpernis
Agmina, Schvveinherdos,Scapros, Wechtrosque
tudenes,
Beilerosque armos miſere per ſtrata ſchreientes
Viſere non dubitas:Schelmos Deifosque beſokis,
Cumque illis vitam latis cruce, ac ſarlicke rado,
O te felicem flôe ſi vortelia noſſes,
Inque rauchis beltzis tantum,ſtoltisque vvoneres
Kleidris, in vvarmis hoſis, ſic tutior eſſes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Quam ſi bedleros miſeros miſer uſque beotis.
Nunc ut ad Wifras veniam jungfrasque behendas,
Quædam bereuram, quando non omnia poſſum.
Flogia turba hominum generi nõ ſyndior ulla eſt,
Quam Wifris: Wifræ ſtridunt noctesque diesque
Deiris cum ſvvartis, teinunt in krigia dira,
Ut ſæpe blauto ſittant, ſchreckibile viſu,
Sed multæ reliquas vincunt ſchelmſtuckibus argis,
Amplius & didicere olim quam fretere brotum.
Hæc quando ex doro lopunt ſub tempore faſti,
Atq; coxantes peddenu horunt ex fontibus üzos
Quos non audivere prius, tunc ſeſe crützere dextra
Incipiunt, ſvvartosque floos beſchvverere Wortis,
Ut cito lopere, ſpringere, krupere turba nigella
Cogatur Stubis, Kamris, Beddisque ſaliſque,
Qui tantum Wortis vinci potuere, ſed illa
Dum fiunt, Düflo Düflus vvegtrifit, & omnem
Ex huſo pulicem. Sunt deinde ex Iungfride turba,
Quæ bittrum kakunt dranckum de flore lupini,
Per omnes Kamræ vvincklos non ſpargere ceſſant,
Donec mane flous pereat qui liggit in Erda.
Aſt reliqui lopunt per agros, haluntque virentem
Herbam, quæ pulicum cepit pulicaria nomen,
Quam quando Sunnus nondum de vvolckibus altis
Schinit, per Kamras ſpargunt, tunc nigra caterua
Inſittit gruno folio, atque exugit acerbum
Safftum, ut non valeat rurſus verlatere blatum.
Tunc nemit beſmum virgo vvegkerit & herbam,
Atque floum ſimul uthkerit, dreckoque bedeckit.
Quid memorem? Cordus doctiſſimus ille Poëta
Nos exorſicare docet nigra agmina verſu?
Hic etenim ſchrifit ſepteno carmina libro:

 -- Nec

— Nec te nocturni pulices-que fatigent,
Nunc exorciſmum candide lector habe:
Manſula, corrito budigoſma tarantula calpe,
Thymmula dinari galba caduna trepunt.
Hoc novies lectum ſcanſurus concine verſus,
Tresque meri calices ebibe quaque vice.
Quis dubitet verum nobis cecinisſe Poetam?
O vos felices Wifras ſi talia vobis
Nota eſſent cunctis, non vel flôus unus in Huſo
Bliferet: vvordis, aut drancko, aut frutice bittro
Schvvartes deiriculos ſtundo dôderetis in uno.
Sed quid de rikis dicam, ſplendente potentes
Auro, ſæpe flôum vidi ſibi kruckere grotum,
Et ſeu captivum gelbenſi in ſchludere goldo,
Ut tandem upgeſat tenebroſo in carcere geiſtum,
Quid uero Wifræ quæ non didicere volantes
Arte flôos Kleidris ipſisque uthdrifere beddis,
Hæ ſæpe erregunt cum deiris krigia grota,
Nunc kragium uplôſunt, & ſeukunt titia circum,
Nunc tengunt magſs & vviſunt ſua ruckia blota,
Ut fengant ſchlagantq; flôos, nunc ſcürere lendos
Incipiunt, handos ſubſteckunt ſcortisque beinisq;
Quid ſeggam? ſæpe & ſoccos detreckere futis,
Vidi illas rockumque updeckere, & undiq; ſoccos
Nunc huc nunc illuc beſeuckere, ſtrickere ſeutos
Namque ſciunt Wifræ quod gerne in ſoccine vvonant,
Nec quando in Wullam ſemel inceſſere rugoſam,
Hinc poſſunt facile rurſus vvegſpringere, jam cum
Affertur ſoccus, Deus ô bone quanta flôorum
Agmina mitbringit, veluti ſi ſemine ſvvarto
Eſſet conſperſus totus. Tunc bella videres,
Tunc angſtum magnum drifit captiva flôorum
Turba, atque arbeitet toto cum corpore, ſnaflum
Uthreckit, beinos ad ſaltos ſettit, adholtit
Wolla vel eludit, tunc fengunt ordine Wifræ
Nigran-

Nigrantes ſchelmus, & tollunt banckio in hardo,
In diſcumve, hic hic mordunt, handisque tremendis
Invahiunt, ſettunt neglos id corpora ſvvarta,
Et gnick gneck ſpeunt, ut circum blautus in Erda
Fleitat, nec prius uphórunt, niſi tota caterva
Tradita ſit Dodo. Tunc leggunt agmina tanta
Vitam qui latuere ſuam, ut Wegrapere poſſes
Handis, ſed beſmo vvegkerunt, ſæpeque fullunt
Ingentem moldum, ſchudelumve & flumine mergunt,
Quid memorem Iungfras, megdasque ſchonunt (ne nigellis
Deiriculis? ſchenckunt vitam? non ſchenchere fas eſt,
Ajunt. Nam quando debent hæ ſpinnere Wockum
Vel quando Holnadium ſcarpis uthnehere nadus
Sittunt, nulla illis Freda eſt, ſit ſvvartus in huto,
Huto molliculo flous & ſe ſanguine mekæ
Füllit, repletus per Kleidros ſpringit & huppit,
Vexeritque adeo, ut Iunfræ ſæpe abſque pudore
Vprapant ſeſe & Beinos, Bauchumque bekickant
Et ſcürant, donec paulum Wehtagia cedant.
Sæpe etiam Cragium upmakunt, & Titia runda
Defendunt, arcentque floos, ne ſnaflide lædant,
Et blautum uthſugant. Namque hic embehrere multum
Non poſſunt. Eadem Megdæ faciunt, & ad unum,
Si fieri poſſet, vermes ad tartara nigros
Projicerent. Vidi quaſdam, non lego Gaſellas,
Si quando vaccas herdo nachdrifere vellent,
Solo himbdo indutæ poterant non heffere fredam
Nunc hando in ruckum fülebant, nunc ſua neglis
Tittia cratzebant, nunc lendos, nunc knigiosque,
Nec ſcio quid reliquum ſchürebant torve tuentes.
Hæc ideo vobis ô frattres ſchicko fideles,
Sæpe ut denckatis, gutumque lef hatis amicum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Et quoties bitunt vos nigri ſchnaflide deiri,
Et quoties handis veſtris ingripitis hoſos,
Fengere nempe floos, tales effundite Wortos:
Iam flous Hamburga quem ſchickuit urbe politus
Oldus Bekandus, blodum me ſteckit in hudum,
Scilicet ut denekomque ſui, denckamq; jocorum
Puſſorumque ſimul. Denckam ergo, cedito rurſus
Parve floe & noſtrum miſere quoque plage Bekantum
Frundum, ut ſit memor & nullis vergettat in annis
Noſtri, ſic durat Frundſchoppia. Nun is et uthe,

DE COR-

Diſputatio

DE CORNELIO

&

EIVSDEM NATVRA

Ac Proprietate.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Theſis I.

QVanquam ſcriptitandi cacoethes noſtri ſeculi homines ſupra modum intoxicavit, adeo ut omnes mercatorum, clericorumque bibliothecæ voluminibus farciantur: nemo tamen inventus hucusque mortalium eſt, qui utiliſſimam de Cornelio materiam in apricum eruerit.

2. Cujus rei cauſam nos contra Thelaugen, qui ſterilitatem pro cauſa adfert, in ejus difficultate ſitam defendemus.

3. Eſt enim nodoſa, cerebroſa, & rugoſæ frontis materia, ut recte dixiſſe videantur Vltramontani, non eſſe eam bonæ fidei ſed ſtricti juris.

4. Nos igitur de re literaria bene mereri operam dantes, practicabilem hanc materiam proponemus, ut huic labori addictis feneſtram aperiamus penitius introſpiciendi & meditandi.

5, Id quod nulla ratione aptius fieri cenſemus, quam ſi quis egregie pictus, hoc eſt, ut Zonatas interpretatur, probe fuſtigatus, variisque coloribus à lictoribus ornatus, ſecum ſolus ambulet, in locis, quæ hominum frequen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

frequentiam non facile admittunt, ibique crumenam ſuam ære vacuam aſſidue inſpiciat.

6. Quid autem ſit Cornelius, & unde dictus, variæ ſunt literatorum ſententiæ, nullaque adeo facultas eſt, quam non ſtrenue Cornelius hic exerceat.

7. Theologi quidem in ſacris bibliis hanc quæſtionem non attingi affirmant, nec eſſe de talibus admodum inquirendum, cum plus ſatis ſit, ſi rem ipſam habeamus. Qui n. Cornelium habet, non multum ſollicitus eſt de ſubſtantia aut nomine ejus, quin retro ad cauſam ejus utplurimum oculos flectit.

8. Iurisperitis Cornelius eſt defectus pecuniæ, qui ei, qui multum debet, facultatem ſatisfaciendi eripit, & eundem ſubterfugere facit, ſicut & fugitivus indidem nuncupatur, in l. 5. C. de recept. arbit. Verum hæc definitio cum nimis ſit anguſta, recte exploditur à Don: Anton. de Crampaginis tract. de fum. & flam. c. 6. n. 194.

9. Neque vero cum Medicis facimus, aſſerentibus Cornelium eſſe paſſionem animi, quæ contraria cauſa reprimitur: nec enim ſemper contraria repellitur Cornelius, quod videre eſt in irato verberato ruſtico, adverſarium ſuum demulcente pugnis, quem certe Cornelium habere nemo

ibit

ibit inficias: hic ſi pulſari deberet ab eo quem ille jam caſtigat, in tantum per hoc contrarium Cornelius ejus non tolleretur, ut etiam augeretur.

10. Philoſophorum opinionem, quamvis communem dicat Plato, nos rejicimus, ne tamen quid neglexiſſe videamur, etiam huc referemus: Exiſtimant illi Cornelium eſſe nomen inane fine re, ortum ex feſtivitate quapiam: Cum enim in comico ludo quidam Cornelii nomine, Conſcientiæ perſonam ſuſtinuiſſet, isque ex ſcenis prodiens, chorum ſemper lætum inventum, ſubinde digrediens triſtem ac mœrore plenum reliquiſſet, abiiſſe has affectuum vices in proverbium, ut quoties quis ſolito mœſtior eſſet, diceretur Cornelium habere. At hæc ſententia communiter improbatur, cum aliter in praxi edoceamur.

11. Nos igitut, utpote qui nulli facultati nos mancipamus (ſimiles enim ſumus Achilli illi Perſeo, qui de omnibus materiis æque feliciter diſſertabat) cenſemus, Cornelium nec hominem ſimpliciter eſſe, nec ſpiritum: Omnino enim cum Lactantio ſtatuimus duo Dæmonum genera, cœleſtes & terreſtres: & putamus Cornelium eſſe ſpiritum corporeum ex atræ bilis copia conflatum, qui certis exacerbatus cauſis hominem inquietat. Vnde Germanicum illud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

illud ariolamur eſſe, quoties Corneliosum quem contuentur, ut dicant, **Er ſchlecht ſich mit dem Teuffel.**

12. Derivato nomine à græco κορέω id eſt, ſatio, ſeu ſaturo, & νηλεὴς, id eſt, immiſericors, ſeu crudelis, dicaturque Cornelius quaſi κορέων νηλεῶς, id eſt, crudeliter ſatians. Teſtatum enim experientia fecit, eos qui hac peſte onerantur, ita inhumaniter excipi, ut per unicum modo diem laborantes jam tum ceperit Cornelii ſatietas.

13. Cauſam efficientem ſi quærimus, non unam reperimus, idque hac in materia mirum eſſe monet Hypocras Guidore de ſect. venar. c. 7. Cum enim alias unus filius uno ſaltem patre poſſit gigni, hic tamen unus filius, id eſt, Cornelius, pluribus ex cauſis, iisque ſeparatis naſcitur.

14. Pro varietate autem temporum & locorum, perſonarum item circumſtantiarum aliam atque aliam matrem agnoſcit Cornelius. In his enim eſt ex defectu pecuniæ: in aliis ex amore: in aliis ex crapula: in aliis ex verberibus: in aliis ex chartis luſoriis: in aliis ex melancholici humoris ebullitione, &c.

15. Sic nonnullos Cornelius invadit tempore matutino cum ſurgendum eſt, quo tempore etiam meditationes ſuſcipi conſueverunt de ſolœciſmo pridie per vinum commiſſo:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

miſſo: quoſdam veſpertino tempore cum caupo ſe diutius potum daturum renuit: alios poſt meridiem, quando amica in horto relicta ad urbem redeundum: alios media nocte cum ad caveam, ſeu ut Romani loquuntur, ad carcerem migrandum.

16. Pari ratione quidam in conclavi ſuo Cornelium ſentiunt, dum labores, libros, præceptores, & id genus aliud nugarum inveniunt, nullos autem compotores aut confabulantes; quidam in templo, dum concio nimium protrahitur: quidam in area nuptiali, dum amicam abeſſe ſuam comperiuntur: quidam in lecto, cum lectus denuo bibit, quæ ipſi ſub veſpere biberunt: quidam in foro dum amaſiam ſuam præterituram præſtolantur, quæ tamen alii juncta patrono ægrotum hunc partum curat, hinc illæ lachrymæ, dolor, fletus, & ſtridor dentium.

17. Quidam juxta alios incedentes, Cornelium inde concipiunt, ſi alteri ſuperiorum locum relinquere debeant, qui tamen longe & dignior & honeſtior eſt. In hos autem quadrat illud Apoſtoli: Exi Moloſſe pædis, ubi flagellum? nec tam poſſunt Cornelioſi vocari, quã aſini & Cnolli, qui ſibi vel Fabiorum proſapiam vel Solonis ſapientiam imaginantur; cum tamen, ut Propheta inquit.

Non ſiet in toto corpore mica ſalis.

18. Præter hos omnes nonnulli paſſim jugibus

bus Cornelii ſpiculis tanquam Furiis agitantur, eumque, ſicut ædes teſtudo, adſidue ſecum portant, quales ſunt ii, quibus fumus eſt in domo, id eſt, quibus mala herba, ſeu, ut vulgus ait, mala mulier eſt: Item, qui ad ſcientiæ & doctrinarum mercuturam in Academias ablegati, omiſſis literis, alias ſibi merces, ut ſunt vinum, cereviſia, meretrices, aleæ, folles, equi, & id genus alia, comparant: & poſt modò domum revocati à parentibus, tabernam ſuam aperire erubeſcunt: mercium enim emtarum pudet & nummorum conſumtorum tædet, jamque ſunt & manent miſeri ſocii, coguntur que vel agriculturam, vel cauponariam, vel cereviſiæ coctionem, vel tale quid arripere, ſuntque miniſtri, cum eſſe domini potuiſſent, in quos cadit illud Prophetæ:

Conſumtis tandẽ fœcunda in pocula nũmis,
  Hoc veri invenio: nil ſcio, nil habeo.

19. His accedunt & illi, quos avaritia, omnium malorum radix, obſedit. Hi enim, ſi judices ſunt, qualis eſt ille, nec Deum, nec homines formidans, Luc. 18. partem nullam l œta expediunt fronte, niſi ſciant

Quod poßit gravis ære domum ſibi dextra redire.

Si mercatores ſunt, nunquam ſatis nequiter aliis impoſuiſſe ſe credunt, hi ſcilicet enim aliquando audiverunt, licere ſe mutuo in emptio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

emptionibus circumvenire, idque dicunt Iurisconſultos concedere. l. in cauſæ. 16. §. 4. ff. de minor. Si alterius generis ſunt homines, quales Ariſtot. 4. ethic. 7. βαυκοπανούργους indigitat, quales ſunt monachi, & id genus homines alii, nihil humanitatis à ſe faciunt proficiſci, niſi videant brachia græca & manus dativas.

20. Materia Cornelii ex definitione colligitur: cum enim humidum radicale ſit tenue, & calor nativus imbecillior, oritur ſpiritus quidam ſiccus & frigidus, ater, triſtis, raro ſubridens, ſui impos, qualitercunque condenſatus & incorporatus, & breviter tale Monſtrum, cui nec Homericus Polyphemus, nec Vergiliana Fama, nec Ovidiani gigantes, nec Horatiana pictura, nec ullum vel à VVigoleiſio, vel à Seufrido, vel ab Amadiſo, vel à quopiam neceſſariorum ejus, debellatum portentum comparari queat.

21. Formam Cornelii intuentibus, pro diverſis ſubjectis in quibus dominatur, varie ſe inſtar Protei manifeſtat. Quidam enim hominum conſortia fugientes ad loca ſolitaria properant: alii verſantur quidem cum mortalibus, ſed taciturni, cernui, moroſi, quibus dici ſolet, eos Calendaria componere, aut ſpeculari in divinis, aut claves quærere, aut Cornelium habere, quorum poſtre-

poſtremum prioribus tribus verius nos exiſtimamus; nonnulli, præſentibus aliis, ubicunque recurſis ſpaciis deambulant,
Spectantes terrã, manibus poſt terga rejectis,
& ſuccinentes ſibi melancholico murmure, cujus harmoniam nec ipſi, nec alii, ſed ſolus qui eos vexat, Cornelius intelligere poteſt.

22. Finis eſt, ut agnoſcant mortales omnes, verum eſſe quod ſcriptura dicit: Omnis ſtultus eſt fatuus, & omnis fatus eſt ſtultus: qui termini an ſint per omnia convertibiles, relinquo Philoſophis, quorum ſunt proprii.

23. Objectum Cornelii ſunt res, Actiones & verba. Res, ut calcei, veſtes, uxor, ligna, candelæ, ſanitas, morbus, vinum, virgines, cereviſia, compotores, corrivales, pulices, pediculi, quamque primo decuiſſet loco poni, pecuniæ, & ſimiles. Actiones, ut ſi cochleatorem impediat matris præſentia, quo minus oſculari ex voto poſſit Venerem ſuam: ſi quis cucurbitari ſe norit, quod tamen mutari nequit: ſi patientiam Socratis addiſcere quis tenetur: ſi quem pulices infeſtant, ubi capere dedecet: ſi puella ſuperciliosa, quæ ſe Dianam aut Iunonem eſſe perſuadet, ne nimis demiſſa, aut humilis videatur, procum ſuum aſperius repudiavit, quem tamen perditè amat, & reverti iterum ac inſtare, tacitè exoptat: ille verò nihil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

nihil de ea ſollicitus aliam, quod ajũt, quercũ excutit, ſimilis cordato illi Canonico Herbipolenſi, qui concubinę ſuæ electioné dabat, utrũ appellari mallet, **ein Ertzhure**/an verò **ein Landhure**. Verba, ut ſi cochleator amaſiæ ſuæ verba duriuſcula extimeſcit, & reconciliationem redimit annulo, armillis, ſericâ tunicâ, molli thorace, aut ejus generis pretioſo Xenio, aut ſi lepus quidã, cui cor in caligis, Thraſonis alicujus minis perterrefactus, pacẽ & reqniẽ emit aliquot Ioachimicis, aut ducatis, aut florenis, in conviviũ cõmune exhibitis, memor iſtius Mar. Æne. 11.

Nulla ſalus bello pacem te poſcimus omnes:
& illius ſacri: Pacem inter vos alite, Marc. 9.

24. Effectus Cornelii interdum bonus eſt, interdũ tolerabilis, interdum vero peſſimus.

25. Bonus eſt, cum reſipiſcit morio, ſeque peccaſſe intelligens, mores abinde corrigit: ut ſi puer mechanicus aut mercatorius, alaparum impatiens, à magiſtro, dominove ſuo aufugit, ſed poſtea miſeriarun impatientior, revertitur & pati conſvevit. Item ſi adoleſcens cum loculo turgente ad Academias accedene, inq; omnibus cõviviis primas obtinere cupiens, magnificus, pugil, eques, miles, dimicator, venator, aleator, clamator, ſcortator, potator, viridis, gilvus, ruber, cœruleus, flavus, fulvus, ravus, Italus, Gallus, Iberus, Anglus, nunquam Germanus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

nec veſte, & paucis loquendo, **ein Dollerhund oder Stutzer** / tandem dilapidatis nummis, abſumto tempore, ætate provecta, deceptis offenſisque parentibus, cum vidit ſe ſtolide egiſſe, agnoſcens barbam creſcere, patrimonium evaneſcere, pallium vileſcere, & caput nihil diſcere, ad meliorem frugem rediens, vitam emendat, & in virum magnæ dignitatis evadit, id quod tamen rarius practicari in foro teſtatur Gail. 3. obſerv. 50. n. 34.

26. Medius effectus eſt, quod impediat orexin, inducat pallorem, rugas, taciturnitatem, extinguat ſales & omnes delicias, &c.

27. Peſſimus eſt, cum invaleſcentes ſpiritus impuri vires hominem adigunr:

Vt nodum informis lethi trabe nectat
ab alta,

(ignoſcite, nam hoc morbo, proh dolor, laboro, ut ſæpiſſime vel non cogitanti erumpat verſus, quod idem & Ovidius de ſe queritur 4. triſt. 1.) alius, non poetaſter, ſic effaretur, ut ſe ſuſpendat. Verum cum hoc Cornelii genere nihil nobis eſt negotii, ſed Theologis & Iurisperitis hoc elaborandum relinquimus, qui id exiſtimant, ex læſæ conſcientiæ vulnere pullulare; & Iuvenal. Sat. 1. vocat mentem criminibus frigidam: contra quam frigiditatem, nec medici ullam

repe-

repererunt antidotum præter laqueum ſtupeum, quem adeo dicunt infrigidare, ut hanc frigiditatem prorſus extinguat.

28. Nunc in gratiam valetudinariorum hac peſte correptorum, pauca ſubjiciemus contraria ſeu remedia, quibus hic ſemiſpiritus fugari plærumque ſoleat: quorum in numero primo recte collocamus Somnum: qui enim dormit, non peccat. Et hæc eſt vera ratio, non ea quam adſtruit Virg. Æneid. 6. quod ſopor ſit lethi conſanguineus. Quanquam minus hoc in Virgilio miramur, cum ſit Poeta, id eſt, nugivendulus, ut recte objicitur poetæ in bello grammaticali. Quod ſi Cornelioſus dormire nequit, aptiſſimum eſt, ut vigilet, ſed res non caret difficultate, teſte Hippocrate Sect. 2. aphoriſ. 1.

29. Quod ſi ſummo non vinceretur, recipe tres congios vini Malvatici, tertio purificati, cum pane bis cocto, & miſce ut fiat cibus: ſi parum id juverit, adde ſextantem ſpiritus vini mixti aquâ notâ: ſi nec dum incalueris, accede ad ignem Terentii, caleſces plus ſatis.

30. Nonnulli ſuadent recipiendos eſſe novem ſacculos, mediæ magnitudinis, Ioachimicorum, cum totidem ſacculis aureorum, qui miſceantur, & fiat permutatio in tabernis cum rebus, quibus indiges. Hic modus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

modus ſanandi tam à Theophraſto, quam à Galeno & Averroe præteritus eſt ſed nec Dioſcorides, nec Veſalius ejus meminerunt, quod mirum eſt, cum alias viri fuerint doctiſſimi.

31. Nos vero tædebit arcanum quippiam communicare; quod à nemine mortalium literis proditum eſt, & tamen præſentiſſimum juvamen (cupimus enim de omnibus bene mereri) recipe igitur tonnam electri, auri puri, addito Complexu virginis, vividi coloris & ſucci plenæ (ſunt enim & aliæ virginum ſpecies) & utere quoties lubet, non tamen ultra quinquies in ſingulas 24. horas, ne nimio ſuo calore, laborantem exſiccet & languefaciat.

32. Hæc de medela ſatis, ne quis nos empyricos aut ſeplaſiarios credat. Nunc dubia quædam de Cornelio ſubnectemus, à paucis hucusque prodita.

33. Quæſtio elegans eſt, an perpetua moroſitate laborantes, ſicut Areopagitæ illi, qui in Trophonii antro ſomniaſſe videntur, quos vulgus Mopſos appellat, Cornelioſi nuncupari queant. Hos à negantium partibus ſtabimus, quia rectius murroſi vocantur.

34. Corneliosum non poſſe bona conſcientia ridere multi adfirmant, quod falſum eſt, nam conſcientia in riſu non conſiſtit, ſed in corde & animo.

35. Invi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

35. Invidum recte dicimus Corneliosum cum omnibus ethicis: toties enim paroxiſmus effervescit, quoties cum alio bene agi cernit. Verum qui perpetuo livore turgidus alios opprimere ſedulo conatur, potius virum malum nominari cenſemus, qui una cum Cornelio in Inſulam deportetur, ut vocant Iurisconſulti.

36. Qui Cornelio tribulatur, teſtis eſſe in judicio utique non cupit, quia non eſt mentis compos, at teſtes tamen habere poteſt, nec enim propter Cornelium civis eſſe deſinit.

37. Suſpendendus, an poſſit Cornelium habere nonnulli ambigunt: Communiter tamen affirmant, id quod & nos credimus contra Palæmonem.

38. Corneliosum poſſe bonum virum nuncupari probabimus: idque vel eo ſolo, quod Cornutus, id eſt, cujus uxor eſt communicativa, poſſit Cornelium habere, cum tamen ipſe bonus vir ſit, quia patitur, quod multi non paterentur.

39. Cornelium eſſe ſpiritum ex humore natum diximus: ſed de ſexu quæritur, an Cornelius ſit etiam mulier. Nos putamus Cornelium eſſe generis maſculini, ſed in fœminis tamen potenter quoque dominari, præſertim in virginibus annoſis, in quibus tam alte ſuas extendit radices, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

etiam in fronte & facie paſſim promineant.

40. Qui inſano amore compulſus matrimoniū promittit, uxorem ducit, & poſtea nihil habet, quod edat, nec didicit, quo ſibi victum quærat, poſſe cum Cornelio tactum dici putamus, ſed tamen beneficium impune eſuriendi non eſt ipſi denegandum.

41. Quoties Corneliofus inebriatur, pulchre dubitatur, an ipſe Cornelius ebrietatem ſentiat, quod omnino aſſerendum arbitramur. Videmus enim ebrios Cornelio plærumque non vexari, quod utique non contingeret, niſi Cornelius quoque inebriaretur, ille vero vino delectatus, malitiæque ſuæ oblitus, hominem tunc lætari ſinit usque in craſtinum.

COROLLARIA.

I. Grammaticum.

An Cornelius poſſit declinari? Adfirmamus, præterquam in genitivo caſu, quem non putamus eſſe declinabilem.

II. Dialecticum.

An Cornelius in homine habeat reſpectum ſubjecti occupantis, an ſubjecti occupantis: Poſterius affirmamus: nam falſum eſt, quod vulgus dicitur non habere Cornelium. Nos enim Cornelium non habemus, ſed Cornelius nos habet.

III. Rhe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

III. Rhetoricum.

*Dictum eſt, ſuſpendendum poſſe Corneli**o**ſum eſſe, quæritur, quo tropo hoc dicatur, reſpondemus per* ταπείνωσιν ſeu μείωσιν, *eſt enim non mediocris extenuatio.*

IV. Muſicum.

Cornelius, licet per omnes declinabiles caſus poſſit cani, ſuaviſſimum tamen in ablativo ſtatuimus, ibi namque vim ſuam exſerit Lydius, teſte Caſſiodoro 2. variar. 40.

V. Arithmeticum.

An cadat numerus in Cornelium, negamus. Continetur enim monade: at monas non eſt numerus, ſed numerorum origo, teſte Macrob. ſomn. lib. 2. c. 2.

VI. Geometricum.

Poteſt ne Cornelio applicari quod Geometris celebratur, bis bina bis eſſe ſolidum? adfirmamus, quia Cornelius eſt quadratus, hoc eſt, ruſticus & impudens, qui etiam non vocatus & ad invitos venit.

VII. Aſtronomicum.

Cui ſigno conveniat Cornelius, in Zodiaco reſpondemus. Capricorno per omnia

VIII. Theologicum.

An Cornelius in aere degat inter alios male conciliatos nebulones, reſpondemus negative, ſemper enim cum hominibus verſatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

IX. Iuridicum.

An Cornelius poſſit contra Cornelioſum agere interdicto uti poſſidetis, Negamus, quia Cornelius vi poſſidet, cui non datur hoc interdictum l.1.§. ult. ff uti poſſidet.

X. Medicum.

An Corneliοſus, quatenus Corneliοſus eſt, poſſit dici Cacochymia laborare, ſic phlebotomiam utiliter adhibere, Negamus, niſi per accidentiam, ſi nimirum Cornelius tenacior ſit. XI, Phyſicum.

Cornelium augmenti & decrementi eſſe capacem, atque ita ſubjacere alterationi, arbitramur, contra Ariſt. de generat, & corrupt. lib. 3. c. 33.

XII. Metaphyſicum.

Cornelium eſſe Ens, putamus, & propterea eſt in loco, nimirum intra capitis territorium, ubi etiam jus dicit & accipit.

XIII. Philologicum,

Dubitatum meminimus, uter ſit natura prior, ipſene Cornelius, an vero Corneliοſus. Hunc eſſe priorem ſtatuimus, tanquam ſubjectum adjuncto ſuo.

XIV. Politicum.

An deceat in bene conſtituta repub. Corneliοſos habere, negamus: tunc enim, teſte Platone, beata eſt respubl. cum cives ſunt beatiſſimi. At beatus nemo dicitur proprie, qui Cornelio afficitur. Ergo &c. Si qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

igitur cives Cornelium habent, id de facto fieri apparet.

XV. Hiſtoricum.

An Cajus Cæſar cum acceptis vulneribus veſte faciem tegeret, jam moriturus, ſub illa veſte Cornelium habuerit, negamus. Eſt enim hoc Cornelij genus irregulare, rectiusque dicitur ægrotum eſſe, qui vulneribus confectus animam agit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

DE BEANIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

DE POSITORIBVS ET BEAnorum Chirurgis S.

Cum hoc ſymptoma priſcis ſeculis ferme ignotum jam indies magis divulgetur, pluribus etjam adhuc Medicis ignotum male curetur, ita ut ægri ſępe ſuccumbant, aut pejores recidivas patiantur: Operę precium duximus, ob publicam utilitatem, ea quę in praxi jam aliquot annos obſervavimus, hoc loco proponere, ut tam fœdæ luis accuratior pateat natura & curatio.

2. A nomine ideoque rem auſpicabimur. Vocantur hi patientes Latinis, ut Ciceroni & Quintiliano, Beani, Beanuli, & Archibeani, & à primario ſymptomate, Cornuti, licet diſtincturi ſimus in progreſſu ſermonis. Germanis Bachanten/ Pennal/ Lanep/ Gehörnte/ Wilde/ quod vix cicurari poſſit, Geſchoſſene gEſeln Græcis ἄνεν, licet hoc nimis ſit generale. Hebræis ובירת. Nos autem Grammaticis vocabula linquentes, ad pugnam tam ſęvi hoſtis properamus.

3. Beaniſmus hic definiri poteſt, quod ſit ſymptoma actionis depravatæ facultatis principis, à parentum ſemine & mala educatione, vel utriſque ortum ducens, & cornibus extra cranium exeuntibus ſe prodens.

4. Et licet multiplex ſit hoc ſymptoma, & varie dividi poſſit: optima tamen diviſio eſt, in ARCHIBEANOS, BEANOS, & BEANVLOS.

5. Archibeani ſunt in quibus malum plane inveteratum, & cornua habent plurima, maxima, fœdi coloris, medullata, tetrum odorem exhalantia, inæqualia, ramoſa, dura, aſpera, quadrata, nigricantia, longa, curva, & dicuntur POLYCORNES.

6. Beani mitiora quodammodo habent accidentia, cornua ut plurimum bina, eaque media inter utrosque, liventia aut flaventia, aliquid habentia medullæ, & dicuntur BICORNES.

7. Beanuli cornu Vnicum ſaltem habent ſatis acutum, in medio plerumque frontis, duorum aut trium cubitorum, idque molle, glabrum, rotundum, ſimplex recta ſurſum tendens, ſubflavi coloris, parum fætens, copioſæ medullæ, &c. & hi appellantur MONOCEROTES.

8. De loco affecto imprimis ſollicitos nos eſſe oportet, nam fruſtra alias in curatione ſudabimus: eſt autem is cerebrum potiſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

tiſſimum, & quidem membrana ipſius dura mater, qua inde nomen habet, ubi etiam plerumque deſinit, licet ad radices oculorum quandoque pertigiſſe referat Doctiſſ. D. Cajus Cornarius in ſua praxi nondum edita ſol. 2036 5126. Qui quoque ſuſpicatur corneæ tunicæ inde nomen migraſſe.

9. Cauſſæ hujus affectus multiplices, Aer ſylveſtris & obſcurus, qualis eſt in ſcholis particularibus, ut ſunt Lavingana, Lyncenſis, &c. Item Dolpelhuſenſis, Bubendorfenſis, Stockfiſchhuſenſis, Peckelheringenſis, aliquibus in locis Bavariæ, Sveviæ, & adhuc Miſnæ, Grimæ & Portæ. Item Halæ, Magdeburgæ, Brunſvvigę, Hildeſiæ, Amſtelrodami, Stetini, Lubecæ, Bremæ, Padelbornæ, Savvfurti, Stierfurti, Hasfurti, Serveſtæ. Breſlavia, Amberga, Naunburgi. Duſſeldorpij, Vltrajecti.

10. Apud varios varij cibi in cauſa ſunt, & quidem ij qui craſſum imo craſſiſſimum generant ſuccum, ut carnes animalium cornuterum, aſinorum, aſellorum marinorum, panis item ſcholaſticus, caſeus putridus, præſertim **der Hafenkäß den die alten Weiber verkauffen**/fabæ & legumina reliqua, unde perſpectus Pythagoras ſuos diſcipulos arcebat à fabis, cerevilia craſſa, &c.

11. Motus etiam hic recenſendus. Nam videmus eos qui vagantes, cantantes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

curſitantes, vociferantes, balantes, bacchantes, clamitantes, vorantes, potantes, ingurgitantes, mendicantes, hiantes, boantes, in curta tunica ſaltantes, nullum angulum intactum relinquunt, hoc malo potiſſimum detineri, urgeri, torqueri. Sic è contra, qui in clauſtris, carceribus, cellis, ergaſtulis, angulis, cameris ſcholaſticis tanquam piſtrinis, mille repagulis, compedibus, vincti, catenati, ferrati, ligati, ſervati, ob inopiam aeris purioris in hunc affectum prolabuntur, aut prolapſi confirmantur.

12. Somnus & hoc loco aliquid poteſt. Qui enim ex ijs glires agant, magis divexantur. ut noctu hiantes, renchantes, ſternutantes, furzantes, cacantes, ſchnarchantes, &c. Hiantibus præſertim magis periculi ſubeſt, noctu enim animalcula, ut cimices, pulices, culices, tineæ, veſpertiliones os intrantes, irreptantes permordantes, & mentem perturbantes, divexantes, ſubtile ſerum exiccantes, & mala alia excitantes, miſellos hoſce aſellos miſelle excruciant & dilaniant. Idem quoque de vigilia eſto judicium.

13. Excreta & retenta ſuum quoque in hoc affectu locum habent. Dum enim pulverem ſcholaſticum abſorbent, deglutiunt, imbibunt, atrahunt, coquunt, aſſimilant, apponunt, magnum cornibus fulcrũ addunt, ita etiam bono quoque alimento ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

to excluſo, & excreto fæces ſibi reſervant, & ſui infortunij authores exiſtunt. Ex pathomatis ſunt ora beanina, timor für den wilden Großvattern vnd für den ſchlüſſeln / ut & virgis & alapis des groſſen Schulfuchſes / qui Archibeanorum omnium eſt pater, avus, abavus, atavus, proavus, vhr / vhr / vhr groß Altvatter vnd Rabbi, Khimmel, Pavor, mœſtitia, horror, rigor, perturbatio mentis, fruſtrati amores, queïs ſequitur Deſperatio aſinina.

14. Proxima cauſa eſt lac maternum, mala educatio, Vnde craſſi exhalantes fumi mentis ſedem occupant, quos dum fruſtra natura expellere conatur, tandem in duram & corneam ſubſtantiam corvertens eam, extra cerebrum foras protrudit.

15. Signa. Primo prodit ſe intuitu Beanus, cornua enim gerit ſatis manifeſta & conſpicua, extra pileum protuberantia, pulſus ipſi magnus, vehemens, celer, durus, plenus, freqvens, inæqualis inæqualiter, his vel ſæpius feriens, ſerratus, caprizans omnium frequentiſſimus apparet. Vrina craſſa turbida, cruenta, fæculenta, inſtar jumentorum cornutorum, plurima, fœtida & graveolens, rubra, imo etiam nigricans, vel viridis, ſpumans, in qua volitant ranæ, cantharides, lacertæ, veſpertiliones, ſcorpiones, ſubſident ſpectra, capripedes, capræ ſaltan-

tes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

tes, draco volans, grandines, &c, Inveniuntur etiam ramenta cornuum, capita leporina, flatus retenti ſurſum tendentes, nolæ quæ pugni magnitudinem ferme æquant, & id genus alia tonitrua: torvis tuetur oculis, juxta illud: torva tuentibus hircis, Frons ipſi Simiæ aut Aſini, capilli recti, rigidi, craſſi, **wie ein Pfennigſtrick**/ impexi, qui findi poſſunt in 4.5.6.7. & plures partes: caput quadrangulare, nigricans, exuſtum, calidiſſimum, duriſſimum, diſtortum, acutum, os hiulcum, inſtar proboſcidis elephanti, dentes aprini, exerti, prominentes, prælongi, craſſi, oculi cyclopici, aures leporinæ, ſurdæ, collum picis inſtar niveum, barba aut nulla aut ſchuſtralis, inculta, ſqualens, horrentibus aſpra dumis, nares curvæ, aquilinæ **rumpffig wie die ſchaaffnaſen**/ ſpirantes avernum, exhalantes Mephytim, facies plane Æſopica, Therſitica, Marcolphica: corpus denique totum

Monſtrum horrendum, informe, ingens,
cui lumen adenptum.

16. Signa alia moralia maxime hic notari debent, inceſſus ciconialis ſecundum tabulaturam Belgicam, hinc inde nutans & ISTAE & ISTAE DOMVS MEAE ſunt innuens, gradus, grallatorius, interdum teſtudineus vel formicinus, interdum velociſſimus. Pallium: etiam habent ægri

ab Vno

ab Vno latere dependens, quando domo exeunt pallium non ſtatim applicant, ſed poſtquam jam aliquot ſtadia vel jugera fuerunt emenſi, de brachio, in quo inſtar virginis puerum recens natum baptiſmo deportantis, ante geſtarunt & ſcapulas ſuas latas, ventrem ſeſquipede exſtantem, abdomen inſaturabile, turgidum, inexplebile tegunt. Pallijs ſe quandoque involvunt, ſeu ſubcingunt in primis cum ex Gallijs veniunt, vel in nundinis Francofurtenſibus Gallum viderunt. Ligulas circa collum pendentes aeri exponunt. Oculos habent Vranoſcopi, manus geſticulationes hiſtrionicas exercentes **wie endere Fabelhanſen vnd** cornuti **Vettern/** vociferationibus, coaxationibus, mugitu, rugitu, grunnitu, gannitu, boatis, balatu latratu, ceu ruſtici temulenti implent omnia templa, plateas ædes, hoſpitia, cubicula, popinas, latrinas, fora, quatuor mundi Elementa, imo, cœlum, infernum & purgatorium, Limbum Sanctorum Patrum, ſummo quaſi Iovi & Plutoni iuſultantes. Canum etiam inſtar ipſo meridie quemvis murum permingunt, præclari Diogenis Cynici imitatores, O MORES! O RES!

17. Nimis adhuc parum diximus, ipſorum modeſtia plane eſt immodeſta, gregatim volant ut grues, catervatim diſcurrunt

ut ſues:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ut ſues: meros ipſorum in menſa horrores aliorum, canini, volâ utrâque illotâ (nam certis anni temporibus pro ſua devotione & ſuperſtitioſa religione lavant manus) pro cochleari utuntur: os cibis & bolis infarctum & gravatum clamitationibus diſtendunt, quaſi eſſent in balneo, muſcas carnibus, caſeis, panibus & patinis inſidentes, veluti Iuſtitiæ cultores ſingulari dexteritate ipſis ſolummodo propriâ, Cyclopice, miſerabiliter, horribiliter, immaniter, crudeliter, truculenter, fraudulenter, inhumaniter jugulant, decollant, excrutiant, exenterant, exoſſant, trucidant, diſſecant, diſcindunt, diffindunt, diffringunt. Vtroque cubito tanquam firmis fulcris, aut Herculaneis (plus ultra) columnis innituntur, perforant orbes, quadras, cochlearia, boream naribus ſpirant, diductis hinc inde labijs reſonando vorantes ſues Bavaricos & Bohemicos imitantur. Et ad ſummam, degluciendo tantam molem abſumunt, ut ſi hoc comparemus antiquis, ipſum Milonem Croteniatem oporeret manere domi.

18. Doctrina pollent tam excellenti & multiloqua, ut in minima ne cedant antiquis veteres Philoſophos, licet nunquam viderint tam exacte tenent, ut quamvis tyrones cum emeritis tamen pugnare auſint. Idem de reliquis eſto judicium. Tot com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

compendia, tot methodos, tot denique inveniunt nova, inaudita, inuſitata, mirabundria, ut antiquitatem obſcurare videantur, Sed interim tamen perpetuas lites agunt cum Priſciano & Ælio, proh DEVM:

Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes Bacchantum ſcribere formas
Sufficerem.

19. Amant quin etiam, quod mirum: an amentur, dubitamus ſatis, Interim tamen acquirunt ut quærunt potius amorem varijs modis, inter quos:

Cithara ſchuſtralis eſt omni tempore talis:
Qualis Bacchantum, magna cum voce balantum,

Inſuper canunt ob numeros & ſaltant per plateas, tantummodo cum Beanis converſantur, ſimilis enim gaudet ſimili, ſecundum verſum:

Cornua fer tecum, ſi vis colludere mecum.

20. Ne cornua omnibus appareant, pileum, tametſi honeſtum virum prætereant, non detrahunt, ſi ab alijs detrahatur, illi modice extrema tangentes cornibus ſuis parcunt & gravitatis Beanicæ ſpecimina edunt. Imo magis fugiunt honoratum virum quam Diabolus, quod ajunt, crucem, & aquam luſtralem, aut annoſam vetulam.

21. Cum diutius hæſerimus in ſignis, prognoſtica breviora faciemus. Sciendum itaque Archibeanos eſſe incurabiles. De

Bea-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Beanis rem eſſe lubricam: Beanulos autem bene curari poſſe. Incipiunt autem cornua foras exire circa tempus pubertatis, & poſt vigeſimum primum vix eradicari poſſunt.

22. Et ne quis ridiculum exiſtimet ſymptoma hoc incurabile eſſe, afferemus aliquot hiſtorias, extant apud ſupra citatum ornatiſſ. doctiſſ. & fide dignum Cajum Cornarium Centuria curationum 28. lib. 99. fol. 2163895120.

23. Primus patrum noſtrorum memoriâ vixit Lobedæ ibidem ſcholæ miniſter, laborans hoc affectu, qui à Medicis omnibus pro deſperato relictus miſere obiit, cujus hoc extat Epitaphium:

Heus tu qui præteris, gradum
Siſte, conſidera fatum
Nefandum, miſerabile,
Durum, miſerabile,
Iohannes guck ins muß genant
Qui natus eſt im Hörnerlandt
Hic dum vellet deponere
Cornua, præ magno onere,
Propter ingentes mærores.
Et maximos dolores,
Mortuus eſt, jacet in pace,
Iam abi domum mox, & Tace.

B. AN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

B. ANNOS. XL. M. II. D. V. VIII.
Θ. ANNO. M. DC. LI. VI. IVLII.

24. Extat & aliud Lavingæ cujusdam, qui poſt mille dolores miſere obiit ob putreſcentia cornua & vermium in caritate ipſorum multitudinem enatorum, hoc modo:

Hier liegt begraben Käß vnd Brodt
Den hat ermordt der bitter Todt/
Dieweil er glitten groſſe Not/
An ſeinen Hörnern ohne Spott/
Sie ſeind geweſen gantz Blutroth/
Vnd haben geſtuncken wie ein Koth/
Darzu gewogen wol tauſent Loth/
Dem wol gnaden der liebe Gott.

25. Hoc nuper cuidam poſitum eſt:

BEANE.
QVI PRÆTERIS.
LEGE.
ET FRATRIS FATVM
DOLE.
ARCHIBEANIS. S.

Natura quæ protruſerat
Solers, & mihi dederat
Cornua, non volui

Depo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Deponere, ſed renui
Opem juvantis Medici.
O miſer & me perdidi,
Poſt putrefactis cornibus
Et intus ſcatens vermibus
Summo dolore perij.
Cave Lector, cave tibi
Nunc mortuus hic jaceo
Exemplum, quamvis taceo
Rogo, velis deponere.
Vt releveris onere.

26. Meminimus quoque nos legiſſe hoc Epiraphium Kerarſtri Archibeani Herbornæ in cæmeterio Cornutorum:

Si non fuiſſem arrogans
Et Cornuum perpes amans,
Non eſſem eſca vermibus
Et mortuus cum cornibus.
Quare quicunque præteris
Si iſtum hominem ſequeris,
Ne cornu rogo teneas
Et ſicut ego pereas.

27. Hoc præterita ſeptimana mihi miſſum ab amico, poſitum eſt cuidam vere mortuo in gymnaſio Stetinenſi, Bremenſi.

Hic conditur Tremellius
Cum groſſiculo naſiculo,
Superbus decem cornibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Quadrato conditorio.
Nam qui quadratis cornibus ,
Quadrata fronte & pedibus,
Quadrata lingua & auribus ,
Et qui quadrato ore ,
Et qui quadrata voce
Abi homo vidiſti mirabundria,
Si te manes quadrati audiant
Quadratis cornibus te projiciant.

28. Vt igitur his omiſſis ad curam nos convertamus, tres hoſti phalanges obiiciemus, Diætam, Pharmaciam & Cheirurgiã.

29. Aer eligendus purus, ſubtilis, lucidus, à Beanorum ſylvis, collegiis, latibulis, antris, caſis, tuguriis valde remotus. Inprimis laudatur ille qui eſt Ingolſtadii, Helmſtadii, Ienæ, Lipſiæ, Marpurgi, Heidelbergæ, Francofurti, Coloniæ, VViteberg æ & & ſimilibus in locis. Huic aeri, modo conſultum ſibi velint, aliquot annis aſſveſcant, neceſſum eſt.

29. Cibus ſit tenuis, concoctu facilis, inprimis medicamentoſus, ut inferius in Pharmacia dicetur: poterunt etiam ſingulis diebus ter propinari urſæ, item canes villoſi, moroſi, rabioſi, ut moloſſus, Hylax, lyciſca, artocreati ex farina fuliginoſa ſubacto incluſa. **Oder den Eulenſpiegel in einem gålben Brůhe.** Potus parcus, vinum

aquo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

aquoſum, laurum, coventum, raſtrum, Juncker / Guckguck / Püffel/ Klappit / Glatſch. Notetur hic verſiculus Lipſ.

Ein Topff ſcerpentum, Zwen raſtrum,
ſpanque, coventum.

30. Aqua in qua caudæ murinæ, aures leporinæ, podex atque ungues aſini ſunt decocta. Vino primo anno curæ omnino abſtineant: ſub finem primi & ineunte ſecundo confortationis loco in prandio parum concedatur. Tertio mediocriter admittatur. Nam non convenit ipſis, antequam corpus à cruditatibus ſcholaſticis ſit bene purificatum, beanos enim

Vina parant aſinos, faciuntque hos fuſtibus aptos.

31. Somnus, vigilias, motus & quies mediocria omnia.

32. In excretis& retentis maxime ſtudeant Retentioni, taceant ſcilicet, audiant ſtudioſos, ſilentium Pythagoricum obſervent, nec quicquam niſi bene noverint, effutiant. & excernant.

33. Pathemata animi fugiant ſupra dicta. Conceduntur ipſis humilitas, humanitas, obſervantia erga Studioſos, diſcendi ſtudium, & diligentia. Obtrectationes & objurgationes aliorum modeſte audiant, & ſecundum has vitia ſua paulatim emendent.

34. Tria propoſita nobis habemus, ſubtractio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

tractionem humoris morbifici, ablationem cornuum & denique confortationem cerebri. Quod ut melius aſſequamur, craſſos primum attenuabimus & præparabimus humores, ut ſyr. de axungia rotæ, ſyr. de ſpecillis, ſyr. de ſagittis, ſyr. de falce meſſoria, ſyr. de novacula. qui omnes in noſtris officinis præparati habentur. Imprimis autem convenit ſyrupus de multiplici infuſione fuſtinus, ſimplex vel qui melior eſt compoſitus, qui aromatiſetur claviculis ferreis q. ſ. exhibeantur cum decocto ferularum, bruſci, paliuri. Herbæ poſt coctionem, vel quod melius, recentes capiti arctiſſime applicentur & alligentur, habent enim ſingularem vim in digerenda materia craſſa & emolliendis cornibus. Doſes ſyruporum pro Medici judicio ad ægri tolerantiam augere minuive poſſunt.

35. Purgabitur optime materia præparata pilulis de baccis ovinis, aſinini, globis equinis, ſuillis, quadris vaccinis, de dumis: fuſtibus, raſtris, vomere, bidente, tridente. Pilulæ quæ ore ſaltem retentæ vehementer & mire purgant ex præſegminibus ungularum equinarum, corii, ſtercore columbino, anſerino, felino, canino, &c. Veteramenta & corrigia calceamenti trochiſcata. Commendabitur præ reliquis pil. de ligno buxi, pinaſtri, ilicis, abietis, tornentut ad magni-

tudi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

tudinem juglandis, deglutiantur ſingulis mane numero XXXV. plus minusve Si æger averſetur, conchyliis involuat, aut viſco obducat aſperſo pulvere noſtro cordiali, de quo alibi diximus.

36. Generalibus præmiſſis ſpeciales ſuccedũt evacuationes, quæ fiant Errhinis, ſternutatoriis, Apophlegmatiſmis, maſticatoriis, ex ficubus equinis, radice liripipii, radicibus a b c d, cranio equino, aut aſinino caudis murinis, glirinis, bovinis, vaccinis, leporinis, ovinis, felinis, cervinis, caprinis, cancrinis, muſtelinis, leoninis, camelinia, elephantinis, talpinis, agninis, aprinis, arietinis, caballinis, hircinis, hædinis, lupinis, vulpinis, porcinis, taurinis, vervecinis, urſinis, vitulinis. Imo & roſtris avinis, accipitrinis, aquilinis, anatinis, anſerinis, columbinis, corvinis, cuculinis, ficedullinis, graculinis, gruinis, griphinis, merulinis, milvinis palumbinis, perdalinis, paſſerinis, ſturninis, vulturinis.

37. Nec parum laudantur gargariſmata ex decoctione albi græci, medullæ inteſtini recti animalium ruminantium, ut vaccarum, boum, &c. Decoquantur ad tertias, dulcorentur felle lucii piſcis, murænæ, canis marini, hippotami Indici.

38. His ita peractis in revulſionibus magna ſpes poſita eſt, quæ fiunt compedibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

bus, verberibus, virgis, alapis, pene bovis exſiccato, & ſubula bene longa condito, **Mit einem Ochſenfüſel**, flagellis, fuſtibus, laqueis nauticis, clavis Herculeanis, raſtris, venabulis & ſimilibus ingenijs, quæ prudenti Medico committimus.

39. Cornua jam antequam eradicantur emollienda erunt, quantum fieri poteſt, medicamentis emollientibus, quorum quædam ſupra recenſuimus, præſertim commendatur penis bovinus ſupra dicto modo præparatus, & ante cibum, vel etiam ſæpius applicatus ſumma vi & induſtria, vicem quoque ejus ſupplere poſſunt mallei majores fabrorum, ligna decempedis longa, quatuor craſſa, cingula ferro aromatizata, libræ tres quatuorve plumbi file craſſo adpenſæ & applicatæ, &c. Poterit etiam caput incudi ſubmitti, aut prælo includi ad horas 5. aut 6. Pileolum ſeu cucupham ſi adhiberi opus ſit, fiat ex 90. aut 100. libris plumbi, intus obducatur pelle hiſtricis aut erinacei, applicetur ſingulis mane per horas 3. aut 4. æger abſtineat à ſomno, laboribus, & domi maneat, nec ſedens, nec jacens, ſed ſtans potius, vel cubito innitens.

40. Et jam tempus acerrimum aggredi hoſtem. Ægro manibus poſt terga revinctis ut & pedibus, caput inter binas antennas tam arcte collocetur, ne id movere poſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſit, cui genibus nitenti debita ratione Cheirurgus ſerra primo majores ramos, dein dolabra & lima ſi opus ſit, relliquias auferat.

41. Si vero poſſit, quod melius erit, ablata pelle & nudato cranio, forcipe radices funditus extrahat, vel aqua forti abſumat, ne quid reliquum maneat, quod viciſſim expullulare poſſit.

42. His peractis ferramento candente, ſi malum inveteratum ſit, radices perurat, ne recreſcant, ſalem ſapientiæ ori imponat, habet enim hic mirabilem virtutem, & prohibet, ne radices putreſcentes cerebro noceant, putrefactas quin etiam fortiter expellit, & naturam priſtinę reſtituit integritati: cui adjungi quoque debet vinum capiti infuſum, quod eadem facit.

43. Hoc loco annotandum eſt, quibusdam etiam maximum dentem, Beaninum dictum, moleſtum eſſe, qui easdem habet cauſas & naturam ut cornua, quem ſimili modo dexter curabit Cheirurgus.

44. Poſt ablationem in lecto collocatur æger, urtica Romana ſtrato, in quo jejunus quieſcat per 46. dies, & ſingulis diebus quater lectus mutetur, pelle aſinina diligenter tegatur, capite leporinis exuvijs inſuto, ſudor ipſi provocetur loris, haſta regia, &c. Amuleti vice ad collare nolis refertum

fertum, maxillæ aſini, equi, cameli, Rhinocerotis, **oder ein par Laſterſtein** appendantur. Hæc enim ſingulari antipathiâ hoc ſymptoma longe propellunt.

45. Cum vero raro imo nunquam planè auferri poſſit, præſervativis opus erit, ne revertatur affectus. Miris modis prodeſt theriaca Beanorum, quam deſcripſimus in noſtra practica majori, quæ ſingulariter pugnat cum affectione, quam hortamur ut omnes pharmacopœi in ſuis officinis ob maximam neceſſitatem paratam habeant. Proderit quoque album Græcum trochiſcatum,, confectiones ferularum, & roboris quercini, condita cotis & ſilicis, morſelli ex aloe, colocynthide, diagridio, aſa fætida in tabulis, &c.

46. Conculſionis loco Empiricum hoc adijciemus: quod celeberrimus Rabbi Moſes Chaldæus & Caballiſta in Aſia, Africa, Europa & America in multis hominum millibus probavit, quod medicamentum facit ut nunquam recreſcant cornua, quod gratis communicamus miſellis hiſce Aſellis, eſt autem tale:

Recip. Saburræ *lib.* xij.
Mercurij ſublimati *lib.* x.
Squamæ aeris.
Fuliginis Camini ana *lib.* viij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Balſami Beanorum lib. vj.
Scarabæorum.
Locuſtarum.
Cantharidum.
Cimicum ana lib. iiij.
Vitri Veneti pulv. lib. ij.
Fungorum lib. j.
Diagridi ℥ij. & G. ij.
Opii
Cicutæ ana lib. j.
Gypſi
Auripigmenti ana G. j. ß.

Comminutis comminuendis.
R. Fœturæ Ranarum
Axungiæ rotæ
Viſci ana q. ſ.
Miſce. F. Electuarium.

Signetur Bachanten Latwerg.
Doſis. cochl. xxvij.
Singulis manè ventriculo jeiuno. decem horis antè paſtum ſumatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

COROLLARIA.

I

AN hic affectus etiam cadit in ſexum fœmininum? A. licet rarius eveniat, teſte Hipp. Aph. 26 ſect.1. Gal.15. Meth.c.3. Talicotio lib. 6. quæſt. Cheirurg. quæſt. 17. Ratio in promptu eſt, quia cum hic ſexus ſit habitus mollioris,& calorem habeat mitiorem, materia non poteſt in tantum indureſcere, nec calor eam per duriſſimum Cranij os expellere: faciliori igitur via onus hoc ad mammas ablegat, & reliquias permenſes expellit. De qua re latius in praxi noſtra egimus, quo lectorem ablegamus.

II. An in hoc malo ſit vena tundenda? N. Ob ſummam cacochymiam. Si tamen adſit plethora, in phlebotomiæ locum ſuccedent, hirudinum more, Baſiliſci, vipera, ſcorpij, colubri, hydri, lacertæ, dracones, bufones, caciliæ, ſalamandræ, & ſimilia applicata. Fiant autem hæc exiſtente in Sphæra octava ad præſepe aſſelli.

III. An cornua reſecta uſum habeant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

A. Primo in Medicina. Præparata enim ad modum Cranij humani, pulveriſata & Beanis paroxyſmi tempore ad libr.j.ß. adminiſtrata, ſudores egregie promovent. In Archibeanis ubi res eſt deſperata, ſingulis mane ſumpta curæ palliativæ vicem gerunt; Beanulis condimenti inſtar præſcribuntur. Si quoque mater tempore geſtationis & lactationis frequenter hiſce cornibus utatur, fætum ab hiſce plane immunem enitetur: ut enim ſcorpius ſuæ plagæ eſt remedium, ita etiam ſingulari antipathia cum affectibus Cornutis pugnare hęc creduntur, teſte Alberto Magno in ſecretis. Deinde habent alium quoque uſum, fiunt ex hiſce, dentium, aurium, & linguarum ſcalpella, manubria, cultraria, amuleta, pocula, annuli, arcus, ſiphones, globuli, lagenæ, inductoria, Tittenfäſſer/ Pinal/ Sandbüren/ etc. Omnia Beanorum utilitati accommodiſſima, quæ judicio induſtrij artificis relinquenda ducimus.

IV. An definitio hæc ſit perfecta, Beanus Eſt Animal Neſciens Vitam Studioſorum? Aff.

V. In quo prædicamento reperiatur Beanus? R. in omnibus, quia eſt ſuper omnia & tranſcendens.

VI. Cornua Beani & alius cornuti Animalis an differant ſpecie? N. Coll Conimb. c. 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

mb.c.6. quæſt.7. art.9.§. Beanus.

VII. Poſſuntne etiam homines dici? Reſpondetur poſſe, ſed improprie & late ſumpta ſignificatione, eodem modo quo maniaci, phrenetici & ſtulti, homines dicuntur, in quibus tamen ratio, quâ homo à bruto differt, plane occulta imo ſepulta deliteſcit.

IIX. Vtrum debeant admitti ad converſationes ſtudioſorum, & hic utiliter quæritur? Reſp. diſtinguendo. Qui enim curabiles ſunt, & jam ſub Chirurgi fuere manu, cur non admittantur? Imo cum magna ipſorum fiet hoc utilitate. Incurabiles autem ablegentur ultra Garamantas & Indos, aut ad Ætnæos fratres, quibus in ferendis carbonibus uſui eſſe poſſunt Nihil etiam in his tentandum auxilij, ne præſidia diffamentur, quæ multis fuere ſaluti.

TANDEM VOS QVI FELICI MANV.
HVMANO CONSVLITIS GENERI.
ET PRAECLARA METAMORPHOSI.
EX VRSO, APRO, TIGRIDE, LEONE,
ASINO, IMO QVAVIS FERA.

HOMINEM EFFORMATIS.
IMPENSE ROGAMVS.
VT CANICVLARES HOSCE SALES.
BENIGNE ACCIPIATIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

BEANVM TE AVTEM HORTAMVR,
QVI HAEC LEGIS,
VT E IOCIS SERIA ADDISCENS,
MENDAS EMENDES VITAE.

ET BEANINIS DFPOSITIS EXUVIIS.
STVTIOSO INDUARIS.

SIC TIBI DEMVM NOSTRA HAEC
VERE PLACEBVNT.

SIN MAVIS.
TUO PERICVLO BEANVS SENE-
SCAS LICET.

ET AD GRAECORVM Π. ACTAEON.
ABEAS. Zum Sawerbrunnen.

VALE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

IN CASEOS OVILLOS Sileſiæ ad Melpomenen Horatianam.

QVem Tu, Sleſiade, ſemel
   Veſcentem placido munere ceperis;
Illum non lepus, aut Capo
   Lactabit vacuum; non avis Indica
Nidore adficiet ſuo
   Illectem, neque opes Ambroſiæ dapis
Natam deliciis gulam,
   Quod jam Caſeolos attigerit tuos,
Oſtendent ſaturam fami:
   Sed quæ Sileſiæ fertilis in ſolo
Mulſa ex lacte ovium datur,
   Fingent Lanigerum munere mobilem.,
STOLZAE nobilis in domo
   Dignatur mi epulas inter amabiles
Talem ponere CASEVM:
   Et jam dente meas delitias premo.
O qui miſtus Aromatis
   Languentis ſtomachi tædia temperas!
O lentæ quoque Nauſeæ
   Donature novam, ſi libeat, famem!
Totum muneris hoc tui eſt:
   Quod PRESLAEA ſapit mi Cerevifia
Et forte Hungariæ merum:
   Quod potor clueo, ſuum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

DESCRIPTIO PATRIAE
CASEI
ET FELICITATIS INDICIBILIS LOCI,

Facta per Merlinum Coccaium Poetarum quintam eſſentiam.

IAm non Melpemones, Euterpæ, Clio, Thalia,
Non Phebus gratando liram mihi carmina dictent:
Qui tantos quondam doctos fecere poetas,
Solum chara mihi faveat mea muſa Comina
Goſaque, Berta ſimul, Maliſenaque, Togna, Philippa.
Hæ ſunt veridices muſæ doctæque zorellæ:
Quæ ſtant in quodam mundi cantone ſecreto
Mons ubi formagio de duro celſus habetur,
Ad cujus fundũ ſunt graßi flumina brodi.
Eſt lacus unde gians ſemper de lacte bianco.
Per quẽ tucernis Barchettas mille natantes.
Nam piſcatores ibi ſemper retia buttant.
Piſcantes gnoccos, rafiolos, ac Tajarinos.
Res obſcura tamẽ; quando lacus iſte procellis
Turbatur, rapidiſque petit cũ fluctibus aſtra
Nec menat furiam quam tubenace minorẽ.
Littora circundant de freſcho facta butiro.
Supra quæ buliunt ſemper chaldaria centũ.

Plena

Plena caſoncellis macaronibus atque laſagnis.
Stant illæ muſæ ſuper altum montis acumẽ.
Formaggium gratulis ſemper tridando foratis.
Altera ſollicitat digitis componere gnoccos
Qui per formaggiũ tridatum forte rotantes,
Deventant großi veluti großiſſima Botta.
Convenit ô quantum certe largazza fit illæ
Bocha viri, tanto qui vult ſe paſcere gnocco
Altera tunc etiam gaſtam ſtraciando laſagnis.
Implet lavezum multo colante botiro.
Alterat dum brunzus pro troppe bromtolat igne.
In dretum ſtizzos tirat ſopiando dedentrũ
Nam foco nimio brodus fluit extra pignattam.
Hæc tentat ſorbens utrum bene brota ſalatur.
Illa focuA ſtizzat ſtimulans cum mantice flammas.
Tandem queque ſuam tendit compire facendam.
Quapropter cernis centum fumare caminos
Ac centum buliunt chaldaria plena foiadis.
Hic Macaronenſis fuit attrovata poeſis.
Hic me groſſiloquum vatem fecere ſorores.
Principio talem depoſtimus ergo favorem.
Noſtraque pingurferis panza eſt implenda laſignis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

DE
CASEI
STUPENDIS LAUDIBUS.

I.

CAſeus ſive formagius eſt cibus ex lacte coagulato & ſale compoſitus, qui gulam delectat, confortat ſtomachum, ralegrat cordem, acuit appetitum, ſigillat prandia & cenas, & facit trovare vinum bonum.

2. Ariſtotelis filoſofia imperfecta eſt, quia de ſpeciis, id eſt, generibus caſeorum nihil continet.

3. O, quanto perfectior filoſophus Coccajus, qui Caſeorum genera galantiter diſtinguit, alii ſunt graſſi, alii magri, alii duri, alii molles.

4. Secundum colores: alii bianchi, alii roſſi, alii gialdi, alii virides.

5. Secundum materiam, alii cum herbis, alii ſine herbis, alii cum vermibus, alii ſine vermibus.

6. A loco alii ſunt Placentini, alii Parmeſani, Helvetii, Holandici, Texeri, Glareani, & multi alii quod ego non ſio.

7. A forma, alii ſunt quadrati, alii rotondi, alii alti, alii baſſi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

8. Ab effectu, alii linguam morſicant, id eſt pizigant, aliis dulces ſunt.

9. Ab ætate, alii antiqui ſunt, alii juvenes, alii putridi, alii non putridi.

10. Non valet hic illud quod in puellis, quarum juniores, gratiores, & ſaporitiores.

11. Nam antiqui ſæpe Caſei, meliores ſunt novis.

12. Nullus autem formagius eſt melior, utilior, delicatior, & gratior, Parmeſano.

13. Parmeſanus plures virtutes habet quam Betonica, & quam triaca.

14. Facit alegriam, & ſcacciat melancoliã, precipue ſi adſit bonum vinum, præſervat ab omnibus maladiis & morbis, etjam autem morbo Gallico, ſingulariter ſi ſe abſtineat à Corteſanis.

15. Imo etiam à morte, quam diu quis Caſeum digerire poteſt, eſt immoribilis, id eſt, non moritur.

16. Vnde proverbium, cur moritur homo, cui Caſeus eſt in domo.

17. Facit homines ſapientes, anzi, ſapientia ſine Caſeo conſiſtere non poteſt.

18. Plato & Ariſtoteles erant homines groſſolani, niſi Caſeus ſubtilizaſſet ingenium, & magis ſubtilizaſſet ſi plus formagis delectati fuiſſent.

15. Par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

19. Parmeſanus reddit homines valoroſos.

20. Hector Trojanus nunquam fuiſſet amazatus, ſi Caſeum in ſcarſella habuiſſet.

21. Romani tot victorias contra hoſtes habuerunt, quia in bellum numquam ſine Caſeo andabant.

22. Darius omnia ad bellum neceſſaria ſecum habebat, ſed quia Caſeum domi relinquerat, Pecoris more ab Alexandro interfectus eſt.

23. Vt Paracelſus lapidem Filoſoficum, ſic Alexander Magnus Caſeum in pomo gladii ſemper portabat: ideo invincibilis, cum cepit negligere Caſeum, fortuna ipſius ivit in Bordellum.

24. Notandum eſt quod dormiens etjam retro Coſſinum lecti, habebat Homerum & libram unam Caſei contra incanteſimos nocturmos.

25. *Amoroſi formagium in ſummo habent honore, unde proverbium:*

Dicunt tantam efficaciam habere Amorem, quia Caſeus dedit ipſi ſuum ſaporem.

26. Inde fit ut qui Caſeo delectantur, citis omnia quæ cupiunt ab amoroſis ſuis obtineant.

27. Puellæ judicant eum qui formagium non comedit debilem, delicatum & ad

vencrem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

venerem mutilum , vel ſaltem ineptum.

28. Paris quia delectabatur Caſeis Limpurgenſibus, obtinuit ſuam Helenam.

29. Si frater Hector idem feciſſet, numquam fuiſſet amazatus.

30. Inter omnia quæ præceſſerunt mortem Priami & everſionem Troiæ, fuit iſtud maximnm , quod Caſeum ex ſuo Regno bandivit.

31. Magna fuit certe tunc deſtructio Troiæ , Quando Cavalazzi credidit illa buſo.

32. Cavalazzi buſo, id eſt, foramini qui in equo erat , per quem exiverunt Cavalleri, qui urbem chiapparunt.

33. Heccuba poſt ipſius mortem , nullum alium cibum unquam comedit quam Caſeum.

34. Id ſi Caſandra filia feciſſet , numquam occiſa fuiſſet.

35. Sola mihi tales Caſeos Caſſandra canebat.

36. Ita corrigendum Virgilium, defendam contra omnes pedantes qui ponunt caſus.

37. Illi qui cum equo Trojano in capitalem civitatem Trojæ intrarunt , nihil aliud ſecum habebant quam Caſeum Parmeſanum.

28. Vnde probatur & apparet manife-

ſtiſſi me,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ſtiſſime, quod Caſeus Parmeſauus magis vetuſtus eſt quam equus Trojanus.

39. Quando Romulus voluit populoſam facere civitatem Romam, invitavit omnes puellas vicinas.

40. Et fecit præparare illis collationem ex Caſeis Marzolinis, Parmeſanis, & bono vino.

41. Quo facto puellæ tantopere in amorem juvenum Romanorum exarſerunt, ut nunquam poſtea potuerunr ab illis trahi ſive diſtacari.

42. Vnde probatur Caſeum primam eſſe cauſam magnitudinis ſine grandezzæ Romanæ, quod notandum contra modernos magnitudinis Romanæ ſcriptores.

43. Pro matris habendi ſunt illi Filoſofi, qui neſciunt cur Zoroaſter prima hora nativitatis riſerit, id eſt, ſgrignazaverit.

44. Hoc factum eſt, qui mater ejus cum eſſet in pajola quam pedantes puerperium chiamant, multos Caſeos vidit.

45. Infans ergo generoſus videns tam pulcros Caſeos cepit ridere, quod etiam ego feciſſem.

46. Contra aerem contagioſum, recipe mane ante quam ex domo exis, quartam libram Caſei cum quarta menſura vini, & videbis effectus mirabiles.

47. Qui gottam ſive podagram habet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ungat Caſeo vecchiſſimo membra dolo-roſa, & ſtatim in pedes ſaltabit, ita inſegnat Galenus.

48. Qui mane & veſperi Caſeum edit, illo die à morbo venereo ſive Spagniolo, ſecurus eſt.

49. Senes qui habent juvenes uxores edant Caſeum, & ſtupende fortificabuntur.

L.. In ſumma Caſeus habet omnes virtutes medicas, quas tenent balneæ Badenſes, & aqua Saurbrunenſis, & multo plures.

51. Ex quo fundamento falſiſſimum eſſe defendam illud dictum pedenticum, Caſeus eſt nequam, quia digerit omnia ſe quam.

52. Qui magiant eum etiam ferrum digerire poteſt, ut ſtruzzi qui ſolo formaggio attrapolari poſſunt.

53. Caſeus in banquettis magnorum Principorum habet prærogativam eccellentem.

54. Nam in menſa collocatur ante zuccarum & alias cumfectiones ſiccas & humidas.

55. Et qui in menſa tagliat cibos, incipit à Caſeo, quem honoris cauſa cum ſervietta bianchiſſima & puriſſima coprire ſolet.

56, Neſtor & Matuſalem per vim & efficaciam Caſei, quem ſexies in die edebant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

ad tantam ſenectutem, id eſt vecchiezam pervenerunt.

57. Et ſine dubio aduc viverent, ſi Caſeum ulterius inglutire potuiſſent.

58. Quod magni Principes & Reſpublicæ, in conventibus dietis, & Comitiis, tam raro quid concludunt, cauſa eſt, quia Caſeum ſecum non portant, quando ad congregationes illas vadunt.

59. Helvetiorum & Retorum res melius ſtarent, ſi Caſeum non contemnerent, ſed amarent, ut majores ſui fecerunt, neglectis cibis delicatioribus & extraneis.

60. In omnibus auditoriis Academiarum deberent eſſe formaggi omnibus generis, cum cultri iuficcatis, ut in Coccania.

61. Hac ratione ſcolares doctiores & ſubtiliores fierent brevi temporis ſpacio, auditoria ipſa eſſent ornatiora, Academiæ celebriores.

62. Idem obſervari deberet in omnibus conſiſtoriis, conſultationibus & conſiliis.

63. Coronidis loco Caſeum, ſupra omnes delicias, tam eſculentas quam non eſculentas eſſe defendamus.

64. Vinum bonum eſſe Caſei inſeparativum accidens.

65. Idem de macaronibus, laſagnis, Tajarinis, Raviolis, & Polentis, dici poteſt.

66. Caſeum & ſeptem artes liberales pari paſſu ambulare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

67. Helvetios & Holandos, qui Caſeum odiant: ſevere puniendos eſſe, tamquam degenerantes majoribus ſuis, qui loco panis formagium mangiabant.

68. Rempublicam in qua formagius in uſu eſt, non opus habere medicis & mancomedicinis.

69. Impicandos eos Caſei factores, qui Butirum Caſeis furantur, id eſt qui cum faciunt Caſeum Butirum à lacte ſeparant.

Finis harum Teſium: nam Caſei laudum nullus finis eſſe poteſt. Valete & opponite, ſed opponens ante diſputationem det Talerum.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

AD LECTOREM.

P*One ſupercilium* Facilis, *durumque rigorem,*
Themata *quiſquis ad hæc pauca legenda venis.*
Non ſemper triſti ducit ſua tempora vultu
Prudens! *Sed curas temperat ipſe iocis,*
Nec pluviæ ſtillant ſemper, ſed ſolibus æther
Æſtuat, interdum lucida & aſtra micant.
Quid rigida Duros, *imitaris fronte* Catones,
Nec tibi, quæ non ſunt ſcripta ſevera placent.
Falleris! & quæ ſunt nondum tibi cognita damnas
Iudiciique tui Regula cura*! ſat eſt.*

Eruere, & utere bonis præſentibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
182 M 9